SAN PEDRO CRISÓLOGO

Sermones de san Pedro Crisólogo

Sermones

TOMO III · III

SABBATISMUS

San Pedro Crisólogo (c. 380–c. 450)
Sermones · Sermones de san Pedro Crisólogo

Texto latino: dominio público.
Traducción, alineación y edición © 2026 Inversiones San Juan Diego (Sabbatismus). Licencia Creative Commons Atribución-CompartirIgual 4.0 Internacional (CC BY-SA 4.0).

Edición bilingüe frente a frente: latín en las páginas pares, español en las impares.
Sabbatismus es la editorial de la fundación Inversiones San Juan Diego, San Pedro Sula, Honduras.
Compuesto en EB Garamond y Cinzel.
sabbatismus.com

Índice

Sermón CVIII. 7
Sermón CIX. 13
Sermón CX. 19
Sermón CXI. 25
Sermón CXII. 31
Sermón CXIII. 37
Sermón CXIV. 43
Sermón CXV. 49
Sermón CXVI. 55
Sermón CXVII. 61
Sermón CXVIII. 67
Sermón CXIX. 73
Sermón CXX. 77
Sermón CXXI. 85
Sermón CXXII. 93
Sermón CXXIII. 99
Sermón CXXIV. 109
Sermón CXXV. 115
Sermón CXXVI. 121
Sermón CXXVII. 129
Sermón CXXVIII. 135
Sermón CXXIX. 139
Sermón CXXX. 141
Sermón CXXXI. 145
Sermón CXXXII. 151
Sermón CXXXIII. 157
Sermón CXXXIV. 159
Sermón CXXXV. 161
Sermón CXXXVII. 165
Sermón CXXXIX. 173
Sermón CXL. 179
Sermón CXLI. 183
Sermón CXLII. 187
Sermón CXLIII. 193
Sermón CXLIV. 199
Sermón CXLV. 205
Sermón CXLVI. 211
Sermón CXLVII. 217
Sermón CXLVIII. 223
Sermón CL. 229
Sermón CLI. 235
Sermón CLII. 241
Sermón CLIII. 247
Sermón CLIV. 249

Sermón CLV. 251
Sermón CLVI. 255
Sermón CLVII. 263
Sermón CLVIII. 269
Sermón CLIX. 275
Sermón CLX. 279
Sermón CLXI. 285
Sermón CLXII. 293
Sermón CLXIII. 299
Sermón CLXIV. 307
Sermón CLXV. 313
Sermón CLXVI. 315
Sermón CLXVII. 321
Sermón CLXVIII. 327
Sermón CLXIX. 333
Sermón CLXX. 339
Sermón CLXXI. 345
Sermón CLXXII. 351
Sermón CLXXIII. 355
Sermón CLXXIV. 361
Sermón CLXXV. 367
Sermón CLXXVI. 371
Apéndice 377
Apéndice, sermón VII. Sobre las palabras del Evangelio, Juan 14: «Mi paz os doy, mi paz os dejo» 381

Sermo CVIII.

De homine, ut sit hostia et sacerdos Deo. In verba Apostoli: Obsecro vos per misericordiam Dei, etc

Mira pietas, quae ut precetur, ut largiatur, exorat. Hodie namque beatus Apostolus non humana petens, sed divina conferens, sic precatur: Obsecro vos, per misericordiam Dei. Medicus austera remedia cum recipere persuadet aegrotos, agit precibus, non compellit imperio, sciens infirmitatis, non voluntatis esse, quod salutaria respuit, quoties profutura repellit infirmus. Et filium pater non potestate, sed amore ad rigorem pertrahit disciplinae, non ignorans quam sit aspera immaturis sensibus disciplina. Et si corporalis infirmitas ad curam precibus sic movetur, et si sic puerilis animus vix ad prudentiam ducitur blandimentis, quid mirum si Apostolus, qui semper est et medicus et pater, humanas mentes morbis carnalibus sauciatas, ut ad remedia divina subrigat, sic precatur: Obsecro vos, per misericordiam Dei.

Novum genus obsecrationis inducit. Quare non per virtutem? quare non per majestatem, non per gloriam Dei, sed per misericordiam Dei? Qui per ipsam solam Paulus et crimen persecutoris evasit, et apostolatus tanti adeptus est dignitatem: sicut ipse fatetur, dicens: Qui prius fui blasphemus et persecutor: et injuriosus, sed misericordiam Dei consecutus sum: Et iterum: Fidelis sermo et omni acceptione dignus: quia Christus in hunc mundum venit peccatores salvos facere, quorum primus ego sum, sed misericordiam sum consecutus, ad exemplum omnium, qui crediturus sunt illi in vitam aeternam. Obsecro, inquit, vos per misericordiam Dei. Rogat Paulus, immo per Paulum rogat Deus, quia plus amari vult quam timeri. Rogat Deus quia non tam Dominus esse vult quam pater. Rogat Deus per misericordiam, ne vindicet per rigorem.

Audi rogantem Dominum: Tota die, inquit, expandi manus meas. Nonne qui expandit manus ipso habitu rogat? Expandi manus meas. Ad quem? ad populum. Et ad quem populum? Non tantum non credentem, sed contradicentem. Expandi manus meas. Distendit membra, dilatat viscera, pectus porrigit, offert sinum, gremium pandit, ut patrem se tantae obsecrationis demonstret affectu.

Sermón CVIII.

Sobre el hombre, para que sea víctima y sacerdote para Dios. Sobre las palabras del Apóstol: «Os ruego por la misericordia de Dios», etc.

Admirable piedad, que suplica para rogar, para otorgar. Pues hoy el bienaventurado Apóstol, no pidiendo cosas humanas sino otorgando las divinas, ruega así: Os ruego, por la misericordia de Dios (Rom 12,1). El médico, cuando persuade a los enfermos a tomar remedios ásperos, obra con ruegos, no obliga con mandato, sabiendo que es cosa de la debilidad, no de la voluntad, que el enfermo rechace lo saludable cada vez que aparta de sí lo que le ha de aprovechar. Y el padre atrae a su hijo al rigor de la disciplina no con potestad, sino con amor, sabiendo bien cuán áspera es la disciplina para los sentidos aún no maduros. Y si la debilidad del cuerpo se mueve así con ruegos a la curación, y si así el ánimo del niño apenas se deja llevar a la cordura con halagos, ¿qué tiene de extraño que el Apóstol, que es siempre médico y padre, para levantar a los remedios divinos las mentes humanas heridas por las enfermedades de la carne, ruegue así: Os ruego, por la misericordia de Dios?

Introduce un nuevo género de súplica. ¿Por qué no por el poder? ¿Por qué no por la majestad, no por la gloria de Dios, sino por la misericordia de Dios? Por ella sola, en efecto, escapó Pablo del crimen de perseguidor y alcanzó la dignidad de tan grande apostolado, como él mismo reconoce, diciendo: Yo, que antes fui blasfemo y perseguidor, e insolente; pero alcancé la misericordia de Dios (1 Tim 1,13). Y de nuevo: Palabra fiel y digna de toda aceptación: que Cristo vino a este mundo a salvar a los pecadores, de los cuales yo soy el primero; pero alcancé misericordia, para ejemplo de todos los que han de creer en él para la vida eterna (1 Tim 1,15-16). Os ruego, dice, por la misericordia de Dios. Ruega Pablo, o más bien, por medio de Pablo ruega Dios, porque quiere ser más amado que temido. Ruega Dios, porque no quiere ser tanto Señor cuanto padre. Ruega Dios por la misericordia, para no castigar con rigor.

Escucha al Señor que ruega: Todo el día, dice, he extendido mis manos (Is 65,2). ¿No ruega con su misma actitud quien extiende las manos? He extendido mis manos. ¿A quién? Al pueblo. ¿Y a qué pueblo? A uno que no solo no cree, sino que contradice. He extendido mis manos. Extiende los miembros, dilata las entrañas, adelanta el pecho, ofrece el seno, abre el regazo, para mostrarse padre con el afecto de tan grande súplica.

Audi et aliter rogantem Deum: Populе meus, quid feci tibi, aut quid contristavi te? Nonne dicit: Si divinitas ignota est, vel caro sit nota? Videte, videte in me corpus vestrum, membra vestra, vestra viscera, ossa vestra, vestrum sanguinem. Et si quod Dei est timetis, quare vel quod vestrum est non amatis? Si Dominum fugitis, quare non recurritis ad parentem? Sed forte vos Passionis meae, quam fecistis, magnitudo confundit. Nolite timere. Crux haec non meus, sed mortis est aculeus. Clavi isti non mihi infigunt dolorem, sed vestram mihi infigunt altius charitatem. Vulnera haec non educunt gemitus meos, sed magis vos meis visceribus introducunt. Extensio corporis mei vos dilatat in gremium, non meam crescit in poenam. Sanguis meus non mihi deperit, sed vestrum prorogatur in pretium. Venite ergo, redite et vel sic probate patrem, quem videtis pro malis bona, pro injuriis amorem, pro vulneribus tantis tantam reddere charitatem.

Sed jam quid obsecret Apostolus audiamus: Obsecro, inquit, vos, ut exhibeatis corpora vestra. Apostolus rogando sic omnes homines ad sacerdotale fastigium provexit. Ut exhibeatis corpora vestra hostiam vivam. O inauditum Christiani pontificatus officium, quando homo sibi ipse est et hostia et sacerdos; quando homo non extrinsecus quod Deo est immolaturus inquirit; quando homo secum, et in se, et quod pro se est, Deo sacrificaturus apportat; quando et eadem manet hostia, idem permanet et sacerdos; quando hostia mactatur et vivit, sacerdos nescit occidere qui litabit. Mirum sacrificium, ubi corpus sine corpore, sine sanguine sanguis offertur.

Obsecro, inquit, vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam vivam. Fratres, hoc sacrificium Christi descendit ex forma, qui corpus suum pro vita saeculi vitaliter immolavit: et vere corpus suum fecit hostiam vivam, quia vivit occisus. In tali ergo victima mors expenditur, hostia permanet, vivit hostia, mors punitur. Hinc martyres morte nascuntur, fine inchoant, occisione vivunt, et in coelis lucent, qui in terris putabantur exstincti.

Obsecro, inquit, vos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam vivam sanctam. Hoc est illud quod propheta cecinit: Sacrificium et oblationem noluisti, corpus autem perfecisti mihi. Esto, homo, esto Dei sacrificium et sacerdos; non amittas quod tibi divina dedit et concessit auctoritas; induere sanctitatis stolam, praecingere balteum castitatis; sit in velamento capitis tui Christus; crux in frontis tui munimine perseveret; pectori tuo appone divinae scientiae sacramentum; in odorem thymiama semper orationis accende; arripe gladium Spiritus; altare cor tuum pone; et sic corpus tuum admove Dei securus ad victimam. Deus fidem, non mortem quaerit; votum, non sanguinem sitit; placatur voluntate, non nece. Hoc probat Deus, ad hostiam Abrahae sancti filium cum poposcit.

Escucha a Dios que ruega también de otro modo: Pueblo mío, ¿qué te he hecho, o en qué te he contristado? (Miq 6,3) ¿No dice: «Si la divinidad es desconocida, sea conocida al menos la carne»? «Ved, ved en mí vuestro cuerpo, vuestros miembros, vuestras entrañas, vuestros huesos, vuestra sangre. Y si teméis lo que es de Dios, ¿por qué no amáis al menos lo que es vuestro? Si huis del Señor, ¿por qué no volvéis corriendo al padre? Pero quizá os confunde la magnitud de mi Pasión, que vosotros hicisteis. No temáis. Esta cruz no es mi aguijón, sino el de la muerte. Estos clavos no me clavan dolor, sino que me clavan más hondo vuestra caridad. Estas heridas no sacan fuera mis gemidos, sino que más bien os meten a vosotros en mis entrañas. La extensión de mi cuerpo os abre mi regazo, no crece para mi pena. Mi sangre no se me pierde, sino que se entrega para ser vuestro precio. Venid, pues, volved, y al menos así poned a prueba al padre, a quien veis devolver bienes por males, amor por injurias, y por tan grandes heridas tan grande caridad».

Pero oigamos ya qué ruega el Apóstol: Os ruego, dice, que presentéis vuestros cuerpos. Al rogar así, el Apóstol elevó a todos los hombres a la cumbre sacerdotal. Que presentéis vuestros cuerpos como víctima viva. ¡Oh oficio inaudito del pontificado cristiano, cuando el hombre es para sí mismo víctima y sacerdote; cuando el hombre no busca fuera de sí lo que ha de inmolar a Dios; cuando el hombre, para sacrificar a Dios, trae consigo, y en sí, y lo que es por sí; cuando permanece la misma víctima y sigue siendo el mismo el sacerdote; cuando la víctima es degollada y vive, y el sacerdote que la ha de ofrecer no sabe matar! Admirable sacrificio, donde se ofrece un cuerpo sin cuerpo, sangre sin sangre.

Os ruego, dice, por la misericordia de Dios, que presentéis vuestros cuerpos como víctima viva. Hermanos, este sacrificio desciende del modelo de Cristo, que inmoló su cuerpo por la vida del mundo de modo vivificante; y verdaderamente hizo de su cuerpo una víctima viva, porque vive aun después de ser muerto. En tal víctima sacrificial, pues, la muerte se consume, la víctima permanece, la víctima vive, la muerte es castigada. Por eso los mártires nacen con la muerte, comienzan con el fin, viven al ser muertos, y brillan en el cielo los que en la tierra eran tenidos por extinguidos.

Os ruego, dice, hermanos, por la misericordia de Dios, que presentéis vuestros cuerpos como víctima viva, santa. Esto es lo que cantó el Profeta: Sacrificio y oblación no quisiste, pero un cuerpo me has perfeccionado (Sal 40,7). Sé, hombre, sé sacrificio y sacerdote de Dios; no pierdas lo que te dio y concedió la autoridad divina; revístete de la túnica de la santidad, cíñete el cinturón de la castidad; sea Cristo el velo de tu cabeza; persevere la cruz como defensa de tu frente; pon sobre tu pecho el misterio de la ciencia divina; enciende siempre, como fragancia, el incienso de la oración; empuña la espada del Espíritu; haz de tu corazón un altar; y así, seguro, acerca tu cuerpo para ser víctima de Dios. Dios busca la fe, no la muerte; tiene sed del voto, no de la sangre; se aplaca con la voluntad, no con la matanza. Esto lo probó Dios cuando pidió como víctima al hijo del santo Abraham (Gn 22,2).

Nam quid aliud Abraham quam corpus suum immolabat in filio? Quid aliud Deus quam fidem requirebat in patre, qui filium sicut offerri jussit, sic non permisit occidi?

Tali ergo homo confirmatus exemplo, offer corpus tuum et non solum macta, sed etiam seca per omnia virtutum membra. Quia toties tibi vitiorum artes moriuntur, quoties a te Deo viscera fuerint immolata virtutum. Offer fidem, ut perfidia sit punita; immola jejunium, ut voracitas cesset; sacrifica castitatem, ut moriatur libido; impone pietatem, ut deponatur impietas; invita misericordiam, ut avaritia deleatur, et ut consumatur stultitia, semper sanctitatem convenit immolare: sic fiet corpus tuum tua hostia, si nullo peccati jaculo fuerit sauciata. Vivit corpus tuum, homo, vivit quoties a te Deo virtutum vita vitiorum mortibus immolatur. Non potest mori qui vitali gladio meretur occidi. Ipse autem Deus noster, qui est via, veritas et vita, et a morte nos liberet et perducat ad vitam.

Pues ¿qué otra cosa inmolaba Abraham en su hijo sino su propio cuerpo? ¿Qué otra cosa requería Dios en el padre sino la fe, él que, así como mandó que el hijo fuera ofrecido, así no permitió que fuera muerto?

Fortalecido, pues, con tal ejemplo, hombre, ofrece tu cuerpo, y no solo degüéllalo, sino también despedázalo por todos los miembros de las virtudes. Porque tantas veces mueren para ti las artes de los vicios cuantas veces hayas inmolado a Dios las entrañas de las virtudes. Ofrece la fe, para que la incredulidad sea castigada; inmola el ayuno, para que cese la voracidad; sacrifica la castidad, para que muera la lujuria; impón la piedad, para que se deponga la impiedad; invita a la misericordia, para que la avaricia sea borrada; y para que la necedad sea consumida, conviene inmolar siempre la santidad: así tu cuerpo será tu víctima, si no ha sido herida por ningún dardo del pecado. Vive tu cuerpo, hombre, vive cada vez que es inmolado por ti a Dios con la vida de las virtudes, con las muertes de los vicios. No puede morir quien merece ser muerto con una espada vivificante. Que nuestro mismo Dios, que es el camino, la verdad y la vida, nos libre de la muerte y nos conduzca a la vida.

Sermo CIX.

De hostia corporis et animae Deo rationabiliter offerenda. In eadem verba Apostoli

Quoniam praecedens sermo tantum primordia tangit apostolicae lectionis, nunc de his quae sequuntur quod Dominus inspirat audiamus; sic enim coepit: Obsecro, inquit, vos, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam vivam Numquid Apostolus sic dicendo, sola corpora digna divinis hostiis probat, et animas velut reprobas aut tacet, aut praeterit, aut relinquit? Nonne anima de coelo est, corpus e terra; hoc regitur, regit illa; illa dominatur, hoc servit; hoc vivit, vivificat illa; illa manet, hoc deficit; hoc aetates patitur, illa nescit; et ad extremum mors, quae tantum dominatur in corpus, nec anima praesente contingit? Et quid est quod tacetur anima, et solum corpus ad Dei hostiam sic vocatur?

Fratres, hic Apostolus honorat corpus, non minorat animam. Nam corpus quod capiunt peccata, quod delicta vinciunt, quod deprimunt crimina, quod vitia corrumpunt, quod dejiciunt passiones, hoc Apostolus cupit solvere, liberare studet, laborat attollere, expiare contendit, ut corpus ad originem animae conscendat, non anima descendat corporis ad naturam; et corpus animam comitetur ad coelum, non anima corpus sequatur ad terram. Audi Scripturam dicentem anima qualibus et quantis corporis cruciatibus aggravetur: Corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, et deprimit terrena cogitatio sensum multa cogitantem. Ergo non deponi animam, sed corpus Apostolus vult levari; et animam et corpus, id est, hominem totum, ad hostiam sanctam, ad placitum Deo sacrificium vult venire. Quod autem et anima sit Dei sacrificium, Psalmista declarat dicens: Sacrificium Deo spiritus contribulatus.

Ut exhibeatis corpora vestra hostiam vivam, sanctam, placentem Deo. Quia non homo ex eo quod vivit placet, sed placet ex eo quod bene vivit; nec ex eo fit homo hostia si se Deo offerat, sed si sancte offerat Deo. Quantum enim immaculata victima placat Deum, tantum Deum victima, si maculata fuerit, exacerbat. Audi dicentem Deum: Non offeras mihi claudum, non luscum, non mortis contagione pollutum, sed maturum sine macula. Hinc est quod Apostolus vivam Deo petit hostiam. Ergo, fratres, si nos ipsius propitiationis incensum. ...

Sermón CIX.

Sobre la víctima del cuerpo y del alma que se ha de ofrecer a Dios de modo razonable. Sobre las mismas palabras del Apóstol

Puesto que el sermón precedente toca solo los comienzos de la lectura del Apóstol, oigamos ahora, acerca de lo que sigue, lo que el Señor inspira; pues así comenzó: Os ruego, dice, por la misericordia de Dios, que presentéis vuestros cuerpos como víctima viva. ¿Acaso el Apóstol, al hablar así, aprueba solo los cuerpos como dignos de las víctimas divinas, y a las almas, como réprobas, o las calla, o las pasa por alto, o las abandona? ¿No es el alma del cielo, el cuerpo de la tierra; este es regido, aquella rige; aquella domina, este sirve; este vive, aquella vivifica; aquella permanece, este desfallece; este padece las edades, aquella no las conoce; y, por último, la muerte, que domina solo sobre el cuerpo, no lo alcanza mientras el alma está presente? ¿Y por qué se calla el alma, y solo el cuerpo es llamado así a ser víctima de Dios?

Hermanos, aquí el Apóstol honra el cuerpo, no disminuye el alma. Pues el cuerpo, al que capturan los pecados, al que atan los delitos, al que oprimen los crímenes, al que corrompen los vicios, al que abaten las pasiones, a este desea el Apóstol soltarlo, se afana por librarlo, trabaja por levantarlo, se esfuerza por expiarlo, para que el cuerpo suba al origen del alma, y no baje el alma a la naturaleza del cuerpo; y el cuerpo acompañe al alma al cielo, y no siga el alma al cuerpo a la tierra. Escucha a la Escritura, que dice con qué tormentos del cuerpo, y cuán grandes, es agobiada el alma: El cuerpo, que se corrompe, agrava el alma, y el pensamiento terreno oprime el sentido que piensa muchas cosas (Sab 9,15). Así pues, el Apóstol no quiere que el alma sea depuesta, sino que el cuerpo sea levantado; y quiere que el alma y el cuerpo, es decir, el hombre entero, lleguen a ser víctima santa, sacrificio agradable a Dios. Y que también el alma es sacrificio de Dios, lo declara el salmista diciendo: Sacrificio para Dios es un espíritu contrito (Sal 51,19).

Que presentéis vuestros cuerpos como víctima viva, santa, agradable a Dios. Porque el hombre no agrada por el hecho de vivir, sino que agrada por el hecho de vivir bien; ni se hace el hombre víctima por ofrecerse a Dios, sino por ofrecerse santamente a Dios. Pues cuanto aplaca a Dios una víctima inmaculada, tanto lo exaspera una víctima, si ha sido manchada. Escucha a Dios que dice: No me ofrecerás lo cojo, ni lo tuerto, ni lo contaminado por el contagio de la muerte, sino lo maduro y sin mancha (Lv 22). De ahí que el Apóstol pida para Dios una víctima viva. Así pues, hermanos, si nosotros el incienso de la misma propiciación ...

Probat hoc Cain, qui cum Deo parva a quo totum perceperat ingratus pontifex sic divisit, ut quod erat pessimum, hoc adoleret altari; quod erat optimum, in suam reservaret offensam; denique cum sua suo male partitur cum auctore, se suosque posteros et a vita et ab humano genere perdivisit. Ergo Abel sequamur ad praemium, non Cain comitemur ad poenam. Abel agnum portans ad Dei sacrificium, sicut agnus assumitur; Cain gestans sibi stipulam, fomentum sibi, per quod exureretur, invenit.

Ut exhibeatis corpora vestra hostiam vivam, sanctam, placentem Deo, rationabile obsequium vestrum. Quantum placat obsequium quod ratione subnixum est, tantum quod rationem non habet, exacerbat. Rationabile obsequium, quod non praesumptione turbatur, non temeritate confunditur, non violatur illicitis, non simulatione fucatur. Ad obsequium regis militaris statio contremiscit; humana dominatio exigit sollicitam servitutem, ad arbitrium jubentis timor obedientis invigilat; quia et cauta devotio praemium justae remunerationis acquirit, et temeritatis poenam praesumptrix servitus non evadit. Quis non vocatus ad aulae regalis se proripit servitutem? quis sine titulo militem se ausus est profiteri? quis sine dignitatis infulis nomen dignitatis invadit Et si haec penes homines sollicita, cautaque sunt, si ratione constant, si convalescunt ordine, si tremore servantur; quanto, penes Deum magis cauta est devotio, magis tremenda servitus, magis sollicitus cultus, ut divinum ratione praestet obsequium?

Rationabile, inquit, obsequium vestrum. Obsequium ratione calens, fervor est; furor est, quod ratione non frenatur. Hinc Judaicus populus Deum dum sibi praeter rationem quaerit, Deum cui cum ratione serviebat, amisit. Hinc filii Aaron dum rationis sunt immemores, dum praesumunt terrenos ignes divinis ignibus admovere, flammam sacrificii salutaris in poenale sibi incendium commutarunt. Hinc Saul tumens regali vertice, dum putat sibi et de sacerdotio quid licere, regnum quod acceperat, altaris temerator amisit. Hinc Judaeus dum legem sine legis ratione excolit, legis interemit auctorem. Hinc gentilis dum deorum populis et deorum monstris, nescius rationis, obsequitur, ad Dei, qui unus et verus est, pervenire non meruit servitutem. Hinc Arius Patri se putat obsequi Filium blasphemando; et dum Filio dat initium, Patri finem miserandus imponit. Hinc Photinus dum coaeternum Patri Filium negat, Pater ut Pater non semper fuerit elaborat. Hinc omnes haereses dum feruntur ad divinitatis injuriam, dum Trinitatem mentiuntur vocabulis, blasphemiis obsequuntur.

Lo prueba Caín, que, pontífice ingrato, repartió así con Dios, de quien había recibido el todo, cosas pequeñas, de modo que lo peor lo quemaba en el altar y lo mejor lo reservaba para su propio desfavor; en fin, mientras reparte mal lo suyo con su autor, separó a sí mismo y a su descendencia de la vida y del género humano (Gn 4,3-5). Sigamos, pues, a Abel hacia el premio, no acompañemos a Caín hacia la pena. Abel, llevando un cordero al sacrificio de Dios, es tomado como cordero; Caín, llevando para sí rastrojo, halló para sí el combustible con que habría de ser quemado.

Que presentéis vuestros cuerpos como víctima viva, santa, agradable a Dios, vuestro culto razonable. Cuanto aplaca el culto que se apoya en la razón, tanto exaspera el que no tiene razón. Culto razonable es el que no se turba por la presunción, no se confunde por la temeridad, no se viola con lo ilícito, no se maquilla con la simulación. Ante el servicio del rey tiembla la guardia militar; el señorío humano exige una servidumbre solícita, el temor del que obedece vigila el albedrío del que manda; porque la devoción cauta adquiere el premio de una justa remuneración, y la servidumbre presuntuosa no escapa a la pena de la temeridad. ¿Quién, sin ser llamado, se precipita a la servidumbre de la corte real? ¿Quién se atrevió a declararse soldado sin título? ¿Quién usurpa el nombre de una dignidad sin las ínfulas de la dignidad? Y si estas cosas entre los hombres son solícitas y cautas, si se apoyan en la razón, si se afianzan con el orden, si se guardan con temblor, ¿cuánto más cauta es ante Dios la devoción, más temible la servidumbre, más solícita la veneración, para prestar con razón un culto divino?

Razonable, dice, vuestro culto. El culto que arde con razón es fervor; es furor el que no se frena con la razón. De ahí que el pueblo judío, al buscar para sí a Dios fuera de la razón, perdió al Dios a quien servía con razón (Ex 32). De ahí que los hijos de Aarón, al olvidar la razón, al presumir de acercar fuegos terrenos a los fuegos divinos, cambiaron la llama del sacrificio saludable en un incendio de castigo para sí mismos (Lv 10,1-2). De ahí que Saúl, hinchado en su altura real, al pensar que también algo del sacerdocio le era lícito, perdió, profanador del altar, el reino que había recibido (1 Sam 15). De ahí que el judío, al cultivar la Ley sin la razón de la Ley, dio muerte al autor de la Ley. De ahí que el gentil, ignorante de la razón, al rendir culto a pueblos de dioses y a monstruos de dioses, no mereció llegar a la servidumbre del Dios que es uno y verdadero. De ahí que Arrio piense rendir culto al Padre blasfemando contra el Hijo; y al dar al Hijo un comienzo, el desdichado impone al Padre un fin. De ahí que Fotino, al negar que el Hijo sea coeterno con el Padre, se afana en que el Padre, en cuanto Padre, no haya existido siempre. De ahí que todas las herejías, al lanzarse a la injuria de la divinidad, al falsear la Trinidad con nombres, rinden culto a las blasfemias.

Nos autem, fratres, et corpora nostra aptemus in vivam Dei hostiam, obsequium nostrum rationabile procuremus, ut sit fides vera, pura conscientia, mens sobria, spes firma, cor mundum, caro casta, sanctus sensus, pius animus, tuta ratio, casta charitas, larga misericordia, vita sancta, verecundus habitus, et ad omne Christi obsequium humilitas nostrum semper comitetur incessum.

Nosotros, en cambio, hermanos, dispongamos también nuestros cuerpos para ser víctima viva de Dios, procuremos nuestro culto razonable, para que haya fe verdadera, conciencia pura, mente sobria, esperanza firme, corazón limpio, carne casta, sentido santo, ánimo piadoso, razón segura, caridad casta, misericordia generosa, vida santa, porte modesto, y para que la humildad acompañe siempre nuestro paso en todo culto de Cristo.

Sermo CX.

De salute sub fide reposita, justificatione a Deo per Christum, et de morte pro Christo subeunda. In verba ejusdem: Non est autem scriptum propter Abraham tantum, etc

Beatus Apostolus primis et novissimis, id est, Judaeis et Graecis, fidei vexillum unicum semper et singulare erigit ad salutem: quod quisquis habere non meruerit et tenere, coelestium possidere non poterit gloriam triumphorum. Solum est, fratres, quod contra perfidiam dimicantibus aciem dirigit, regem indicat, connectit socios, impiumque hostem sola sui visione terrificat.

Sic enim hodie coepit: Non est autem scriptum propter Abraham tantum, quod reputatum est illi ad justitiam; sed et propter nos credentes in eum qui suscitavit jesum Dominum nostrum a mortuis. Videtis, fratres, quia dum priores futura, dum praeterita credunt posteri, sic uno itinere fidei utrique perveniunt ad salutem, dum illi venturum Christum, nos jam venisse profitemur, illi usque ad mortem more hominis descensurum mirantur et credunt, nos esse mortuum et resurrexisse gloriamur. Et quid plura, fratres? Ideo salus haec tam antecedentium, quam sequentium oculis est negata, ut tota esset in fide.

Quod autem dixit: Qui suscitavit Jesum Dominum nostrum a mortuis. Ne quis ab alio credat, ipse sui factor et resuscitator est corporis, qui dixit: Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam: neque enim ab alio resurrectio suscitari, neque ab alio vivificari vita potuit, nec eadem negare sibi quod erat omnibus collatura. Quia nec fons sitit, nec panis esurit, nec sol indiget luce, nec requies ipsa lassescit.

Qui traditus est, inquit, propter delicta nostra, et resurrexit propter justificationem nostram. Traditus propter delicta, non ut ea quae non poterat mori vita puniretur, sed ut delicta, quae nos a vita exsulaverant, sola delerentur. Et resurrexit propter justificationem nostram.

Sermón CX.

Sobre la salvación puesta bajo la fe, sobre la justificación de Dios por Cristo, y sobre la muerte que se ha de sufrir por Cristo. Sobre las palabras del mismo: «Y no fue escrito solo por Abraham», etc.

El bienaventurado Apóstol levanta siempre para los primeros y los últimos, es decir, para judíos y griegos, el único y singular estandarte de la fe para la salvación: quien no haya merecido tenerlo y retenerlo, no podrá poseer la gloria de los triunfos celestiales. Solo él, hermanos, ordena la formación de los que combaten contra la incredulidad, señala al rey, une a los compañeros y aterra al enemigo impío con su sola vista.

Pues así comenzó hoy: Y no fue escrito solo por Abraham que le fue reputado como justicia, sino también por nosotros, que creemos en aquel que resucitó de entre los muertos a Jesús, nuestro Señor (Rom 4,23-24). Veis, hermanos, que mientras los anteriores creen lo futuro y los posteriores lo pasado, así unos y otros llegan a la salvación por un solo camino de la fe, mientras ellos profesan a Cristo que ha de venir, nosotros que ya vino; ellos se admiran y creen que había de descender hasta la muerte a la manera del hombre, nosotros nos gloriamos de que murió y resucitó. ¿Y qué más, hermanos? Por eso esta salvación fue negada a los ojos tanto de los que precedieron como de los que siguen, para que estuviera toda en la fe.

En cuanto a lo que dijo: Que resucitó de entre los muertos a Jesús, nuestro Señor. Para que nadie crea que fue por otro, él mismo es el Hacedor y el resucitador de su propio cuerpo, él que dijo: Tengo potestad para dar mi vida, y tengo potestad para volver a tomarla (Jn 10,18); pues ni la resurrección pudo ser resucitada por otro, ni la vida ser vivificada por otro, ni negarse a sí misma lo que había de otorgar a todos. Porque ni la fuente tiene sed, ni el pan tiene hambre, ni el sol necesita luz, ni el descanso mismo se cansa.

Que fue entregado, dice, por nuestros delitos, y resucitó por nuestra justificación (Rom 4,25). Entregado por los delitos, no para que fuera castigada la vida que no podía morir, sino para que fueran borrados solo los delitos, que nos habían desterrado de la vida. Y resucitó por nuestra justificación.

Manente condemnatione justificari non potest condemnatus; nos ergo quos primi culpa sic parentis addixerat, ut mors obnoxios sibi jure retineret, Christus coelestis et verus parens, soluta mortis condemnatione, per mortem propriam resurrectionem justificat, ut non reus pereat, sed reatus; ipsaque poena, id est mors, quae reos fuerat jussa percellere, merito deficiat et suae amittat infulas potestatis.

Cur innocentem, cur ipsum judicem crudelis et impia est ausa contingere? et ideo addidit: Justificati igitur ex fide pacem habeamus ad Deum. Hoc est dicere, desinat, desinat mater dissensionum, hostis quietis, pacis inimica contentio, non extollatur Judaeus per legem, gentilis non superbiat per naturam, philosophus ab opinionibus suis spumosis et inanibus detumescat, nemo de meritis, nemo de operibus glorietur; quia vitam, quam praevaricatio prima sustulerat, et elongaverat a nobis furiosa contentio, restituit et reddidit pax divina. Pacem habeamus ad Deum, per Dominum nostrum Jesum Christum. Terra non rebellet in coelos, caro non insurgat in spiritum; sed supernae pacis humilis perpetem jungatur ad gloriam.

Per quem accessum habemus. Quare nobis ipse factus est via, fide in gratiam istam. Dux vitae istius fides est, fratres. In qua stamus et gloriamur in spe gloriae filiorum Dei. Stamus certe fide, non corpore; et in spe, non in re jam percepta gloriamur.

Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio autem spem, spes vero non confundit. Ecce quibus aetatibus justus perfectum roboratur in virum: in tribulatione, patientia, probatione, spe. Tribulatio, fratres, velut prima justi viri concutit et conturbat infantiam: sed cum invenerit ista patientem, ad majora adolescentem jam bonae indolis tunc erudit. Tribulatio patientiam operatur. Patientia est, fratres, quae Christi juvenem aptum probat esse virtutibus. Spes vero non confundit. Spes est quae virum perficit: et ad mensuram Christi plenitudinis indefessa producit. Perfectae virtutis est, quod in re non teneas spei robore possidere.

Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et ut diffusae in nos divinae charitatis ostenderet qualitatem, adjecit: Ut quid enim Christus, cum adhuc infirmi essemus secundum tempus, pro impiis mortuus est? Vix enim pro justo quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori? Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quia adhuc cum peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.

Mientras permanece la condena, el condenado no puede ser justificado; a nosotros, pues, a quienes la culpa del primer padre había entregado de tal modo que la muerte nos retenía por derecho como sujetos a ella, Cristo, padre celestial y verdadero, desatada la condena de la muerte, nos justifica por su propia muerte, por la resurrección, para que no perezca el reo, sino la culpabilidad; y para que la pena misma, es decir, la muerte, que había recibido orden de herir a los reos, con razón desfallezca y pierda las ínfulas de su potestad.

¿Por qué se atrevió ella, cruel e impía, a tocar al inocente, al juez mismo? Y por eso añadió: Justificados, pues, por la fe, tengamos paz con Dios (Rom 5,1). Es decir: cese, cese la contienda, madre de las disensiones, enemiga del sosiego, adversaria de la paz; no se ensalce el judío por la Ley, no se ensoberbezca el gentil por la naturaleza, deshínchese el filósofo de sus opiniones espumosas y vanas, nadie se gloríe de los méritos, nadie de las obras; porque la vida que la primera prevaricación había quitado, y que la furiosa contienda había alejado de nosotros, la restituyó y la devolvió la paz divina. Tengamos paz con Dios por nuestro Señor Jesucristo. No se rebele la tierra contra los cielos, no se alce la carne contra el espíritu, sino que, humilde, se junte a la gloria perpetua de la paz de lo alto.

Por quien tenemos acceso (Rom 5,2). Por eso él mismo se hizo para nosotros camino, por la fe a esta gracia. La guía de esta vida es la fe, hermanos. En la cual estamos firmes y nos gloriamos en la esperanza de la gloria de los hijos de Dios. Estamos firmes, ciertamente, por la fe, no por el cuerpo; y nos gloriamos en la esperanza, no en una cosa ya recibida.

Y no solo esto, sino que también nos gloriamos en las tribulaciones, sabiendo que la tribulación obra la paciencia, la paciencia la prueba, la prueba la esperanza, y la esperanza no confunde (Rom 5,3-5). Ved por qué edades el justo se robustece hasta el varón perfecto: en la tribulación, la paciencia, la prueba, la esperanza. La tribulación, hermanos, sacude y turba como la primera infancia del varón justo; pero cuando lo ha hallado paciente, entonces lo instruye para cosas mayores, adolescente ya de buena índole. La tribulación obra la paciencia. Es la paciencia, hermanos, la que prueba que el joven de Cristo es apto para las virtudes. Y la esperanza no confunde. Es la esperanza la que hace perfecto al varón y lo conduce, incansable, a la medida de la plenitud de Cristo. Es propio de la virtud perfecta poseer con la fuerza de la esperanza lo que no tienes de hecho.

Porque la caridad de Dios se ha derramado en nuestros corazones por el Espíritu Santo, que nos ha sido dado (Rom 5,5). Y para mostrar la cualidad de la caridad divina derramada sobre nosotros, añadió: Pues ¿por qué Cristo, cuando aún éramos débiles, según el tiempo, murió por los impíos? (Rom 5,6) Pues apenas muere alguno por un justo: ¿por un hombre bueno quizá alguno se atreva a morir? (Rom 5,7) Pero Dios acredita su caridad en nosotros, porque, cuando aún éramos pecadores, Cristo murió por nosotros (Rom 5,8).

Si Christus genus hominum sic dilexit, ut daret pro impiis et peccatoribus mortem suam, justis quid aliud credimus largiturum, quam vitam suam, regnum suum, gloriam suam. Ex te suscepit mortem, quam impiis impenderet super terram: reservat tibi, quod in se et per se semper possidet, et possidet in coelo.

Dicamus ergo cum propheta: Quid retribuam Domino pro omnibus quae retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam. Hoc est et ego moriar pro illo. Et quid simile? Ille sponte pro impio et peccatore, ego vix pro justo et bono: ego vix, quia me ad mortem non tam voluntas quam necessitas ducit. Audi ipsum dicentem ad Petrum: Cum autem senueris, praecinget te alius, et ducet quo tu non vis.

In adversis, fratres, necessitas voluntati non potest comparari; acquiescere necessitatis est, velle virtutis. Volenti mors ipsa subjecta est, quia semper dominata est mors nolenti. Et tamen, fratres, quia divinae charitatis nil simile potest homo redhibere, det quod potest, quia secundum quod habet acceptus est. Deficiat ad gloriam, moriatur ad vitam, pereat ad salutem. Gloriemur, fratres, de nova istius commutatione commercii; quia mors, quae erat inter homines reparatio tota pietatis, per Christum divinae commendatio est facta charitatis.

Si Cristo amó así al género humano hasta dar su muerte por los impíos y los pecadores, ¿qué otra cosa creemos que dará a los justos sino su vida, su reino, su gloria? De ti asumió la muerte, para emplearla por los impíos sobre la tierra; te reserva lo que en sí y por sí posee siempre, y posee en el cielo.

Digamos, pues, con el Profeta: ¿Qué retribuiré al Señor por todo lo que me ha retribuido? (Sal 116,12) Tomaré el cáliz de la salvación (Sal 116,13). Es decir: también yo moriré por él. ¿Y qué semejanza hay? Él, espontáneamente, por el impío y el pecador; yo, apenas, por el justo y el bueno; yo apenas, porque a la muerte no me lleva tanto la voluntad cuanto la necesidad. Escúchale decir a Pedro: Pero cuando hayas envejecido, otro te ceñirá, y te llevará adonde tú no quieres (Jn 21,18).

En la adversidad, hermanos, la necesidad no puede compararse con la voluntad; aquietarse es propio de la necesidad, querer es propio de la virtud. Al que quiere, la muerte misma le está sujeta, porque la muerte siempre ha dominado al que no quiere. Y sin embargo, hermanos, ya que el hombre no puede devolver nada semejante a la caridad divina, dé lo que pueda, porque es aceptado según lo que tiene. Desfallezca para la gloria, muera para la vida, perezca para la salvación. Gloriémonos, hermanos, del nuevo intercambio de este comercio; porque la muerte, que entre los hombres era toda la reparación de la piedad, se ha hecho por Cristo la acreditación de la caridad divina.

Sermo CXI.

De peccato originali. In verba ejusdem: Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit

Praesens, fratres, Apostoli lectio cum dicit, per unum hominem mundum totum suscepisse sententiam, non ad perorandum nos, sed ad flendum renovato et intimo dolore compellit. Si enim eximii vates singularis populi, et unius urbis, ac solius nonnumquam hominis diu lamentavere discrimen; quae mens non totis tenebris obscuretur, quos sensus non tota hebetudo confundat, quos oculos non redigat in fontes et fluenta lacrymarum, quando unius lapsus exstitit ruina cunctorum, et unius culpa omnium defluxit ad poenam, ac parentis vitium universo generi exitium ferale praeparavit, dicente Apostolo: Propterea sicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit, et per peccatum mors. Miserum me! ipse qui erat causa bonorum omnium, janua factus est hic malorum.

Peccatum in hunc mundum intravit. In hunc mundum: miraris eum posteris obfuisse, qui facinore suo damnaverit mundum? Sed dicis, Quomodo intravit? Per quem intravit? Quomodo? Per culpam. Per quem? Per hominem. Et quid? peccatum natura est, an substantia? Nec natura est, nec substantia, sed accidens: et adversa est haec potestas quae videtur in opere, sentitur in poena, impugnat animam, vulnerat mentem, ipsam violat, confunditque naturam. Et quid plura, fratres? Hoc est peccatum naturae, quod est fumus oculis, quod febris corpori, quod dulcissimis fontibus amara salsedo. Utique purus et lucidus est oculus per naturam, sed per fumi conturbatur et obscuratur injuriam. At corpus membrorum partibus et sensibus suis, per hoc quod est a Deo conditum, viget; sed ubi vis febrium coeperit, et procella dominari, totum efficitur imbecillum: tunc amaritudo oris, tunc oculorum caligo, tunc gressuum nutabunda vestigia, tunc inimica aura, tunc chari graves, tunc ipsa obsequia videntur odiosa. Et fontes quantum grati sunt per suam dulcedinem et naturam, tantum efficiuntur ingrati, cum aliquod vitium ex accessione susceperint.

Sermón CXI.

Sobre el pecado original. Sobre las palabras del mismo: «Por tanto, así como por un solo hombre entró el pecado en este mundo»

La presente lectura del Apóstol, hermanos, al decir que por un solo hombre el mundo entero recibió sentencia, no nos impulsa a perorar, sino a llorar, con un dolor renovado e íntimo. Pues si los eximios profetas de un pueblo singular, y de una sola ciudad, y a veces de un solo hombre, lamentaron largamente su peligro, ¿qué mente no se oscurecería con tinieblas totales, qué sentidos no confundiría un embotamiento total, qué ojos no convertiría en fuentes y raudales de lágrimas, cuando la caída de uno fue la ruina de todos, y la culpa de uno descendió a la pena de todos, y el vicio del padre preparó una perdición mortal a todo el género, diciendo el Apóstol: Por tanto, así como por un solo hombre entró el pecado en este mundo, y por el pecado la muerte (Rom 5,12)? ¡Miserable de mí! El mismo que era causa de todos los bienes se hizo aquí puerta de los males.

Entró el pecado en este mundo. En este mundo: ¿te admiras de que dañara a su posteridad quien con su fechoría condenó al mundo? Pero dices: «¿Cómo entró? ¿Por quién entró?». ¿Cómo? Por la culpa. ¿Por quién? Por el hombre. ¿Y qué? ¿El pecado es naturaleza, o sustancia? No es naturaleza ni sustancia, sino accidente; y es esta una potestad adversa, que se ve en la obra, se siente en la pena, combate el alma, hiere la mente, viola y confunde a la naturaleza misma. ¿Y qué más, hermanos? Esto es el pecado para la naturaleza: lo que el humo para los ojos, la fiebre para el cuerpo, la amarga salobridad para las fuentes más dulces. Ciertamente el ojo es puro y luminoso por naturaleza, pero se turba y se oscurece por la injuria del humo. Y el cuerpo está vigoroso en las partes de sus miembros y en sus sentidos, por cuanto ha sido hecho por Dios; pero cuando la fuerza de las fiebres ha comenzado, y su tempestad a dominar, todo él se vuelve débil: entonces la amargura de la boca, entonces la niebla de los ojos, entonces los pasos vacilantes, entonces el aire enemigo, entonces los seres queridos pesados, entonces los mismos cuidados parecen odiosos. Y las fuentes, cuanto son gratas por su dulzura y su naturaleza, tanto se vuelven ingratas cuando han recibido algún vicio por una añadidura.

Sed ad coepta redeamus. Sicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit, et per peccatum mors. Ecce, fratres, janua, per hominem peccatum, et per peccatum intrasse videmur in mortem. Peccatum, o crudelis fera, et non uno capite in hominum genus saevire contenta! quam vidimus trino ore tota humanae stirpis germina tam pretiosa devorantem: trino ore, fratres, peccatum capit, mors devorat, deglutit infernus. Et quo, sicut diximus, fonte lacrymarum talis nobis plane deflendus est parens, qui nos tantarum miseriarum reliquit haeredes, qui non solum collata bona perdidit, sed omnes posteros suos tam feris creditoribus obnoxios sic reliquit? O dura haereditas ac crudelis! O miseri, quibus nec adipisci libuit, nec renuntiare licuit nos haeredes!

Audi quod sequitur: Et ita in omnes homines mors transivit. Sed ne injustum forte videatur cur per unum in omnes, quia omnes per unum; per eum te detestaris esse damnatum, per quem te editum esse gloriaris in lucem. Sed dicis, Si generi debeo quod natus sum, numquid et crimini, ut ante me reum faciat natura quam culpa? Huic quaestioni tuae mox qui sequitur Apostoli sermo respondet, dicendo: In quo omnes peccaverunt. Si in illo omnes peccaverunt, merito per illum omnes suscepere supplicium. Sicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit, et per peccatum mors: et ita in omnes homines pertransivit, in quo omnes peccaverunt. Sive in homine, sive in peccato; per illum et in illo omnes peccaverunt. Non ergo peccatum versum est in naturam, sed dum peccatum mortem ingerit, poenam sibi debitam exigit per naturam.

Deus naturam ita fecerat ut homines crearet ad vitam: quae tamen dum morti nolens generat, illa se peccato fatetur obnoxiam, cujus poenae deservit in vita. Nam quis ista sentiat, fratres, quod exstingui velit natura partus suos, et germina sua tam chara velit necari? Sed dum ingemiscit et condolet, amissam suspirat et desiderat suspicere libertatem. Sed per quem acceperit, Joannes primus signanter ostendit, qui viso Christo proclamat et vociferatur, dicens: Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Peccatum mundi, hoc est, fratres, quod per unum hominem Apostolus intrasse testatur. Gaudete ergo, fratres, quia peccatum quod nos gravi pondere deprimebat ad tartarum, a Christo sublatum est, in tartara jam demersum; et nos, quos morti culpa primi parentis addixerat, secundi et divini parentis gratia a poena revocavit ad vitam.

Pero volvamos a lo comenzado. Así como por un solo hombre entró el pecado en este mundo, y por el pecado la muerte. He aquí, hermanos, la puerta: por el hombre el pecado, y por el pecado se ve que hemos entrado en la muerte. ¡Pecado, oh fiera cruel, que no se contenta con ensañarse contra el género humano con una sola cabeza! A la cual hemos visto devorar con boca trina todos los tan preciosos retoños de la estirpe humana: con boca trina, hermanos, el pecado atrapa, la muerte devora, el infierno engulle. ¿Y con qué fuente de lágrimas, como dijimos, ha de ser llorado por nosotros tal padre, que nos dejó herederos de tantas miserias, que no solo perdió los bienes que se le habían otorgado, sino que dejó así a toda su descendencia sujeta a tan fieros acreedores? ¡Oh dura y cruel herencia! ¡Oh desdichados de nosotros, herederos a quienes ni plugo adquirirla ni fue lícito renunciar a ella!

Escucha lo que sigue: Y así la muerte pasó a todos los hombres. Pero para que no parezca quizá injusto que por uno pasara a todos: es porque todos son por uno; detestas haber sido condenado por aquel por quien te glorías de haber sido dado a luz. Pero dices: «Si al linaje debo el haber nacido, ¿acaso también al crimen, para que la naturaleza me haga reo antes que la culpa?». A esta cuestión tuya responde enseguida la palabra del Apóstol que sigue, diciendo: En quien todos pecaron. Si en él todos pecaron, con razón por él todos recibieron el suplicio. Así como por un solo hombre entró el pecado en este mundo, y por el pecado la muerte: y así pasó a todos los hombres, en quien todos pecaron. Sea en el hombre, sea en el pecado: por él y en él todos pecaron. No se convirtió, pues, el pecado en naturaleza, sino que el pecado, al introducir la muerte, exige por medio de la naturaleza la pena que se le debe.

Dios había hecho la naturaleza de tal modo que creara a los hombres para la vida; pero ella, al engendrar contra su voluntad para la muerte, reconoce que está sujeta al pecado, a cuya pena sirve en la vida. Pues ¿quién pensaría esto, hermanos, que la naturaleza quiera que sus partos se extingan, y que sus retoños tan queridos sean muertos? Pero mientras gime y se conduele, suspira por la libertad perdida y anhela alzar los ojos hacia ella. Pero por quién la recibió, lo mostró expresamente Juan el primero, que al ver a Cristo proclama y clama, diciendo: He aquí el Cordero de Dios, que quita el pecado del mundo (Jn 1,29). El pecado del mundo, hermanos, es el que el Apóstol atestigua que entró por un solo hombre. Alegraos, pues, hermanos, porque el pecado que con pesado lastre nos hundía hacia el Tártaro ha sido quitado por Cristo, sumergido ya en el Tártaro; y a nosotros, a quienes la culpa del primer padre había entregado a la muerte, la gracia del segundo y divino padre nos llamó de nuevo de la pena a la vida.

Salvari ergo sine Christo homo non poterat, quia totius mundi peccatum ante ipsius permanebat adventum. Sed tu quod per Christum justificaris, amplecteris; et quod per Adam damnatus es, tu refutas; et alterius tibi poenam obfuisse conquereris, qui tibi conspicis alterius subvenisse justitiam. Numquid non in semine tota arbor? Vitium ergo seminis vitium est totius arboris. Si sibi ipsa per se natura subvenire potuisset, numquam eam ad reparandum in se auctor ipse suscepisset. Ad vitam eam creatam credis, qui adhuc eam per auctorem dubitas esse reparatam?

Usque ad legem enim, inquit, peccatum erat in mundo. Usque ad legem cum audis, usque ad finem legis, hoc est, usque ad adventum Domini nostri Jesu Christi, accipe. Quia peccatum non imputabatur, ait, cum lex non esset. Et quando lex non fuit, quae cum ipso homine coepit? si lex non fuisset, Adam praevaricator utique non fuisset, sicut idem aperit Apostolus, cum dicit: Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen. Utrique legem acceperant: sed Adam mox praevaricatus est, ut accepit; Moyses praevaricatoribus promulgavit acceptam, dicente Apostolo: Lex praevaricationum causa posita est. Regnavit ergo mors per legem, quia gravius praevaricatores quam peccatores; et non tantum parentis vitio, sed suo jam lapsos facinore, saeva devoravit.

Sed regnavit, inquit, mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adae. Quia non tantum magnos, sed devorabat et parvulos; et non tantum noxios, sed et devastabat innoxios: innoxios dico a culpa propria, non parentis. Et hinc gravius erat lamentanda conditio, quia ejus parentis solvebat poenam, cujus vix vitam degustarat infantulus; et luebat peccatum mundi, qui mundum cognitum non habebat. Acquiescamus ergo, fratres, quod per unum et unius delicto mors regnavit, si omnes per unum absolvi desideramus, et esse per Christum: quia qui vivit, Christo debet, non sibi; et Adam quod moritur id debebit.

Así pues, el hombre no podía salvarse sin Cristo, porque el pecado del mundo entero permanecía hasta su venida. Pero tú abrazas el ser justificado por Cristo; y el haber sido condenado por Adán, lo rechazas; y te quejas de que la pena de otro te haya dañado, tú que ves que la justicia de otro te ha socorrido. ¿Acaso no está todo el árbol en la semilla? El vicio de la semilla es, pues, el vicio de todo el árbol. Si la naturaleza hubiera podido socorrerse a sí misma por sí misma, nunca el autor mismo la habría asumido en sí para repararla. ¿Crees que fue creada para la vida, tú que todavía dudas de que haya sido reparada por su autor?

Pues hasta la Ley, dice, el pecado estaba en el mundo (Rom 5,13). Cuando oyes «hasta la Ley», entiende «hasta el fin de la Ley», es decir, hasta la venida de nuestro Señor Jesucristo. Pues el pecado no se imputaba, dice, cuando no había ley. ¿Y cuándo no hubo ley, si comenzó con el hombre mismo? Si no hubiera habido ley, Adán ciertamente no habría sido prevaricador, como lo descubre el mismo Apóstol cuando dice: Pero reinó la muerte desde Adán hasta Moisés (Rom 5,14). Ambos habían recibido una ley: pero Adán prevaricó en cuanto la recibió; Moisés promulgó para los prevaricadores la que había recibido, diciendo el Apóstol: La Ley fue puesta a causa de las prevaricaciones (Gál 3,19). Reinó, pues, la muerte por la ley, porque, cruel, devoró más gravemente a los prevaricadores que a los pecadores, y a los caídos no solo por el vicio del padre, sino ya por su propia fechoría.

Pero reinó, dice, la muerte desde Adán hasta Moisés, aun sobre aquellos que no pecaron a semejanza de la prevaricación de Adán. Porque no solo devoraba a los grandes, sino también a los pequeños; y no solo a los culpables, sino que devastaba también a los inocentes: inocentes, digo, de culpa propia, no de la del padre. Y por eso la condición era más gravemente digna de llanto, porque el niñito saldaba la pena de aquel padre cuya vida apenas había gustado; y expiaba el pecado del mundo quien no había conocido el mundo. Aquietémonos, pues, hermanos, en que por uno y por el delito de uno reinó la muerte, si deseamos que todos sean absueltos por uno, y ser por Cristo: porque quien vive se lo debe a Cristo, no a sí mismo; y el morir se lo deberá a Adán.

Sermo CXII.

De morte per hominem, vita et gratia per Christum habita, deque abundantia delicti propter legem. In verba ejusdem: Si enim unius delicto mors regnavit per unum

Si quis poculum aquae frigidae sitienti porrigit viatori, aliquantum quidem animum recreat aestuantis, et humanitati plane succurrit, non tamen penitus sitim exstinguit: ita et magnum divinae scientiae desiderantibus nosse secretum, noster sermo non sufficit, qui ad praesens festinationi deservit et tempori. Nam si ad humana perdiscenda tota hominis brevis est vita, quod tempus sufficere credimus ad intelligentiam posse divinam? Date ergo veniam, fratres, si intra punctum temporis et horae unius vix momentum obscura lucidare, clausa reserare, firmare dubia, profunda contingere, tot saeculorum ineffabile sacramentum per omnem modum aperire non possum, et eloqui, si vel caute aemulis, secure filiis, credentibus confidenter, constanter incredulis non valemus. Verum quia hodie apostolicus sermo claro se lumine sensibus audientium totus infudit, nec quidquam catholicis mentibus reliquit ambiguum, cum dicit: Si enim unius delicto mors regnavit per unum; declamandi studium seponentes, tota simplicitate ipsis apostolicis eloquiis innitemur, ut verum scire cupientibus nulla sermone nostro generetur obscuritas.

Si enim unius delicto, ut dicit, mors regnavit per unum, quare mortem ab uno et primo homine esse posteris acquisitam insinuare et approbare evangelica laborat auctoritas? Et quamvis sufficiat illa sententia, quae dicit: Deus mortem non fecit; quare eam tam trucem, tam crudelem, tam immitem nonnulli a Deo velint esse conditam, scire non possum. Nemo sine piaculo aestimat tam pium, tam bonum Deum, mortem creare potuisse, cujus universus mundus dolore continuo, gemitu, lacrymis, accusat et detestatur auctorem. Si mors etiam penes homines est criminum poena, quo ausu concreata homini et poenae ante creditur innocenti Deo insita esse quam vita?

Sermón CXII.

Sobre la muerte por el hombre, sobre la vida y la gracia obtenidas por Cristo, y sobre la abundancia del delito a causa de la Ley. Sobre las palabras del mismo: «Pues si por el delito de uno reinó la muerte por uno»

Si alguien ofrece un vaso de agua fría a un caminante sediento, reanima un tanto el ánimo del que se abrasa, y socorre de veras a la humanidad, pero no apaga del todo la sed: así también, para los que desean conocer el gran secreto de la ciencia divina, no basta nuestro sermón, que por el momento sirve a la prisa y al tiempo. Pues si para aprender a fondo las cosas humanas toda la vida del hombre es breve, ¿qué tiempo creemos que basta para poder entender lo divino? Concededme, pues, perdón, hermanos, si en un punto de tiempo, apenas el momento de una sola hora, no puedo esclarecer lo oscuro, abrir lo cerrado, afianzar lo dudoso, tocar lo profundo, abrir de todos modos el misterio inefable de tantos siglos, y decirlo, si no somos capaces de hablar con cautela a los rivales, con seguridad a los hijos, con confianza a los creyentes, con firmeza a los incrédulos. Pero, como hoy la palabra apostólica se ha derramado toda con clara luz en los sentidos de los oyentes, y no ha dejado nada ambiguo a las mentes católicas, cuando dice: Pues si por el delito de uno reinó la muerte por uno (Rom 5,17), dejando a un lado el afán de declamar, nos apoyaremos con toda sencillez en las mismas palabras apostólicas, para que en los que desean saber la verdad no se engendre por nuestro sermón ninguna oscuridad.

Pues si por el delito de uno, como dice, reinó la muerte por uno, ¿por qué la autoridad evangélica se esfuerza en insinuar y probar que la muerte fue adquirida para la posteridad por un solo y primer hombre? Y aunque basta aquella sentencia que dice: Dios no hizo la muerte (Sab 1,13), por qué algunos quieren que una muerte tan feroz, tan cruel, tan despiadada haya sido hecha por Dios, no lo puedo saber. Nadie sin sacrilegio piensa que un Dios tan piadoso, tan bueno, haya podido crear la muerte, cuyo autor el mundo entero, con dolor continuo, con gemidos, con lágrimas, acusa y detesta. Si aun entre los hombres la muerte es la pena de los crímenes, ¿con qué osadía se cree que fue creada junto con el hombre, y que fue implantada por Dios, como pena, en un inocente antes que la vida?

Sed audiamus Apostolum: Si enim unius delicto mors regnavit per unum, multo magis abundantiam gratiae, et donationis, et justitiae accipientes in vita regnabunt per unum Christum Dominum nostrum. Ecce unum, et unum, Adam et Christus. Per illum peccatum regnavit in mortem, per istum gratia regnavit in vitam. Denique duo haec principia vitae et mortis, absolutionis et poenae, desideratae libertatis et damnationis extremae, is qui sequitur sermo Apostoli aperit et declarat.

Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, ita et per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitae. Per unum et unum, aut mors regnat, aut vita conceditur. Quid hic ergo addere sermo possit interpretis? quibus si adjunges silentium, omnis aemulorum succumbit intentio. Per unius delictum in omnes homines in condemnationem, ita et per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitae. Sicut fonti fluvius, sicut fructus semini, ita origini deservit aut addicta aut erepta posteritas, sicut ex his quae adjecit Apostolus plenius approbatur.

Sicut enim unius hominis inobedientia peccatores constituti sunt multi, ita unius obedientia justi constituentur multi. Sit homo peccator, ut sit Deus justus, quia reatus redundat ad judicem, si poena percellit innoxium. Et ideo dixit: Sicut per unius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi. Ut scirent se ejus culpae fuisse participes, cujus poenae socios se esse persentiunt.

Sed jam quid lex profuerit, attestante Apostolo, audiant legis amatores. Lex autem, inquit, subintravit, ut abundaret delictum. Ecce, ut Apostolus dicit, non imminutionem delictorum lex fecit esse, sed copiam; non per se, fratres, sed per eum qui legem per imbecillitatem ferre non poterat. Non magnitudo lucis hebetat oculos, quae solis a Deo creata est oculis, sed oculorum infirmitas lucis totam sustinere non potest, et ferre claritatem: ita et lex, fratres, quae per se satis justa erat, et satis sancta, dum ab homine fragili severam exigit disciplinam, magis magisque oneravit et prodidit delinquentem. Et hoc quare, fratres? Ut per gratiam et veniam Conditoris rediret ad vitam qui per tumorem et ignorantiam, cum male de innocentia gloriaretur, in debitum parentis deducebatur et poenam.

Pero oigamos al Apóstol: Pues si por el delito de uno reinó la muerte por uno, mucho más los que reciben la abundancia de la gracia, y del don, y de la justicia, reinarán en la vida por uno solo, Cristo nuestro Señor. He aquí uno y uno, Adán y Cristo. Por aquel reinó el pecado para la muerte, por este reinó la gracia para la vida. En efecto, estos dos principios de vida y de muerte, de absolución y de pena, de libertad deseada y de condenación extrema, los abre y declara la palabra del Apóstol que sigue.

Por tanto, así como por el delito de uno sobre todos los hombres para condenación, así también por la justicia de uno sobre todos los hombres para justificación de vida (Rom 5,18). Por uno y uno, o reina la muerte o se concede la vida. ¿Qué podría, pues, añadir aquí la palabra de un intérprete? Si a estas palabras añades el silencio, sucumbe todo empeño de los rivales. Por el delito de uno sobre todos los hombres para condenación, así también por la justicia de uno sobre todos los hombres para justificación de vida. Como el río a la fuente, como el fruto a la semilla, así sirve a su origen la posteridad, entregada o arrebatada, como se prueba más plenamente por lo que añadió el Apóstol.

Pues así como por la desobediencia de un solo hombre muchos fueron constituidos pecadores, así por la obediencia de uno muchos serán constituidos justos (Rom 5,19). Sea el hombre pecador, para que Dios sea justo, porque la culpabilidad recae sobre el juez, si la pena hiere al inocente. Y por eso dijo: Así como por la desobediencia de un solo hombre muchos fueron constituidos pecadores. Para que supieran que habían sido partícipes de la culpa de aquel cuyos compañeros en la pena sienten que son.

Pero oigan ya los amantes de la Ley, con el testimonio del Apóstol, de qué sirvió la Ley. Pero la Ley, dice, se introdujo para que abundara el delito (Rom 5,20). He aquí, como dice el Apóstol, que la Ley no produjo una mengua de los delitos, sino su abundancia; no por sí misma, hermanos, sino por aquel que por flaqueza no podía soportar la Ley. No es la magnitud de la luz la que embota los ojos, luz que Dios creó solo para los ojos, sino que la debilidad de los ojos no puede sostener toda la luz y soportar su claridad: así también la Ley, hermanos, que por sí era muy justa y muy santa, al exigir del hombre frágil una disciplina severa, cargó y delató más y más al delincuente. ¿Y esto por qué, hermanos? Para que, por la gracia y el perdón del Hacedor, volviera a la vida el que, por la hinchazón y la ignorancia, al gloriarse mal de su inocencia, era conducido a la deuda y a la pena del padre.

Morbus igitur latebat occultus, per quem omnium secreta medullarum et venarum meatus in ipsorum vitalium tendebant exitium, et quamdam *συνχρίσιν* in omnibus generabat internis. Venit lex quae et vulnus proderet, et tandem vetusto languori supernum advenire medicum nuntiaret. Venit lex, quae mandatorum fomentis in cutem produceret quod in altum lethaliter saeviebat. Venit lex, ut gladio praeceptorum velut apostema longi temporis aperiret, et collectam diu saniem salutaris subinde siccaret effusio. Nec tamen per se, fratres, aut vulnus claudere aut aegrotanti perfectam addere valebat ipsa sanitatem. Quod ubi vidit aegrotus, et tandem statum suum miserandus agnovit, coepit tendere festinus ad medicum, ut quod per legem proditum, et per ipsam diu fuerat ampliatum, tanti medici peritia curaretur et gratia. Ampliatum vulnus dicimus, fratres, quia post incisionem, putredo, fetor, horror, vexatio ipsi vulneri abscissione generatur, et fit per curam deterior miserandi facies ipsa languoris quam fuerat ignoranti periculum cum lateret. Venit ergo medicus; et jam fesso curis, et curationum vexationibus perdefesso, solius verbi auctoritate subvenit. Sicut centurio ille confitetur, cum dicit: Dic verbo, et sanabitur puer meus. Et impleretur illud propheticum: Misit Verbum suum, et sanavit eos.

Et ideo sequitur: Ubi abundavit peccatum, superabundavit et gratia. Ac si diceret: Ubi dilatatum est vulnus, supereffusa est sanitas. Nemo ergo ingratus sit legi, quia quem aegrotantem et jacentem invenerat, levavit, fovit, et ut saluti traderet, ipsum usque ad medicum salubri exsultatione perduxit, ut, sicut dixit Apostolus: Quemadmodum regnavit peccatum in mortem, ita gratia regnet in vitam aeternam, per Jesum Christum Dominum nostrum. Gratia in vitam, peccatum regnat in mortem. Recta fides non mortem, non interitum hominis auctori Deo deputat, sed salutem. Mors sit hominis, sit peccati, ut vita creata et reddita solum credatur esse per Christum.

La enfermedad, pues, estaba oculta, por la cual los secretos de todas las médulas y los conductos de las venas tendían a la ruina de los mismos órganos vitales, y engendraba en todas las entrañas cierta synkrisis. Vino la Ley, para delatar la herida y anunciar por fin que el médico celestial venía a la vieja dolencia. Vino la Ley, para sacar a la piel, con las cataplasmas de los mandamientos, lo que se ensañaba mortalmente en lo hondo. Vino la Ley, para abrir con el filo de los preceptos como un absceso de largo tiempo, y para que un derrame saludable secara luego el pus largo tiempo acumulado. Sin embargo, por sí misma, hermanos, no podía ni cerrar la herida ni dar al enfermo la salud perfecta. Cuando el enfermo vio esto y, desdichado, reconoció al fin su estado, comenzó a dirigirse presuroso al médico, para que lo que por la Ley había sido delatado, y por ella misma largo tiempo agrandado, fuera curado por la pericia y la gracia de tan gran médico. Decimos que la herida fue agrandada, hermanos, porque después de la incisión, la putrefacción, el hedor, el horror, la molestia se engendran en la herida misma por el corte, y por la curación el aspecto mismo de la lamentable dolencia se hace peor que lo que había sido el peligro para el que lo ignoraba mientras estaba oculto. Vino, pues, el médico; y al que estaba ya cansado de remedios y extenuado por las molestias de las curas, lo socorrió con la sola autoridad de su palabra. Como lo confiesa aquel centurión, cuando dice: Di una palabra, y mi siervo quedará sano (Mt 8,8). Y había de cumplirse aquello del Profeta: Envió su Verbo, y los sanó (Sal 107,20).

Y por eso sigue: Donde abundó el pecado, sobreabundó también la gracia. Como si dijera: Donde se ensanchó la herida, se derramó con más abundancia la salud. Nadie sea, pues, ingrato con la Ley, porque al que había hallado enfermo y postrado, lo levantó, lo cuidó y, para entregarlo a la salud, lo condujo con saludable alegría hasta el médico, para que, como dijo el Apóstol: Así como reinó el pecado para la muerte, así reine la gracia para la vida eterna, por Jesucristo nuestro Señor (Rom 5,21). La gracia para la vida; el pecado reina para la muerte. La fe recta no atribuye a Dios, el autor, la muerte, ni la ruina del hombre, sino la salvación. Sea la muerte del hombre, sea del pecado, para que se crea que la vida, creada y devuelta, es solo por Cristo.

Sermo CXIII.

De non permanendo in peccato, ut gratia abundet, et de virtutibus inserviendo. In verba ejusdem: Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato, ut gratia abundet? etc

Beatus Apostolus quando nota interrogat, quando manifesta perquirit, eos videlicet objurgat et increpat qui eloquia divina sua interpretatione corrumpunt: et inde concipiunt suffragia criminum, unde assumere debuerant documenta virtutum. Sic enim hodie coepit: Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato, ut gratia abundet? Superius dixerat, fratres: Ubi abundavit peccatum, superabundavit et gratia; et ideo ita exorsus est, ac pro illo divino et singulari magisterio imperitis se velut interrogatione participat, ut quae sunt prudentiae coelestis plena eruditione respondeat.

Si enim ubi abundavit peccatum, superabundavit et gratia. Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato, ut gratia abundet? Si prona est delinquentibus pietas, si gratia copiosa peccantibus, si injustis amica largitas est divina, certe si futura bona malis praesentibus acquiruntur, quid nobis virtutum iter arduum, quid durus obtinendae justitiae labor, quid inter malos jugis servandae innocentiae cruciatus? Augeantur humana facinora, ut bonitas coelestis exuberet; faciamus mala, ut dixit, ut veniant bona; permaneamus in peccato, ut gratia abundet.

Ad haec, fratres, idem qui interrogat Apostolus ipse respondit: Absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo? Cum dicit Absit, taliter intelligentiam insipientium exsecratus est et sensum: siquidem medicus non vulneri, sed curae proficit et saluti; nec putredini, nec morbis, sed soli congaudet ille sanitati. Ita et Deus, qui pro magnitudine vulneris adhibuit magnitudinem vigoremque medicinae, et nec peccato, sed homini largitus est gratiam; nec ad multiplicanda, sed ad delenda delicta imbrem suae pietatis effudit.

Sermón CXIII.

Sobre no permanecer en el pecado para que abunde la gracia, y sobre servir a las virtudes. Sobre las palabras del mismo: «¿Qué diremos, pues? ¿Permaneceremos en el pecado para que abunde la gracia?», etc.

El bienaventurado Apóstol, cuando pregunta lo sabido, cuando indaga lo manifiesto, reprende e increpa, en efecto, a los que corrompen las palabras divinas con su interpretación, y sacan de ellas apoyos para los crímenes, de donde debían haber tomado enseñanzas de virtudes. Pues así comenzó hoy: ¿Qué diremos, pues? ¿Permaneceremos en el pecado para que abunde la gracia? (Rom 6,1) Había dicho antes, hermanos: Donde abundó el pecado, sobreabundó también la gracia (Rom 5,20); y por eso comenzó así, y, en aquel magisterio divino y singular, se hace partícipe de los ignorantes como por una pregunta, para responder con plena erudición lo que es propio de la prudencia celestial.

Pues si donde abundó el pecado, sobreabundó también la gracia. ¿Qué diremos, pues? ¿Permaneceremos en el pecado para que abunde la gracia? «Si la piedad es propicia a los que delinquen, si la gracia es copiosa para los que pecan, si la largueza divina es amiga de los injustos, ciertamente, si los bienes futuros se adquieren con los males presentes, ¿para qué el arduo camino de las virtudes, para qué el duro trabajo de alcanzar la justicia, para qué el tormento continuo de guardar la inocencia entre los malos? Auméntense las fechorías humanas, para que la bondad celestial rebose; hagamos el mal, como dijo, para que venga el bien (Rom 3,8); permanezcamos en el pecado, para que abunde la gracia».

A esto, hermanos, el mismo Apóstol que pregunta respondió: De ningún modo (Rom 6,2). Pues los que hemos muerto al pecado, ¿cómo viviremos todavía en él? Cuando dice De ningún modo, execró así la inteligencia y el sentido de los necios: puesto que el médico no sirve a la herida, sino a la curación y a la salud; ni se alegra de la putrefacción ni de las enfermedades, sino solo de la salud. Así también Dios, que aplicó una magnitud y un vigor de medicina en proporción a la magnitud de la herida, no otorgó la gracia al pecado, sino al hombre; y derramó la lluvia de su piedad no para multiplicar los delitos, sino para borrarlos.

Nemo, nemo sic de aegritudine gratuletur, ut velit in vulnere permanere. Ingratus medico, inimicus est curae, qui semper curari aestuat, nec umquam desiderat hic sanari; et ita Dei gratiam suis cupit exuberare peccatis, ut sibi cupiat peccata cumulari. Miser qui tali voto reus esse contendit per veniam. Fugienda, fratres, dementia ista est, fugienda, quae etiam post curam captiva tenetur amore morborum, recidiva enim lethalis est saepius aegritudo.

Quod autem dixit: Qui enim mortui sumus peccato, praesentis temporis loquitur hic figuram: quia mortuos nos dixit esse peccato, non nobis jam in toto mortuum dixit esse peccatum; quia etsi peccatum ipsum actu operis sanctis et fidelibus est defunctum, vivit tamen, et adhuc in nostram desaevit mortem. Tunc autem peccatum ipsum morietur in nobis, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, et mortale hoc induerit immortalitatem, et factus fuerit sermo qui scriptus est: ubi est, mors, aculeus tuus? ubi est, inferne, victoria tua? Aculeus autem mortis peccatum est. Vivit autem peccato, qui ejus, sicut in consequentibus dicit, concupiscentiis famulatur; et stimulis miserandus inservit, qui obsecundat vitiis, qui criminibus infelici et continua captivitate succumbit, qui quod delicti est esse autumat hoc naturae, et morbo qui est accidens utitur velut opere et beneficio Conditoris.

Et ideo ad arguendum talium ignorantiam addidit dicens: An nescitis quia quicumque in Christo Jesu baptizati sumus, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus illi per baptismum in mortem. Audiant fideles, et intelligant: quemadmodum triduana Domini sepultura trina demersione figuratur in baptismo; ut resurrexisse cum Christo, et si necdum corpore, vitae jam novitate congaudeant; sitque totus homo virtutum domicilium, qui receptaculum fuerat ante vitiorum. Ut, sicut dixit, quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitae ambulemus. Christus quidquid suarum virtutum est, refert ad gloriam Patris; et homo, cujus suum nihil est, sibi vindicare quod per Christum resurrexit elaborat. Quod autem dixit: In novitate vitae ambulemus, quae superius diximus, illa confirmat, ut si necdum hoc corpore, vita tamen jam totus immutatus incedat; intelligat se, et dominetur elementis, qui elementis hactenus per ignorantiam serviebat; largiatur sua per gloriam, qui prius turpiter furabatur aliena; et qui carnis exercebat illicita, contemnat etiam licentias corporales; et qui innocentiam hactenus impie moliebatur exstinguere, pro innocentia gloriosius ipse moriatur. Et quid plura? Si ex vetere homine jam novus effectus est, vitiorum gurgitem in fontem commutet ipse virtutum.

Nadie, nadie se felicite de tal modo por su enfermedad que quiera permanecer en la herida. Ingrato con el médico, enemigo de la curación es el que siempre arde por ser curado y nunca desea sanar aquí; y de tal modo desea que la gracia de Dios rebose por sus pecados, que desea que se le acumulen los pecados. Desdichado el que con tal deseo se empeña en ser reo por medio del perdón. Hay que huir, hermanos, de esta demencia, hay que huir de ella, que aun después de la curación se mantiene cautiva del amor a las enfermedades; pues la recaída es muy a menudo una enfermedad mortal.

En cuanto a lo que dijo: Pues los que hemos muerto al pecado, habla aquí en la figura del tiempo presente: porque dijo que nosotros estamos muertos al pecado, no dijo que el pecado esté ya del todo muerto para nosotros; porque, aunque el pecado mismo esté difunto, en cuanto al acto de la obra, para los santos y los fieles, vive sin embargo, y todavía se ensaña para nuestra muerte. Pero entonces morirá en nosotros el pecado mismo, cuando esto corruptible se haya revestido de incorrupción, y esto mortal se haya revestido de inmortalidad, y se haya cumplido la palabra que está escrita: ¿Dónde está, muerte, tu aguijón? ¿Dónde está, infierno, tu victoria? (1 Cor 15,54-55) Pero el aguijón de la muerte es el pecado (1 Cor 15,56). Pero vive para el pecado el que, como dice en lo que sigue, sirve a sus concupiscencias; y el desdichado se esclaviza a sus aguijones, el que secunda los vicios, el que sucumbe a los crímenes en una cautividad infeliz y continua, el que afirma que lo que es del delito es de la naturaleza, y usa de una enfermedad que es accidente como si fuera obra y beneficio del Hacedor.

Y por eso, para refutar la ignorancia de tales hombres, añadió diciendo: ¿No sabéis que todos los que hemos sido bautizados en Cristo Jesús hemos sido bautizados en su muerte? (Rom 6,3) Pues hemos sido sepultados juntamente con él por el bautismo en la muerte (Rom 6,4). Oigan los fieles y entiendan cómo la sepultura de tres días del Señor es figurada en el bautismo por la triple inmersión; para que se alegren de haber resucitado con Cristo, si no todavía en el cuerpo, ya en la novedad de la vida; y sea todo el hombre domicilio de las virtudes, el que antes había sido receptáculo de los vicios. Para que, como dijo, así como Cristo resucitó de entre los muertos por la gloria del Padre, así también nosotros caminemos en novedad de vida. Cristo refiere a la gloria del Padre cuanto es de sus poderes; y el hombre, que nada tiene suyo, se afana por atribuirse a sí mismo el haber resucitado por Cristo. En cuanto a lo que dijo: Caminemos en novedad de vida, confirma lo que dijimos antes: que, si no todavía en este cuerpo, al menos en la vida avance del todo transformado; entiéndase a sí mismo, y domine a los elementos, el que hasta ahora por ignorancia servía a los elementos; dé lo suyo para la gloria, el que antes robaba vergonzosamente lo ajeno; y el que practicaba lo ilícito de la carne, desprecie aun las licencias corporales; y el que hasta ahora se empeñaba impíamente en extinguir la inocencia, muera él mismo más gloriosamente por la inocencia. ¿Y qué más? Si del hombre viejo ha sido hecho ya nuevo, cambie él mismo el remolino de los vicios en fuente de virtudes.

Usque ad finem autem lectionis hoc ingerit beatus Apostolus, hoc demonstrat, illum posse cum Christo vivere, illum regnare cum Christo, qui resurgentis Christi innocentiam sequitur, imitatur vitam, implere nititur sanctitatem. Quod dicit: Ut destruatur corpus peccati; destruatur, fratres, actu, non substantia; opere, non figura, quia peccato, non Deo vult hominem perire, qui ait: Existimate vos mortuos esse peccato, vivere autem Deo. Et supernae libertati, fratres, restituere hominem tota pietate contendit, qui dicit: Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Et iterum: Peccatum vobis non dominetur. Non dixit, Non veniat ad vos; non dixit, Non provocet, non titillet; sed, Non regnet, non dominetur, confligat ad vincentis gloriam, dimicet et decidat ad triumphum victoris; et tandem se doleat impia peccati dominatio a servis quondam suis tota securitate calcari; et crudelis tyrannus ingemiscat subjectum se suorum pedibus captivorum; et ad eorum triumphum, de quibus diu triumphaverat, se veteranus hostis pervenisse deploret.

Hasta el fin de la lectura inculca esto el bienaventurado Apóstol, esto demuestra: que puede vivir con Cristo, que puede reinar con Cristo, el que sigue la inocencia de Cristo resucitado, imita su vida, se esfuerza por cumplir su santidad. En cuanto a lo que dice: Para que sea destruido el cuerpo del pecado (Rom 6,6), sea destruido, hermanos, en el acto, no en la sustancia; en la obra, no en la figura; porque quiere que el hombre perezca al pecado, no a Dios, él que dice: Consideraos muertos al pecado, pero vivos para Dios (Rom 6,11). Y se esfuerza, hermanos, con toda piedad por restituir al hombre a la libertad de lo alto, él que dice: No reine el pecado en vuestro cuerpo mortal (Rom 6,12). Y de nuevo: El pecado no os domine (Rom 6,14). No dijo: «No venga a vosotros»; no dijo: «No provoque, no cosquillee»; sino: No reine, no domine; luche para gloria del que vence, combata y caiga para triunfo del vencedor; y duélase por fin el impío dominio del pecado de ser pisoteado con toda seguridad por los que fueron un día sus siervos; y gima el cruel tirano por verse sujeto a los pies de sus cautivos; y lamente el viejo enemigo haber llegado al triunfo de aquellos sobre los que largo tiempo había triunfado.

Sermo CXIV.

De servis legis et gratiae. In verba ejusdem: Peccavimus, quia non sumus sub lege, sed sub gratia, etc

Sicut peregrinanti reditus ad propria dulcis semper et charus est, et vernaculae domus vestibula sunt gratiosa post tempus, ita mihi post intervalla sermonis ad apostolicarum seriem lectionum suavior est recursus. Siquidem a proposito dicendi ordine, et continuo tramite loquendi discedere nos saepe necessitas religiosa compellit; quia sic doctrinae ordo moderandus est, ut non modo aliud impediatur ex alio. Unde quid hodie beatus Apostolus dixerit audiamus.

Quid ergo ait? Peccavimus, quia non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. Haec interrogatio, fratres, eorum arguit imperitiam qui, legis consuetudine captivati, gratiae beneficio nesciunt sentire virtutes; et quos praeceptorum legalium series prodidit contumaces, eos sola munerum commoda et festivitatum pompa observationibus vanis fecit et reddidit obstinatos. Et cum legem tempus excluserit, quid cultor legis a lege faciet abdicatus? Judaee, quid habes quod non perdidisti? Si autem perdidisti, quid gloriaris quasi non perdideris? Ubi est templum, ubi est sacerdos, ubi sacrificium, ubi incensum, ubi purificationes tuae, ubi solemnitatum tuarum non omittenda devotio? Sed ut sis Judaeus, merito circumcideris, quia bonis omnibus abscissus es supradictis. Scriptum est enim: Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quae scripta sunt in libro legis. Si maledictus est qui in uno offenderit, quoties maledictus erit qui nihil ex omnibus probabitur effecisse?

Peccavimus, ait, quia non sumus sub lege, sed sub gratia? Ac si diceret, fratres: Peccavimus, quia in cura non permansimus jam sanati? Peccavimus, quia ignem, ferrum, medicamenta reliquimus jam curati? Infelix aeger, qui post curam non vult curare tormentum. Et quid plura, fratres? Numquam curat, qui infirmantis quaerit et exspectat arbitrium?

Sermón CXIV.

Sobre los siervos de la Ley y de la gracia. Sobre las palabras del mismo: «¿Hemos pecado, porque no estamos bajo la Ley, sino bajo la gracia?», etc.

Así como para el peregrino el regreso a lo suyo es siempre dulce y querido, y los vestíbulos de la casa natal le son gratos después de un tiempo, así para mí, después de los intervalos de la predicación, es más suave el regreso a la serie de las lecturas apostólicas. Pues una necesidad religiosa nos obliga a menudo a apartarnos del orden propuesto del discurso y del camino continuo de la palabra; porque el orden de la doctrina ha de moderarse de tal modo que ahora no se estorbe una cosa con otra. Por eso, oigamos qué ha dicho hoy el bienaventurado Apóstol.

¿Qué dice, pues? ¿Hemos pecado, porque no estamos bajo la Ley, sino bajo la gracia? (Rom 6,15) De ningún modo. Esta pregunta, hermanos, convence de impericia a los que, cautivos de la costumbre de la Ley, no saben sentir por su beneficio los poderes de la gracia; y a los que la serie de los preceptos de la Ley delató como contumaces, las solas ventajas de los dones y la pompa de las festividades los hicieron y volvieron obstinados en observancias vanas. Y puesto que el tiempo ha excluido la Ley, ¿qué hará el cultor de la Ley, apartado de la Ley? Judío, ¿qué tienes que no hayas perdido? Y si lo has perdido, ¿por qué te glorías como si no lo hubieras perdido? ¿Dónde está el templo, dónde está el sacerdote, dónde el sacrificio, dónde el incienso, dónde tus purificaciones, dónde la devoción de tus solemnidades, que no se podía omitir? Pero, para que seas judío, con razón eres circuncidado, porque has sido cortado de todos los bienes arriba dichos. Pues está escrito: Maldito todo el que no permanezca en todas las cosas que están escritas en el libro de la Ley (Gál 3,10). Si es maldito el que ofendió en una sola cosa, ¿cuántas veces será maldito el que resulte no haber cumplido nada de todo ello?

¿Hemos pecado, dice, porque no estamos bajo la Ley, sino bajo la gracia? Como si dijera, hermanos: ¿Hemos pecado porque, ya sanados, no permanecimos en la curación? ¿Hemos pecado porque, ya curados, dejamos el fuego, el hierro, los medicamentos? Infeliz el enfermo que después de la curación no quiere curar el tormento. ¿Y qué más, hermanos? ¿Nunca cura quien busca y espera el albedrío del enfermo?

Nam cum ex humore frigido semper ignis succendatur in corpore, et rigor nimius dum membra vexat et concutit, acrius ipse efficit et gignit incendium; ita aegrotus ad augendam flammam quae suis semper aestuat et anhelat in venis, dari sibi aquam frigidam impatienter exspectat, nesciens quod tunc calor calore restinguitur, frigore nutritur incendium. Lex ergo dum hominis semper exspectat et sustinet voluntatem, nec tamen homo peccati sarcina praepeditus sufficere legalibus praevalet obedire mandatis, cultorem suum lex non absolvit a peccati vinculo, sed crimine praevaricationis obligat.

Et ideo addidit, dicens: Nescitis quod cui exhibuistis vos servos ad obediendum, servi estis ejus cui obedistis, sive peccati ad mortem, sive obeditionis ad vitam? Quid est, fratres, quod cum de lege loqueremur, hominem prodidit servum fuisse peccati? Sive peccati, ait, ad mortem, sive obeditionis ad vitam. Quia superius dixerat, peccatum vobis non dominetur; non enim estis sub lege, sed sub gratia. Qui ergo sub lege sunt peccati, deprimuntur et incurvantur imperio, nec poterunt miseri de peccati turpissima servitute, nisi gratia manumittente, liberari.

Gratias autem ago Deo, dixit, quia fuistis servi peccati. Sic gratias agit, quasi qui congaudeat hominem servum fuisse peccati? Absit. Gratias agit, non quia ante servi fuimus domini tam crudelis, sed quia etiam non sumus subjugati, sicut ex sequentibus id ipsum manifestat expressius, dicens: Obaudistis autem ex corde in eam formam doctrinae, in quam traditi estis: liberati autem a peccato, servi facti estis justitiae.

Obaudivimus, fratres, beneficio vocantis, non nostro, quia captivi sic tenebamur arbitrio. Obaudistis autem ex corde in eam formam doctrinae. In quam? In Evangelii nempe, ubi novo libertatis genere non est omissa servitus, sed mutata, quia melior est devota famulatio quam vaga et praesumpta libertas. Servi facti estis justitiae. Haec servitus, fratres, non obligat, sed absolvit; non onerat, sed honorat; abstergit servitutis maculam, non inurit. Quid hic, rogo, non divinum est, ubi servitus pellitur servitute, ubi fugatur conditione conditio, ubi mors morte moritur, ubi perditio perditione sanatur, et ut proprie ac breviter dicatur, ubi tota adversitas ipsius adversitatis mucrone prosternitur?

Pues, como de un humor frío se enciende siempre fuego en el cuerpo, y el rigor excesivo, mientras atormenta y sacude los miembros, produce y engendra él mismo más agudamente el incendio; así el enfermo, para aumentar la llama que siempre arde y jadea en sus venas, espera impaciente que se le dé agua fría, sin saber que entonces el calor se apaga con el calor, y el incendio se alimenta con el frío. La Ley, pues, mientras espera y soporta siempre la voluntad del hombre, y sin embargo el hombre, impedido por el fardo del pecado, no alcanza a obedecer los mandatos de la Ley, no libra a su cultor del vínculo del pecado, sino que lo obliga con el crimen de la prevaricación.

Y por eso añadió diciendo: ¿No sabéis que de aquel a quien os presentasteis como siervos para obedecer, siervos sois de aquel a quien obedecisteis, ya del pecado para la muerte, ya de la obediencia para la vida? (Rom 6,16) ¿Qué es esto, hermanos, que, cuando hablábamos de la Ley, descubrió que el hombre había sido siervo del pecado? Ya del pecado, dice, para la muerte, ya de la obediencia para la vida. Porque había dicho antes: El pecado no os domine; pues no estáis bajo la Ley, sino bajo la gracia (Rom 6,14). Los que están, pues, bajo la Ley, son oprimidos y doblegados por el imperio del pecado, y no podrán los desdichados ser librados de la vergonzosísima servidumbre del pecado, si no los manumite la gracia.

Pero doy gracias a Dios, dijo, de que fuisteis siervos del pecado (Rom 6,17). ¿Da gracias así, como quien se alegra de que el hombre haya sido siervo del pecado? De ningún modo. Da gracias, no porque antes fuimos siervos de un señor tan cruel, sino porque ya no estamos subyugados, como lo manifiesta más expresamente por lo que sigue, diciendo: Pero habéis obedecido de corazón a aquella forma de doctrina a la que fuisteis entregados; y, librados del pecado, os habéis hecho siervos de la justicia (Rom 6,17-18).

Obedecimos, hermanos, por beneficio del que llamaba, no nuestro, porque así estábamos retenidos cautivos en nuestro albedrío. Pero habéis obedecido de corazón a aquella forma de doctrina. ¿A cuál? A la del Evangelio, sin duda, donde con un nuevo género de libertad la servidumbre no fue suprimida, sino cambiada, porque mejor es el servicio devoto que la libertad errante y presuntuosa. Os habéis hecho siervos de la justicia. Esta servidumbre, hermanos, no ata, sino que libera; no grava, sino que honra; borra la mancha de la servidumbre, no la imprime a fuego. ¿Qué hay aquí, pregunto, que no sea divino, donde la servidumbre es expulsada por la servidumbre, donde la condición es ahuyentada por la condición, donde la muerte muere por la muerte, donde la perdición es sanada por la perdición, y, para decirlo con propiedad y brevemente, donde toda la adversidad es derribada por la punta de la misma adversidad?

Quod autem dixit: Humanum dico propter infirmitatem carnis vestrae: sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditiae, et iniquitati ad iniquitatem; ita exhibete membra vestra servire justitiae in sanctificationem. Magnitudinem pietatis ostendit, cum evangelicam doctrinam ad tam humilia et pene verecunda deponit exempla; ut sanctitati tantum quantum immunditiae, quantum iniquitati justitiae tantum imponat, et imperet servituti. Absurda, fratres, atque indecens videtur comparatio, quae tantum gloriae quantum turpitudini hominem cupit esse subjectum; sed utinam vel tantum! Et quando tantum Deo quantum mundo, quando tantum coelo quantum terrae, quando tantum virtuti quantum vitiis fragilitas humana famulatur? Totus homo miser sic carni deditur, sic rebus praesentibus occupatur, ut nihil in se, quod futurae vitae, quod divinis bonis deserviat, derelinquat.

Illecebrae temporalis vim beatus Apostolus uno sermone humanis conscientiis convenienter aptavit, convenienter expressit, ut tanta voluntate justitiae, pudicitiae ac munditiae humana membra serviant, quanta vehementia dementiaque turpitudini vitiisque se dederunt. Parva aut forte nulla exigit, qui cupit devicta proprietate concedere; et adimit excusationem qui possibilia tibi et usitata praecipit te repensari debere pro maximis. Da ergo, homo, Deo tantum quantum carni vitiisque tribuisti. Et quid est, quod ante vitiis, non Deo, debeas teipsum, quod a te Deus tuo tantum utique amore perquirit?

Sequitur: Cum enim servi essetis peccati, liberi fuistis justitiae; nunc autem liberati a peccato, servi facti estis justitiae. Ante servi peccati, nunc servi justitiae. Per Apostolum ecce succedit servitus servituti, contumax tu nunc tempus tuae libertatis ostende; peccatum te ante mentiebatur liberum, quem tenebat miserande captivum, nunc gratia te vocat servum, quem ut vere faceret esse liberum, Dei ipsius adoptavit in filium. Impleta est ergo Christi sententia, qua dicit: Qui vult esse dominus, sit servus. Beata est haec servitus, quae dominationem generat sempiternam. Illa enim libertas fructum poenae, et confusionem nobis intulit non ferendam, sicut dicit: Quem enim fructum habuistis tunc in his quae nunc erubescitis? nam finis illorum mors est. Ecce qualiter manumittit, ecce quali praemio honorat illam diabolus servitutem; ut mors simul et vitam finiat et inchoet poenam. At qui Christo serviunt, fratres, illusa morte cum stipendiis, sanctitatis perpetuam transferuntur ad vitam; finis enim Christi non suscipit finem, quia non interficit hominem finis iste, sed perficit.

En cuanto a lo que dijo: Hablo a lo humano, a causa de la debilidad de vuestra carne: pues así como presentasteis vuestros miembros para servir a la inmundicia y a la iniquidad para la iniquidad, así presentad vuestros miembros para servir a la justicia para la santificación (Rom 6,19). Muestra la grandeza de su piedad cuando rebaja la doctrina evangélica a ejemplos tan humildes y casi vergonzosos; para imponer a la servidumbre, y ordenárselo, tanto para la santidad cuanto para la inmundicia, cuanto para la iniquidad tanto para la justicia. Absurda, hermanos, e indecorosa parece la comparación, que quiere al hombre sujeto tanto a la gloria cuanto a la torpeza; ¡pero ojalá al menos tanto! ¿Y cuándo sirve la fragilidad humana tanto a Dios cuanto al mundo, tanto al cielo cuanto a la tierra, tanto a la virtud cuanto a los vicios? El hombre entero, desdichado, se entrega de tal modo a la carne, se ocupa de tal modo en las cosas presentes, que no deja en sí nada que sirva a la vida futura, que sirva a los bienes divinos.

La fuerza del halago temporal la aplicó convenientemente el bienaventurado Apóstol a las conciencias humanas en una sola frase, la expresó convenientemente, para que los miembros humanos sirvan a la justicia, a la castidad y a la limpieza con tanta voluntad cuanta fue la vehemencia y la demencia con que se entregaron a la torpeza y a los vicios. Pide poco, o quizá nada, el que desea conceder reteniendo la propiedad; y quita toda excusa el que manda que con cosas posibles para ti y acostumbradas debas pagarle por las más grandes. Da, pues, hombre, a Dios tanto cuanto diste a la carne y a los vicios. ¿Y por qué habías de deberte a ti mismo antes a los vicios, no a Dios, siendo así que Dios te pide a ti mismo solo, ciertamente, por amor tuyo?

Sigue: Pues cuando erais siervos del pecado, erais libres respecto de la justicia; pero ahora, librados del pecado, os habéis hecho siervos de la justicia (Rom 6,20.18). Antes siervos del pecado, ahora siervos de la justicia. He aquí que, por el Apóstol, la servidumbre sucede a la servidumbre: tú, contumaz, muestra ahora el tiempo de tu libertad; el pecado antes te mentía libre, mientras te tenía miserablemente cautivo; ahora la gracia te llama siervo, a ti, a quien, para hacerte verdaderamente libre, adoptó como hijo del mismo Dios. Se ha cumplido, pues, la sentencia de Cristo en que dice: El que quiera ser señor, sea siervo (Mt 20,27). Bienaventurada es esta servidumbre, que engendra un señorío sempiterno. Pues aquella libertad nos trajo el fruto de la pena y una confusión insoportable, como dice: ¿Qué fruto tuvisteis entonces en aquellas cosas de las que ahora os avergonzáis? Pues el fin de ellas es la muerte (Rom 6,21). He aquí cómo manumite, he aquí con qué premio honra el diablo aquella servidumbre: que la muerte a la vez termina la vida y comienza la pena. Pero los que sirven a Cristo, hermanos, burlada la muerte junto con sus soldadas, son trasladados a la vida perpetua de la santidad; pues el fin de Cristo no admite fin, porque este fin no mata al hombre, sino que lo perfecciona.

Sermo CXV.

De lege abrogata per gratiam. In verba ejusdem: An ignoratis, fratres, scientibus enim legem loquor, etc

Posteaquam Davidicam citharam spiritualis intelligentiae plectro et modulatione tangentes, animos vestros et corda permulsimus, intonantis quoque Evangelii ad suscitandos sensus vestros principia metuenda praebuimus, ad Apostolicum magisterium mox credidimus esse remeandum, ut tripartitus ordo sermonis ecclesiasticae doctrinae salutiferam teneat et praebeat disciplinam. Nam et cantilena a continuo labore relaxat animos, et Evangelica auctoritas mentis reparat et exsuscitat ad laborem, apostolicus vigor a tramite recto removeri et nostros non sinit sensus evagari. Hanc beati Apostoli per ordinem sequi hodie reperimus lectionem.

An ignoratis, fratres, inquit, scientibus enim legem loquor, quia lex dominatur homini quanto tempore vivit? Et indicit similitudinem. Nam quae sub viro est mulier, vivente viro, alligata est legi; si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est a lege viri: igitur vivente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro; si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est a lege viri. Videtis, fratres, beati Apostoli magnum coelestis magisterii documentum, quemadmodum legis tempora legalibus testimoniis asserit praeteriisse, totamque ejus praerogativam miro conjugii exinanivit exemplo. Et merito lex carnali conjugio comparatur, quae non obtinuit cum synagoga spirituale consortium.

Nam cum accepisset eam ad observantiam disciplinae, ad sancti germinis fecunditatem, ad augmentum pudoris, ad custodiam castitatis, ad superni thalami sacrum reverendumque secretum, ad mysticam thori coelestis unitatem, reperit in ea totius meretricationis illuviem. Occurrit enim tanto viro, id est legi, non compta moribus, non monilibus ornata virtutum, non incessu gravis, non vere illo flammeo virginalis verecundiae operta velamento; sed lasciva oculis, soluta gressibus, praeventa illecebris, et tota dolis et simulationibus perfucata.

Sermón CXV.

Sobre la Ley abrogada por la gracia. Sobre las palabras del mismo: «¿Acaso ignoráis, hermanos, pues hablo a quienes conocen la Ley?», etc.

Después de haber acariciado vuestros ánimos y corazones tocando la cítara davídica con el plectro y la modulación de la inteligencia espiritual, y de haberos presentado también los temibles comienzos del Evangelio que truena, para despertar vuestros sentidos, creímos que había que volver pronto al magisterio apostólico, para que el triple orden del sermón mantenga y ofrezca la disciplina saludable de la doctrina eclesiástica. Pues el canto relaja los ánimos del trabajo continuo, y la autoridad evangélica repara la mente y la despierta al trabajo, y el vigor apostólico no permite que nuestros sentidos se aparten del camino recto ni vaguen. Hallamos que hoy sigue por su orden esta lectura del bienaventurado Apóstol.

¿Acaso ignoráis, hermanos, dice, pues hablo a quienes conocen la Ley, que la Ley domina al hombre todo el tiempo que vive? (Rom 7,1) Y propone una comparación. Pues la mujer que está bajo marido, en vida del marido, está ligada a la ley; pero si su marido muere, queda desligada de la ley del marido: por tanto, en vida del marido, será llamada adúltera si estuviere con otro varón; pero si su marido muere, queda desligada de la ley del marido (Rom 7,2-3). Veis, hermanos, la gran enseñanza del magisterio celestial del bienaventurado Apóstol: cómo afirma con testimonios de la Ley que los tiempos de la Ley han pasado, y vació toda su prerrogativa con el admirable ejemplo del matrimonio. Y con razón se compara la Ley a un matrimonio carnal, porque no obtuvo con la Sinagoga un consorcio espiritual.

Pues, habiéndola recibido para la observancia de la disciplina, para la fecundidad de una descendencia santa, para el aumento del pudor, para la custodia de la castidad, para el secreto sagrado y venerable del tálamo de lo alto, para la unidad mística del lecho celestial, halló en ella la inmundicia de toda prostitución. Pues salió al encuentro de tan gran varón, es decir, de la Ley, no compuesta en sus costumbres, no adornada con los collares de las virtudes, no grave en el andar, no cubierta, en verdad, con aquel velo nupcial del pudor virginal; sino lasciva de ojos, suelta de pasos, ganada de antemano por los halagos, y toda pintarrajeada de engaños y simulaciones.

Quam cum vir tantus visam justa indignatione despiceret, et eam procul a sua societate propelleret, atque toto exsecraretur judicio gravitatis; illa nec despecta erubuit, nec contempta se correxit, nec resipuit, sed repulsa, sed tota praeceps ad idolorum lupanaria convolavit, et maluit subire fornicationis infamiam atque adulterii crimen incurrere, quam male placiti habitus turpitudinem non horrere. Unde et merito eam beatus propheta deplorat, dicens: Quomodo facta est meretrix civitas fidelis Sion? Cujus adulteria quoque Ezechiel sanctus toto pene volumine praescribit. Hinc est, fratres, quod cum in Evangelio a scribis et doctoribus legis apud Dominum ista accusaretur adultera, avertit faciem suam Dominus, et declinavit in terram, ne crimen cerneret quod puniret; et maluit, fratres, in pulvere scribere veniam, quam dare in carne sententiam.

Hanc Apostolus adulteram ad Christi nititur revocare consortium, nec patitur pristini lapsus timore tardari, quae vivente viro merito exstitit adultera, quia fuit cum alio viro, nunc vero non deserit legem, quae ad legis recurrit auctorem; sed moritur legi legalibus addicta sententiis, ut vivat gratiae et resurgat per veniam, quae fuerat interempta et mortificata per legem. Denique cum eam a maritali jure defuncto viro asserat absolutam, ipsam potius, non virum, insequentibus defunctam esse testatur: quia non lex homini, sed homo moritur legi; nec mandatum praeterit, sed mandato deficit ille qui labitur a mandato.

Audi quod sequitur. Itaque, fratres mei, et vos mortificati estis legi. Numquid dicit, mortua est vobis lex? Et vos mortificati estis legi. Et bene addidit, Per corpus Christi. Quia lex reum astringit, arctat obnoxium, punit et interficit criminosum. Qui ergo per corpus Christi ab omni crimine exemptus est et erutus, feliciter moritur legi, ut innocentiae vivat et gratiae.

Ut sitis, inquit, alterius, qui ex mortuis resurrexit. Alterius. Alter ipse effectus est, cum nostram corruptionem in incorruptionem mutavit, et mortalitatem immortalitatis transvexit ad gloriam. Ut fructificemus, ait, Deo. Consortes coelestis naturae per Christum, non terrae, sed Deo; non morti, sed vitae; et Deo fructum asserit deferri, non carni.

Y cuando tan gran varón, al verla, la despreció con justa indignación, y la arrojó lejos de su sociedad, y la execró con todo el juicio de su gravedad, ella ni se sonrojó al ser despreciada, ni se corrigió al ser desdeñada, ni recapacitó, sino que, rechazada, voló toda precipitada a los lupanares de los ídolos, y prefirió sufrir la infamia de la fornicación e incurrir en el crimen del adulterio antes que no horrorizarse de la torpeza de un atuendo que agradaba mal. Por eso también el bienaventurado profeta con razón la deplora, diciendo: ¿Cómo se ha hecho ramera la ciudad fiel de Sion? (Is 1,21) Cuyos adulterios describe también el santo Ezequiel casi en todo su volumen. De ahí que, hermanos, cuando en el Evangelio esta adúltera era acusada ante el Señor por los escribas y los doctores de la Ley, el Señor apartó su rostro y se inclinó hacia la tierra, para no ver el crimen que habría de castigar; y prefirió, hermanos, escribir el perdón en el polvo antes que dar sentencia en la carne (Jn 8,3-8).

A esta adúltera se esfuerza el Apóstol por llamarla de nuevo al consorcio de Cristo, y no permite que la retrase el temor de su antigua caída, ella que, en vida del marido, con razón resultó adúltera porque estuvo con otro varón, pero ahora no abandona la Ley, ella que acude al autor de la Ley; sino que muere a la Ley, entregada por las sentencias de la Ley, para vivir a la gracia y resucitar por el perdón, ella que había sido muerta y mortificada por la Ley. En efecto, aunque afirma que ella queda libre del derecho marital por la muerte del marido, atestigua en lo que sigue que la difunta es más bien ella, no el marido: porque no muere la Ley al hombre, sino el hombre a la Ley; ni pasa el mandamiento, sino que falla al mandamiento el que resbala del mandamiento.

Escucha lo que sigue. Así pues, hermanos míos, también vosotros habéis sido mortificados a la Ley (Rom 7,4). ¿Acaso dice: «La Ley ha muerto para vosotros»? También vosotros habéis sido mortificados a la Ley. Y bien añadió: Por el cuerpo de Cristo. Porque la Ley ata al reo, estrecha al que le está sujeto, castiga y mata al criminal. Así pues, el que por el cuerpo de Cristo ha sido eximido y arrancado de todo crimen, muere felizmente a la Ley, para vivir a la inocencia y a la gracia.

Para que seáis, dice, de otro, que resucitó de entre los muertos. De otro. Él mismo se hizo otro, cuando mudó nuestra corrupción en incorrupción, y trasladó la mortalidad a la gloria de la inmortalidad. Para que fructifiquemos, dice, para Dios. Consortes de la naturaleza celestial por Cristo, no para la tierra, sino para Dios; no para la muerte, sino para la vida; y afirma que el fruto se lleva a Dios, no a la carne.

Cum enim, inquit, essemus in carne, passiones peccatorum, quae per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificaremus morti. Cum dicit: Cum essemus, praeteritum tempus indicat, dum in sola carne positi, immo magis expositi, quae carni sunt tantum sapere, facere, velle cogebamur, juxta aliud Apostoli: Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Cum enim essemus, inquit, in carne, passiones peccatorum, quae per legem erant. Dicam sicut dictum est a Domino: Si lumen quod in te est tenebrae sunt, ipsae tenebrae quantae? Si per legem passiones peccatorum membris dominantur humanis, quid ipsae per se facient passiones, quae nascenti mox homini infeliciter et poenaliter obsecundant? Cum taliter nascentem, generatur taliter, angores deprimunt, urgent pericula, afficiunt poenae: passiones sunt, fratres, per quas infirmatur infantia, pueritia trahitur, adolescentia insanit, juventus et senectus multis luctibus cumulantur; ipsae sunt quae totam hominis vitam inimico conturbante comitantur ad lapsum; quas lex dum prohiberet, admonuit; dum discuteret, ampliavit; dum accusaret, reddidit chariores; et quae per ignorantiam latebant, fecit esse per scientiam notiores. Et sicut per falcem spinae magis dum succiduntur accrescunt, ita dum resecantur per legem, pullulant passiones, quia intrinsecus velut in radice carnis fixae solidantur. Lex intrinsecus culturam fidei habet satis justam, nec proficit: unde ad frugem mortis ipsum cespitem humanae carnis sua excitatione perducit.

Passiones, inquit, peccatorum, quae per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificaremus morti. Instrumentum quod ad vitam erat, ad frugem mortis sibi in nobis vindicant passiones. Sauciati ergo taliter per Christi gratiam, a lege mortis absolvimur, et Spiritum sanctum percipimus intrinsecus debellatorem, victoremque vitiorum; ut passiones forinsecus exclusae pulsent, tentent, provocent, sed concidant ad nostrorum gloriam triumphorum. Nobis, nobis cupit vincere, qui cum dominaretur nobis dignatus est militare, sicut dixi. Ergo serviamus in novitate Spiritus a carnis servitute jam liberi, quia vera dominatio est famulatus Dominicae sanctitatis; nam et vetus homo et vetus littera totam corrupit et perdidit disciplinam.

Pues cuando estábamos en la carne, dice, las pasiones de los pecados, que eran por la Ley, obraban en nuestros miembros para que fructificáramos para la muerte (Rom 7,5). Cuando dice: Cuando estábamos, indica el tiempo pasado, cuando, puestos en la sola carne, o más bien expuestos, éramos obligados a saborear, hacer, querer solo lo que es de la carne, según aquello otro del Apóstol: Los que están en la carne no pueden agradar a Dios (Rom 8,8). Pues cuando estábamos, dice, en la carne, las pasiones de los pecados, que eran por la Ley. Diré como fue dicho por el Señor: Si la luz que hay en ti es tinieblas, ¿cuán grandes serán las tinieblas mismas? (Mt 6,23) Si por la Ley las pasiones de los pecados dominan los miembros humanos, ¿qué harán por sí mismas las pasiones, que secundan desgraciada y penosamente al hombre en cuanto nace? Puesto que se engendra así, al que así nace lo oprimen las angustias, lo apremian los peligros, lo afligen las penas: son las pasiones, hermanos, por las que se debilita la infancia, se arrastra la niñez, enloquece la adolescencia, la juventud y la vejez se colman de muchos duelos; ellas son las que acompañan toda la vida del hombre hasta la caída, mientras el enemigo la perturba; las cuales la Ley, al prohibirlas, las recordó; al examinarlas, las agrandó; al acusarlas, las hizo más queridas; y lo que por la ignorancia estaba oculto, lo hizo por el conocimiento más conocido. Y así como las espinas crecen más cuando se cortan con la hoz, así, cuando son podadas por la Ley, retoñan las pasiones, porque por dentro, como fijas en la raíz de la carne, se afianzan. La Ley tiene por dentro un cultivo de la fe muy justo, y no aprovecha: por eso, con su estímulo, lleva el mismo terrón de la carne humana a una cosecha de muerte.

Las pasiones, dice, de los pecados, que eran por la Ley, obraban en nuestros miembros para que fructificáramos para la muerte. El instrumento que era para la vida, lo reclaman para sí en nosotros las pasiones para una cosecha de muerte. Heridos, pues, de este modo por la gracia de Cristo, somos absueltos de la ley de la muerte, y recibimos dentro al Espíritu Santo, debelador y vencedor de los vicios; para que las pasiones, excluidas fuera, golpeen, tienten, provoquen, pero caigan para gloria de nuestros triunfos. Para nosotros, para nosotros desea vencer el que, aunque era señor nuestro, se dignó militar, como dije. Sirvamos, pues, en la novedad del Espíritu (Rom 7,6), libres ya de la servidumbre de la carne, porque el verdadero señorío es el servicio de la santidad del Señor; pues el hombre viejo y la letra vieja corrompieron y perdieron toda la disciplina.

Sermo CXVI.

De cognitione peccati per legem. In verba ejusdem: Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit, etc

Quoties diverso genere, sed voce consona mystica resonat cantilena, mita dulcedine pascit et delectat auditum; ita cum vario modo, sed uno Spiritu eodemque sensu divina et coelestis doctrina depromitur, libentius et cum suavitate maxima evangelicae scientiae pandit et aperit sacramentum. Et ideo post propheticam melodiam et virtutum Christi stupenda miracula, ad apostolicarum redeamus ordinem lectionum. Talis ergo hodiernae exstitit continentia lectionis.

Quid ergo dicemus? lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognovi, nisi per legem: nam concupiscentiam non sciebam, nisi lex diceret: Non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Audistis, fratres, quo morbo sine Christo laboraverit humana conditio, quam captiva sine gratia fuerit humana fragilitas, quae lege, quae mandatis non prohibebatur, sed armabatur ad crimina: quae ob hoc audiebat, ob hoc cognoscebat, non ut vinceret peccata, sed faceret.

Peccatum non cognovi, nisi per legem. Vitia non nosse felicitatis est, nosse periculi, vicisse virtutis est. Rex nobilis et fortis, hostibus suis longius occurrit, et ita praevenit ingruentium dolos, ut dejici nequeat fides militum, civium nequeat conturbari constantia: sic modo generosus animus per Christi gratiam corporis sui transgreditur miserandas angustias, et ita totus delicta praevenit, proculcat vitia, et crimina totus internecione prosternit, ut nequeant fucis sensus fallere, dolis ingenium depravare, tumultuationibus misera, imbecilla corda dissolvere, ardore, sanguinibus, fumantes occasiones incendere, vario passionum genere membra naturaliter infirma vexare. Quod ignis aridae segeti, hoc vitia corpori sunt humano, quae sola securius separatione vincuntur, necantur ignorantia, et nescita feliciter evanescunt. Nam si ad mentem et sensus pervenerint, si contigerint animos, si semel membra penetraverint, inexstinguibile gignitur et exaltatur incendium: et nisi unda coelestis corda rigaverit, mentes infuderit, membra madefecerit, totum quod est roboris humani, subditur et redigitur in favillam.

Sermón CXVI.

Sobre el conocimiento del pecado por la Ley. Sobre las palabras del mismo: «¿Qué diremos, pues? ¿Es pecado la Ley? ¡De ningún modo!», etc.

Cuantas veces resuena un canto místico en género diverso, pero con voz concorde, apacienta y deleita el oído con suave dulzura; así, cuando la doctrina divina y celestial se expone de modo vario, pero con un solo Espíritu y un mismo sentido, despliega y abre con más gusto y con suavidad máxima el misterio de la ciencia evangélica. Y por eso, después de la melodía profética y de los asombrosos milagros de los poderes de Cristo, volvamos al orden de las lecturas apostólicas. Tal fue, pues, el contenido de la lectura de hoy.

¿Qué diremos, pues? ¿Es pecado la Ley? (Rom 7,7) De ningún modo. Pero no conocí el pecado sino por la Ley: pues no sabía de la concupiscencia, si la Ley no dijera: No codiciarás. Pero, tomada ocasión, el pecado obró en mí por el mandamiento toda concupiscencia (Rom 7,8). Habéis oído, hermanos, de qué enfermedad padeció sin Cristo la condición humana, cuán cautiva estuvo sin la gracia la fragilidad humana, que por la Ley, por los mandamientos, no era refrenada, sino armada para los crímenes: que para esto oía, para esto conocía, no para vencer los pecados, sino para cometerlos.

No conocí el pecado sino por la Ley. No conocer los vicios es propio de la felicidad; conocerlos, del peligro; haberlos vencido, de la virtud. Un rey noble y fuerte sale lejos al encuentro de sus enemigos, y se anticipa a las asechanzas de los que acometen de tal modo que no pueda abatirse la lealtad de los soldados ni turbarse la constancia de los ciudadanos: así ahora un ánimo generoso, por la gracia de Cristo, traspasa las lamentables estrecheces de su cuerpo, y de tal modo se anticipa por entero a los delitos, pisotea los vicios y abate por entero los crímenes con exterminio, que no puedan engañar los sentidos con afeites, depravar el ingenio con engaños, disolver con tumultos los corazones míseros y débiles, encender con ardor, con sangre, ocasiones humeantes, atormentar con variado género de pasiones los miembros, débiles por naturaleza. Lo que el fuego para la mies seca, eso son los vicios para el cuerpo humano; solo con la separación se vencen con más seguridad, mueren por la ignorancia, y, desconocidos, felizmente se desvanecen. Pues si llegan a la mente y a los sentidos, si tocan los ánimos, si una vez penetran los miembros, se engendra y se alza un incendio inextinguible: y si la onda celestial no riega los corazones, no inunda las mentes, no empapa los miembros, todo lo que es fortaleza humana se somete y se reduce a ceniza.

Lex, inquit, peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognovi nisi per legem. Ac si diceret: Aurum avaritia non est, sed avaritiam non cognovi, nisi per aurum. Vinum ebrietas non est, sed ebrietatem non cognovi, nisi per vinum. Pulchritudo corporis non est concupiscentia, sed formae decus concupiscentiae me rapuit et perduxit ad lapsum. Sic ergo ipsa per se mala non sunt, quae a Deo ad utilitatem, ad salutem, ad gratiam sunt creata, sed per ea delinquendi datur occasio. Ergo avarus aurum accusat, ebrius vinum, lascivus aut lepidus formae vult esse quod contigit ad ruinam.

Ita et lex quae a Deo data fuerat ad salutem, quae erat per se coelestis et sancta, facta est per hominem miseri hominis ad ruinam, sicut ex sequentibus probat Apostolus, qui dicit: Itaque lex quidem sancta, et mandatum sanctum et justum et bonum. Quod ergo bonum erat, non intulit mortem, sed peccatum, quod principaliter intulerat mortem, quod fragilem, quod imbecillem, quod humanam naturam pronam fecerat ad lapsus et vitia. Quod latebat, et hostiliter humano grassabatur in corpore, lex reprehendit, lex prodidit, dum admonet hominem de innocentia, de sanctitate, de justitia, de virtute, de fide; dum arguit de vitiis, de delictis, de criminibus.

Sed homo, audire quidem coepit virtutes, coepit velle, sed non attigit; coepit detestari, sed sequi vitia; odisse delicta, sed facere; horrere crimina, sed implere: unde tarde se servum captivum, se male rabiei sensit addictum et coepit clamare: Infelix ego homo, quis me liberabit a corpore mortis hujus? Cui respondetur: Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Quo audito coepit libertatem quaerere per auctorem, salutem per veniam, vitam per solam sperare gratiam. Nam diu ignoraverat unde esset difficilis innocentia, unde laboriosa justitia, anxia sanctitas, virtus ardua, fides tota periculis plena, unde sic tantas copias haberent delicta, unde crimina dum succiduntur increscunt, virtutes deficiunt dum coluntur. Lex aperuit, lex docuit, lex tota luce monstravit, crimina per peccatum, virtutes per Deum in humanis sensibus, in humana mente dominari; nec posse ante superari delicta quam delictorum fuerit auctor exstinctus, quod est peccatum, quod Christus abstulit, attestante Joanne, cum dicit: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

Sine lege enim, inquit, peccatum mortuum erat. Ego autem vivebam sine lege aliquando. Sed cum venisset mandatum, peccatum revixit. Et ego mortuus sum, et inventum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Nam peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me, et per illud occidit. Peccatum mortuum erat, non quia non erat, sed quia ignorabatur, et proprie dictum est, Peccatum revixit.

¿Es la Ley, dice, pecado? De ningún modo. Pero no conocí el pecado sino por la Ley. Como si dijera: El oro no es avaricia, pero no conocí la avaricia sino por el oro. El vino no es embriaguez, pero no conocí la embriaguez sino por el vino. La belleza del cuerpo no es concupiscencia, pero el decoro de la forma me arrebató a la concupiscencia y me llevó a la caída. Así pues, no son males en sí mismas las cosas que Dios creó para la utilidad, para la salud, para el agrado, sino que por ellas se da ocasión de delinquir. Así, el avaro acusa al oro, el ebrio al vino, el lascivo o el galante quiere que sea de la hermosura lo que le sucedió para su ruina.

Así también la Ley, que había sido dada por Dios para la salvación, que era por sí celestial y santa, se hizo por el hombre para la ruina del hombre desdichado, como lo prueba el Apóstol por lo que sigue, diciendo: Así pues, la Ley es santa, y el mandamiento santo, y justo, y bueno (Rom 7,12). Lo que era bueno, pues, no trajo la muerte, sino el pecado, que había traído principalmente la muerte, que había hecho a la naturaleza humana frágil, débil, propensa a las caídas y a los vicios. Lo que estaba oculto y causaba estragos como enemigo en el cuerpo humano, la Ley lo reprendió, la Ley lo delató, al amonestar al hombre sobre la inocencia, la santidad, la justicia, la virtud, la fe; al argüirlo de vicios, de delitos, de crímenes.

Pero el hombre comenzó, sí, a oír de las virtudes, comenzó a querer, pero no alcanzó; comenzó a detestar los vicios, pero a seguirlos; a odiar los delitos, pero a cometerlos; a horrorizarse de los crímenes, pero a consumarlos: por eso tarde se sintió siervo cautivo, se sintió malamente entregado a la rabia, y comenzó a clamar: ¡Infeliz de mí, hombre! ¿Quién me librará del cuerpo de esta muerte? (Rom 7,24) A lo cual se responde: La gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor (Rom 7,25). Oído esto, comenzó a buscar la libertad por medio del autor, la salvación por medio del perdón, a esperar la vida por la sola gracia. Pues largo tiempo había ignorado por qué era difícil la inocencia, por qué laboriosa la justicia, angustiosa la santidad, ardua la virtud, la fe toda llena de peligros, por qué tenían los delitos tantas tropas, por qué los crímenes crecen mientras se cortan, y las virtudes desfallecen mientras se cultivan. La Ley abrió, la Ley enseñó, la Ley mostró con toda luz que los crímenes por el pecado, las virtudes por Dios, dominan en los sentidos humanos, en la mente humana; y que no pueden ser vencidos los delitos antes de que haya sido extinguido el autor de los delitos, que es el pecado, que Cristo quitó, atestiguándolo Juan cuando dice: He aquí el Cordero de Dios, he aquí el que quita los pecados del mundo (Jn 1,29).

Pues sin la Ley, dice, el pecado estaba muerto (Rom 7,8). Pero yo vivía en otro tiempo sin la Ley (Rom 7,9). Pero cuando vino el mandamiento, el pecado revivió. Y yo morí, y se halló que el mandamiento que era para la vida era para mí para la muerte (Rom 7,10). Pues el pecado, tomada ocasión por el mandamiento, me sedujo, y por él me mató (Rom 7,11). El pecado estaba muerto no porque no existiera, sino porque se ignoraba; y con propiedad se dijo: El pecado revivió.

Quia erat sepultum in ignorantia nostra: non mandatum per peccatum, sed peccatum per mandatum revixit, dum facit praevaricari qui fuerat ante peccator; dum reum perficit etiam contumacem, desertorem exsuscitat et rebellem. Unde merito homo jam tunc se exclamat mortuum, quando se unde, et quare et per quem moreretur agnovit.

Peccatum, fratres, quam crudelis tyrannus sit, jam videmus. Per mandatum seduxit me, et per illud occidit. Quia argumentum salutis tetendit in laqueum, quia curam fecit esse languorem, quia instrumentum sanitatis exitiale mutavit in vulnus, quia vitam ipsam in gladium lethalem convertit: Per mandatum seduxit me, et per illud occidit. At quomodo sibi jam, quod esset occisus, provideret jam mortuus? nam quis poterat subvenire occiso, nisi Christus, qui vitam reparavit occisus? qui talionem morti reddidit per mortem, mortem peremit, atque eam prodidit contumacem, quae incubare jussa poenis reorum, attentare ausa est ipsum judicem, invadere ipsum innocentiae praesumpsit auctorem: unde merito mors mortua est, et in me non ego vivo, sed vivit, agit, regnat, imperat Christus.

Porque estaba sepultado en nuestra ignorancia: no revivió el mandamiento por el pecado, sino el pecado por el mandamiento, al hacer prevaricar al que antes era pecador; al hacer al reo además contumaz, suscitando a un desertor y a un rebelde. Por eso con razón el hombre ya entonces exclama que está muerto, cuando reconoció de dónde, y por qué, y por quién moría.

Qué tirano tan cruel es el pecado, hermanos, ya lo vemos. Por el mandamiento me sedujo, y por él me mató. Porque tendió como lazo el argumento de la salvación, porque hizo que la cura fuera dolencia, porque mudó el instrumento de la salud en herida mortal, porque convirtió la vida misma en espada letal: Por el mandamiento me sedujo, y por él me mató. Pero ¿cómo podría, ya muerto, proveer para sí, puesto que había sido muerto? Pues ¿quién podía socorrer al muerto, sino Cristo, que, muerto, reparó la vida? Que devolvió a la muerte el talión por la muerte, mató a la muerte y la delató como contumaz, ella que, mandada a velar sobre las penas de los reos, se atrevió a atentar contra el juez mismo, presumió acometer al mismo autor de la inocencia: por eso con razón la muerte ha muerto, y en mí no vivo yo, sino que vive, obra, reina, impera Cristo.

Sermo CXVII.

De Adam primo et novissimo. In verba ejusdem: Factus est primus homo Adam in animam viventem, etc

Duos homines beatus Apostolus hodie retulit humano generi dedisse principium, Adam videlicet et Christum: duos homines pares corpore, sed merito dispares; compage membrorum tota veritate persimiles, sed ipso sui principio tota dissimiles veritate. Factus est, inquit, primus homo Adam in animam viventem: novissimus Adam in spiritum vivificantem. Ille primus ab isto novissimo factus est, a quo est et animam consecutus, ut viveret; hic est ipso se figuratus auctore, qui vitam non exspectaret ab altero, sed ipse vitam solus omnibus largiretur; ille vilissimo plasmatur ex limo, ex utero pretioso Virginis hic procedit; in illo terra mutatur in carnem, in isto caro promovetur in Deum. Et quid plura? Hic est Adam, qui suam tunc in illo cum fingeret imaginem collocavit. Hinc est quod ejus et personam suscipit, et nomen recepit, ne sibi, quod ad suam imaginem fecerat deperiret. Primus Adam, novissimus Adam; ille primus habet initium, hic novissimus non habet finem. Quia hic novissimus vere ipse est primus, ipso dicente: Ego primus, et ego novissimus. Ego sum primus, id est sine initio. Ego novissimus, utique sine fine.

Sed non prius, inquit, quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale. Prius utique terra quam fructus; sed non tam pretiosa terra quam fructus; illa gemitus exigit et labores, hic substantiam largitur et vitam. Merito propheta de tali fructu gloriatur, dicens: Terra nostra dedit fructum suum. Quem fructum? Illum nempe de quo alibi dicit: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Primus homo, ait, de terra terrenus; secundus homo, de coelo coelestis. Ubi sunt qui conceptum Virginis, Virginis partum, mulierum partibus existimant exaequandum, cum illud de terra sit, hoc de coelo; hoc divinae virtutis sit, illud infirmitatis humanae; illud sit in corpore passionis, hoc totum sit in tranquillitate divini Spiritus, humani corporis in quiete? Sanguis siluit, caro stupuit, soporata sunt membra, et aula Virginis tota est in coelesti commoratione suspensa, donec auctor carnis, carnis sumeret indumentum, et fieret homo coelestis, qui non solum terram redderet homini, sed homini donaret et coelum. Virgo concipit, Virgo parturit, Virgo permanet.

Sermón CXVII.

Sobre el primero y el último Adán. Sobre las palabras del mismo: «Fue hecho el primer hombre, Adán, alma viviente», etc.

Dos hombres, refirió hoy el bienaventurado Apóstol, dieron principio al género humano, a saber, Adán y Cristo: dos hombres iguales en el cuerpo, pero desiguales en el mérito; en la trabazón de los miembros semejantísimos con toda verdad, pero en su mismo principio desemejantes con toda verdad. Fue hecho, dice, el primer hombre, Adán, alma viviente; el último Adán, espíritu vivificante (1 Cor 15,45). Aquel, el primero, fue hecho por este, el último, de quien también recibió el alma para vivir; este fue formado siendo él mismo su autor, para no esperar la vida de otro, sino para otorgar él solo la vida a todos; aquel es modelado de vilísimo limo, este procede del precioso seno de la Virgen; en aquel la tierra se muda en carne, en este la carne es promovida hasta Dios. ¿Y qué más? Este es el Adán que, cuando entonces modelaba a aquel, colocó en él su propia imagen. De ahí que asuma también su persona y recibiera su nombre, para que no se le perdiera lo que había hecho a su imagen. Primer Adán, último Adán; aquel primero tiene principio, este último no tiene fin. Porque este último es verdaderamente él mismo el primero, como él mismo dice: Yo el primero, y yo el último (Is 48,12). Yo soy el primero, es decir, sin principio. Yo el último, ciertamente sin fin.

Pero no es primero, dice, lo espiritual, sino lo animal, luego lo espiritual (1 Cor 15,46). Primero, ciertamente, la tierra que el fruto; pero no es tan preciosa la tierra como el fruto; aquella exige gemidos y trabajos, este otorga sustancia y vida. Con razón el Profeta se gloría de tal fruto, diciendo: Nuestra tierra dio su fruto (Sal 85,13). ¿Qué fruto? Aquel, sin duda, del que dice en otro lugar: Del fruto de tu vientre pondré sobre tu trono (Sal 132,11).

El primer hombre, dice, de la tierra, terreno; el segundo hombre, del cielo, celestial (1 Cor 15,47). ¿Dónde están los que piensan que la concepción de la Virgen, el parto de la Virgen, ha de equipararse a los partos de las mujeres, siendo así que aquello es de la tierra, esto del cielo; esto es del poder divino, aquello de la debilidad humana; aquello es en un cuerpo de pasión, esto es todo en la tranquilidad del Espíritu divino, en el reposo del cuerpo humano? La sangre calló, la carne quedó atónita, los miembros se adormecieron, y todo el palacio de la Virgen quedó suspendido en una estancia celestial, hasta que el autor de la carne tomara la vestidura de la carne, y se hiciera hombre celestial, que no solo devolviera la tierra al hombre, sino que diera al hombre también el cielo. La Virgen concibe, la Virgen da a luz, la Virgen permanece.

Ergo virtutis est caro conscia, non doloris, quae magis pariendo integritatis augmenta suscipit, damna pudoris ignorat; testis potius sui partus existit, quae nullas partus pertulit passiones; et sacramentis coelestibus interfuisse se nova mater miratur, quae nascentis ordinem intelligit humanae consuetudinis nil habere. Si Deum sic nasci magus fatetur munere, fatetur dum adorat; advertite quid sentire, quid credere debeat Christianus.

Sed quod sequitur audiamus. Qualis terrenus, tales et terreni, et qualis coelestis, tales et coelestes. Quemadmodum non nati taliter, tales poterunt inveniri, non manendo quod nati sunt, sed quod renati sunt permanendo? Hinc est, fratres, quod virginei fontis uterum coelestis spiritus arcana luminis sui admixtione fecundat; ut quos origo limosae stirpis profuderat sub misera conditione terrenos, coelestes pariat, et ad similitudinem sui perducat auctoris.

Ergo jam renati, jam reformati ad nostri imaginem Creatoris, quod praecipit Apostolus impleamus. Igitur sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem coelestis. Fuerit necessitas, quod de terra concreti coelestia spirare nequivimus, quod de concupiscentia nati concupiscentiam non valuimus evitare, quod illecebris dominantibus acquisiti coacti sumus illecebrarum turpitudinem sustinere, quod saeculi hujus habitaculo recepti captivi fuimus malis; ad instar nostri Domini, sicut diximus, jam renati, quos utique concepit virgo, vivificavit spiritus, portavit pudor, genuit integritas, nutrivit innocentia, edocuit sanctitas, virtus exercuit, Deus adoptavit in filios, imaginem totam tota similitudine nostri portemus auctoris: non majestate qua solus est, sed innocentia, simplicitate, mansuetudine, patientia, humilitate, misericordia, concordia, qua dignatus est nobis fieri et esse communis. Cesset vitiorum pruritus pestifer, delictorum lethalia blandimenta vincantur; exsecrandus furor, criminum comprimatur origo; discutiatur a sensibus caligo tota pompae saecularis; abjiciatur a mentibus mundanae cupiditatis illusio; appetatur paupertas Christi, quae divitias in coelestibus possidet sempiternas; tota sanctitas animae custodiatur et corporis, ut non magnitudine, sed actu imago Creatoris nostri portetur et clarescat in nobis.

Affirmat quod diximus Apostolus, cum dicit: Hoc autem dico, fratres, quia caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt. Ecce quomodo carnis resurrectio praedicatur, quia ibi caro possidebitur a spiritu, non caro spiritum possidebit, sicut ex sequentibus elucescit. Neque corruptio incorruptionem possidebit. Vides quia non caro deperit, sed corruptio; non homo, sed culpa; non persona, sed crimen; ut homo in Deo, et coram Deo vivens, finem se delictorum tandem gaudeat consecutum.

Por tanto, la carne es consciente del poder, no del dolor; ella que, al dar a luz, recibe más bien aumentos de integridad, ignora los daños del pudor; se presenta más bien como testigo de su propio parto, ella que no soportó ninguna de las pasiones del parto; y la nueva madre se admira de haber asistido a misterios celestiales, entendiendo que el orden del que nace nada tiene de la costumbre humana. Si el mago reconoce con su don que Dios nació así, lo reconoce mientras adora, considerad qué debe sentir, qué debe creer el cristiano.

Pero oigamos lo que sigue. Cual el terreno, tales también los terrenos; y cual el celestial, tales también los celestiales (1 Cor 15,48). ¿Cómo podrán hallarse tales los que no nacieron así, no permaneciendo en lo que nacieron, sino perseverando en lo que renacieron? De ahí, hermanos, que el espíritu celestial fecunde el seno de la fuente virginal con la arcana mezcla de su luz; para que a los que el origen de una estirpe de limo había derramado terrenos bajo una mísera condición, los dé a luz celestiales, y los lleve a la semejanza de su autor.

Así pues, renacidos ya, reformados ya a imagen de nuestro Creador, cumplamos lo que manda el Apóstol. Por tanto, así como hemos llevado la imagen del terreno, llevemos también la imagen del celestial (1 Cor 15,49). Haya sido necesidad que, formados de tierra, no pudimos respirar lo celestial; que, nacidos de la concupiscencia, no fuimos capaces de evitar la concupiscencia; que, adquiridos por los halagos dominantes, fuimos obligados a soportar la torpeza de los halagos; que, recibidos en la morada de este mundo, fuimos cautivos de los males: renacidos ya a semejanza de nuestro Señor, como dijimos, nosotros a quienes ciertamente concibió una virgen, vivificó el espíritu, llevó el pudor, engendró la integridad, nutrió la inocencia, instruyó la santidad, ejercitó la virtud, adoptó Dios como hijos, llevemos toda la imagen de nuestro autor con toda semejanza: no en la majestad en que él solo es, sino en la inocencia, la sencillez, la mansedumbre, la paciencia, la humildad, la misericordia, la concordia, en que se dignó hacerse y ser común con nosotros. Cese el prurito pestífero de los vicios, sean vencidos los halagos mortales de los delitos; sea reprimido el furor execrable, origen de los crímenes; disípese de los sentidos toda la niebla de la pompa secular; arrójese de las mentes la ilusión de la codicia mundana; deséese la pobreza de Cristo, que posee en los cielos riquezas sempiternas; custódiese toda la santidad del alma y del cuerpo, para que no en grandeza, sino en el obrar, la imagen de nuestro Creador sea llevada y resplandezca en nosotros.

Afirma el Apóstol lo que dijimos, cuando dice: Esto digo, hermanos, que la carne y la sangre no pueden poseer el reino de Dios (1 Cor 15,50). He aquí cómo se predica la resurrección de la carne: porque allí la carne será poseída por el espíritu, no poseerá la carne al espíritu, como se ve claro por lo que sigue. Ni la corrupción poseerá la incorrupción. Ves que no perece la carne, sino la corrupción; no el hombre, sino la culpa; no la persona, sino el crimen; para que el hombre, viviendo en Dios y ante Dios, se alegre de haber alcanzado por fin el término de los delitos.

De resurrectione proprius sermo proferendus est, fratres, quia transcursim, et in ipso verbi fine, non convenit dici de eo quod nos ad aeterna tempora ac perpetuam transmittit ad vitam.

Sobre la resurrección hay que pronunciar un sermón propio, hermanos, porque no conviene hablar de pasada, y al final mismo de la palabra, de lo que nos traslada a los tiempos eternos y a la vida perpetua.

Sermo CXVIII.

De morte et resurrectione carnis

Quoniam tota spes fidei Christianae in resurrectione constituta est mortuorum, ne quisquam de ea ausus sit dubitare, beati Pauli asserentis, eam auctoritate, rebus, exemplis, latissimam recitari vobis fecimus hodie lectionem, ad quam sermo noster quod adjicere possit non potuit invenire. Sed quia nostri officii vestra charitas semper exigit servitutem, repetere haec eadem, inculcare vehementius haec ipsa, resurrectionis ipsius ardore gestimus. Fratres, semper de resurrectione libet dicere, jugiter de resurrectione delectat audire, quia mori numquam libet, vivere semper delectat. Resonet ergo in ore nostro resurrectio semper, semper resurrectio ad nostrae mentis transmittatur auditum, ut mors quae nostros semper obsidet sensus, cum terrore suo, cum lamentis suis a nostris sensibus effugetur.

Quia sic agricola fructus uberes et exsatiatas epulas cantat, ut immanem vomeris laborem non sentiat et sudorem. Sic nauta portus modulatur et lucra, ne undarum ruinas, ne maris discrimina pertimescat. Sic miles, ne vulnera metuat, ut gladios non pertimescat, praedas personat et triumphos. Unde resurrectionem mente, ore, oculis, spectet, cantet, cogitet Christianus, ut totam mortis possit despicere et calcare formidinem.

Mors est, fratres, desperationis domina, incredulitatis mater, germana corruptionis, inferni parens, diaboli conjux, omnium malorum regina, quae omne genus hominum tali ordine inexplebili impugnat, ut primum susurratricem suam desperationem praemittat talia suadentem: Homo, cur tua perdis tempora? Ecce domina mors tua venit, animam tuam in nihilum redigens, carnem tuam putredine, ossa tua vetustate consumens, ut te qui non fuisti antequam nascereris, faciat non esse post mortem. Redde ergo debita ante mortem, moriturus cito, tibi, aetatibus tuis: da lusibus infantiam, da deliciis adolescentiam, da voluptatibus juventutem, da senectutem mihi, ne sine causa de spe cogites desperatus.

Sermón CXVIII.

Sobre la muerte y la resurrección de la carne

Puesto que toda la esperanza de la fe cristiana está puesta en la resurrección de los muertos, para que nadie se atreva a dudar de ella, os hemos hecho leer hoy la amplísima lectura del bienaventurado Pablo, que la afirma con autoridad, con hechos, con ejemplos, a la cual nuestro sermón no ha podido hallar qué añadir. Pero, como vuestra caridad exige siempre la servidumbre de nuestro oficio, ansiamos, con el ardor mismo de la resurrección, repetir estas mismas cosas, inculcar con más vehemencia estas mismas cosas. Hermanos, siempre agrada hablar de la resurrección, continuamente deleita oír de la resurrección, porque morir nunca agrada, vivir siempre deleita. Resuene, pues, siempre en nuestra boca la resurrección, siempre la resurrección se transmita al oído de nuestra mente, para que la muerte, que siempre asedia nuestros sentidos, con su terror, con sus lamentos, sea ahuyentada de nuestros sentidos.

Porque así el labrador canta las cosechas abundantes y los banquetes hartos, para no sentir el enorme trabajo del arado y el sudor. Así el marinero modula cantos de puertos y ganancias, para no temer las ruinas de las olas, los peligros del mar. Así el soldado, para no temer las heridas, para no temblar ante las espadas, celebra a voces botines y triunfos. Por eso, con la mente, con la boca, con los ojos, contemple, cante, piense el cristiano la resurrección, para que pueda despreciar y pisotear todo el espanto de la muerte.

La muerte, hermanos, es señora de la desesperación, madre de la increencia, hermana de la corrupción, engendradora del infierno, cónyuge del diablo, reina de todos los males, que combate a todo el género humano con un orden tan insaciable que primero envía delante a su susurradora, la desesperación, que aconseja tales cosas: «Hombre, ¿por qué pierdes tu tiempo? He aquí que viene tu señora, la muerte, reduciendo tu alma a la nada, consumiendo tu carne con la podredumbre, tus huesos con la vejez, para hacer que tú, que no exististe antes de nacer, no existas después de la muerte. Paga, pues, tus deudas antes de la muerte, tú que pronto has de morir: a ti, a tus edades: da a los juegos la infancia, da a las delicias la adolescencia, da a los placeres la juventud, dame a mí la vejez, para que no pienses en vano en la esperanza, desesperado».

Post istam mittit incredulitatem suam filiam, sic minantem: Quasi non moriturus, quasi evasurus mortem, sic de vita disponis? Homo, te decipit fides, tu fidei credis, quae ut tollat praesentia, futura promittit, et ut auferat quae sunt ante mortem, nescio quae invisibilia pollicetur esse post mortem. Quis inde venit, aut quis sapiens credit tot saeculis promissa, nec reddita? O si manduces et bibas! Manduca et bibe, cras enim morieris.

Tertiam germanam nequitiae suae corruptionem tali dirigit cum furore, ut aspectus hominum invadat, attrahat, occupet, per sepulcra, extremos ostendens carceres, suos jacere ibi demonstrat immobiliter vinculatos; et ut homines sensus hominis horrore toto, toto pavore conturbet, effundit putredinem, eructat saniem, spargit fetores, atque ad unum corpus hominis innumeros carnifices a se vermes dedisse proclamat. Quare non desperationi, quare non incredulitati crederent Christiani? Haec sunt mortis bella, his ducibus, his consiliis, tali conflictu captivat, vastat, interficit omnes quos natura praesentem perducit ad vitam, ducit reges, trahit populos, gentes impellit, non divitiis redimi, non flecti precibus, non lacrymis molliri, non viribus umquam potuit ista superari.

Erravere, fratres, qui de bono mortis scribere sunt conati. Et quid mirum? tunc se mundi sapientes magnos aestimant et praeclaros, si id quod est summum malum, hoc esse summum bonum simplicibus persuaserint: merito Scriptura de istis dicit: Vae qui dicunt bonum malum, et malum bonum. Vae qui ponunt tenebras lucem, et lucem tenebras! Et re vera quem non isti fallerent, quem non caecare potuerunt, qui vivere malum, mori bonum, incautis credere perfecerunt? Sed haec, fratres, veritas submovet, lux fugat, impugnat fides, Apostolus notat, Christus delet, qui dum bonum vitae reddit, malum mortis prodit, damnat, excludit.

Sic enim coepit Apostolus: Notum autem vobis facio, fratres, Evangelium, quod praedicavi vobis, quod et accepistis, in quo et statis, per quod et salvamini: qua ratione praedicavi vobis, tenere debetis, nisi sine causa credidistis? Tradidi enim vobis in primis, quod et accepi, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris, et quia sepultus est, et quia resurrexit tertia die secundum Scripturas. Dei largitas victurum, non moriturum ditat. Aut quid bonum accipit, si non erit ipse qui accipit? In quo et statis. Stat utique qui semper vivit, quia mortuus semper jacet. In quo et salvamini.

Después de ella envía a su hija, la increencia, que amenaza así: «Como si no hubieras de morir, como si hubieras de escapar a la muerte, ¿así dispones de la vida? Hombre, te engaña la fe, tú crees a la fe, que, para quitarte lo presente, promete lo futuro, y, para arrebatarte lo que hay antes de la muerte, promete no sé qué cosas invisibles después de la muerte. ¿Quién ha venido de allá, o qué sabio cree lo prometido durante tantos siglos y no cumplido? ¡Oh, si comieras y bebieras! Come y bebe, porque mañana morirás (Is 22,13)».

A la tercera hermana de su maldad, la corrupción, la dirige con tal furor que invade, atrae, ocupa las miradas de los hombres, mostrando por los sepulcros las últimas cárceles, demuestra que los suyos yacen allí inmóvilmente encadenados; y, para turbar a los hombres, los sentidos del hombre, con todo horror, con todo pavor, derrama podredumbre, eructa pus, esparce hedores, y proclama que ha dado de sí innumerables verdugos, los gusanos, para un solo cuerpo de hombre. ¿Por qué no habían de creer los cristianos a la desesperación, por qué no a la increencia? Estas son las guerras de la muerte: con estos capitanes, con estos consejos, con tal combate cautiva, devasta, mata a todos los que la naturaleza trae a la vida presente; conduce a los reyes, arrastra a los pueblos, empuja a las naciones; nunca pudo ser rescatada con riquezas, doblegada con ruegos, ablandada con lágrimas, vencida con fuerzas.

Erraron, hermanos, los que intentaron escribir sobre el bien de la muerte. ¿Y qué tiene de extraño? Los sabios del mundo se tienen entonces por grandes e ilustres, si han persuadido a los sencillos de que lo que es el sumo mal es el sumo bien: con razón dice de ellos la Escritura: ¡Ay de los que dicen al bien mal, y al mal bien! ¡Ay de los que ponen las tinieblas por luz, y la luz por tinieblas! (Is 5,20) Y en verdad, ¿a quién no engañarían estos, a quién no pudieron cegar, ellos que lograron que los incautos creyeran que vivir es un mal, morir un bien? Pero estas cosas, hermanos, la verdad las aparta, la luz las ahuyenta, la fe las combate, el Apóstol las tacha, Cristo las borra, él que, al devolver el bien de la vida, delata, condena, excluye el mal de la muerte.

Pues así comenzó el Apóstol: Os doy a conocer, hermanos, el Evangelio que os prediqué, que también recibisteis, en el cual también estáis firmes, por el cual también os salváis: en qué términos os lo prediqué, debéis retenerlo, a no ser que hayáis creído en vano (1 Cor 15,1-2). Pues os transmití en primer lugar lo que también recibí: que Cristo murió por nuestros pecados, y que fue sepultado, y que resucitó al tercer día según las Escrituras (1 Cor 15,3-4). La largueza de Dios enriquece al que ha de vivir, no al que ha de morir. ¿O qué bien recibe, si no existirá él mismo que lo recibe? En el cual también estáis firmes. Está firme, ciertamente, el que vive siempre, porque el muerto yace siempre. En el cual también os salváis.

Si quis moritur, perit; salvatur vero ille qui semper vivit. Qua ratione praedicavi vobis, tenere debetis, nisi sine causa credidistis. Non solum, fratres, sine causa credidit, sed et sine causa vixit, qui se ad hoc solum natum credidit ut periret.

Homo quid tibi oritur quod non occidat? quid tibi quod occiderit, non resurgit? Dies mane oritur, et iterum resurgit in mane; sero sepelitur in nocte, et iterum resurgit in mane. Sol quotidie nascitur, quotidie moritur, resurgit ipse quotidie; tempora dum transeunt, pereunt; dum redeunt, reviviscunt. Unde, homo, si Deo non credis, si non acquiescis legi, si non consentis auditui, vel oculis tuis crede, vel elementis resurrectionem tuam tibi jugiter praedicantibus acquiesce. Certe si ista longe sunt inferiora, quae in tuis manibus sunt, et de morte tuo opere suscitantur, te posse Dei opere doceant suscitari.

Vade ad semen, Apostolo te docente; tolle triticum aridum sine sensu, sine motu; duc sulcum, fodi terram, fac sepulcrum, sepeli triticum, inspice quemadmodum morte deperit, humore turgescit, putredine corrumpitur; et cum pervenerit ad totum quidquid desperatio, quidquid incredulitas, quidquid corruptela tibi superius ingerebat, tunc subito reviviscit in germine, in herba pubescit, juvenescit in caule, maturescit in fruge, et ad illam totam ipsam, quam tu periisse deflebas, speciem resurgit et formam; ut te, homo, triticum non tam doceat manducare quam sapere, non tam cogat laborare quam credere. Reliqua nos taceamus, quia et unde, et quando, et quomodo, et per quem mors venerit, beatus Apostolus plano et satis lucido ac divino declarat eloquio. Homo, accipe fidem, quia gratis datur; crede resurrectionem, quia qui promittit illam pretium non requirit.

Si alguno muere, perece; se salva, en cambio, el que vive siempre. En qué términos os lo prediqué, debéis retenerlo, a no ser que hayáis creído en vano. No solo, hermanos, creyó en vano, sino que también vivió en vano el que creyó haber nacido solo para esto, para perecer.

Hombre, ¿qué se levanta para ti que no se ponga? ¿Qué hay para ti que, habiéndose puesto, no vuelva a levantarse? El día se levanta por la mañana, y de nuevo resurge por la mañana; por la tarde es sepultado en la noche, y de nuevo resurge por la mañana. El sol nace cada día, muere cada día, resurge él mismo cada día; los tiempos, mientras pasan, perecen; mientras vuelven, reviven. Por eso, hombre, si no crees a Dios, si no te aquietas en la ley, si no asientes a lo que oyes, cree al menos a tus ojos, o aquiétate en los elementos que continuamente te predican tu resurrección. Ciertamente, si son muy inferiores estas cosas que están en tus manos y que son levantadas de la muerte por tu obra, que te enseñen que tú puedes ser levantado por la obra de Dios.

Ve a la semilla, enseñándotelo el Apóstol (1 Cor 15,36-37); toma el trigo seco, sin sentido, sin movimiento; traza un surco, cava la tierra, haz un sepulcro, sepulta el trigo, mira cómo perece por la muerte, se hincha con la humedad, se corrompe con la podredumbre; y cuando ha llegado a todo aquello que la desesperación, que la increencia, que la descomposición te sugerían más arriba, entonces de repente revive en el germen, echa vello en la hierba, se rejuvenece en el tallo, madura en el fruto, y resurge a toda aquella misma apariencia y forma que tú llorabas perdida; para que el trigo, hombre, no tanto te enseñe a comer cuanto a saber, no tanto te obligue a trabajar cuanto a creer. Callemos lo demás, porque de dónde, y cuándo, y cómo, y por quién vino la muerte, lo declara el bienaventurado Apóstol con palabra llana y muy clara y divina. Hombre, recibe la fe, porque se da gratuitamente; cree la resurrección, porque quien la promete no pide precio.

Sermo CXIX.

De vero cursu pro corona gloriae. In verba ejusdem: Nescitis quod hi qui in stadio currunt, etc

Beatus apostolus Paulus non solum per doctrinam legis, sed saeculi hujus exemplo ad coronam nos gloriae coelestis hortatur. Sic enim inter caetera ait, ut audivit dilectio vestra. Nescitis quod hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium; et addidit: Sic currite, ut comprehendatis.

Secundum terrenum exemplum, multi quidem, ut ait Apostolus, in stadio currunt, sed unus accipit coronam, id est, ille qui melius currit; ita et in stadio vitae praesentis, multi quidem currunt, sed unus accipit coronam. Currunt Judaei per legem, currunt philosophi per inanem sapientiam, currunt et haeretici per falsam annuntiationem, currunt catholici per veram fidei praedicationem: sed de his omnibus unus coronam accipit, id est, populus catholicus, qui, recepto fidei cursu, tendit ad Christum, ut ad palmam immortalitatis coronamque perveniat. Quapropter et Judaei, et philosophi, et haeretici in vacuum currunt, qui non recto fidei tramite gradiuntur. Quid enim prodest Judaeis currere per observationem legis, qui Christum, dominum legis ignorant? Currunt et philosophi per inanem sapientiam saeculi, sed superfluus et vacuus cursus ipsorum est, qui veram Christi sapientiam nesciunt. Vera enim sapientia Dei Christus est, quae non ornatur verbis, nec luculenta oratione, sed fide cordis agnoscitur.

Currunt et haeretici per venenatam fidei suae assertionem, currunt per jejunia, currunt per eleemosynam, sed pervenire ad coronam nequeunt, quia non currunt; falsa enim fides eorum verae fidei gratiam accipere non meretur. Manifestat hoc Apostolus alio loco, cum dicit: Et si distribuero omnem substantiam meam pauperibus, et si tradidero corpus meum igni ut ardeat, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Non enim habet charitatem Christi, qui Christo non fideliter credit. Et ideo bene addidit Apostolus, dicendo: Sic currite, ut comprehendatis. Currere ergo debemus fideli cursu in fide Christi, in mandatis Dei, in operibus justitiae, ut ad coronam aeternae vitae pervenire possimus.

Sermón CXIX.

Sobre la verdadera carrera por la corona de gloria. Sobre las palabras del mismo: «¿No sabéis que los que corren en el estadio», etc.

El bienaventurado apóstol Pablo nos exhorta a la corona de la gloria celestial no solo por la doctrina de la Ley, sino con el ejemplo de este mundo. Pues así dice, entre otras cosas, como ha oído vuestra dilección. ¿No sabéis que los que corren en el estadio, todos corren, pero uno solo recibe el premio? (1 Cor 9,24); y añadió: Corred de tal modo que lo alcancéis.

Según el ejemplo terreno, muchos, ciertamente, como dice el Apóstol, corren en el estadio, pero uno solo recibe la corona, es decir, el que corre mejor; así también en el estadio de la vida presente muchos, ciertamente, corren, pero uno solo recibe la corona. Corren los judíos por la Ley, corren los filósofos por una sabiduría vana, corren también los herejes por un anuncio falso, corren los católicos por la verdadera predicación de la fe: pero de todos estos uno solo recibe la corona, es decir, el pueblo católico, que, emprendida la carrera de la fe, tiende a Cristo, para llegar a la palma y a la corona de la inmortalidad. Por eso los judíos, y los filósofos, y los herejes corren en vano, pues no caminan por la senda recta de la fe. Pues ¿de qué aprovecha a los judíos correr por la observancia de la Ley, si no conocen a Cristo, señor de la Ley? Corren también los filósofos por la vana sabiduría del mundo, pero su carrera es superflua y vacía, pues no conocen la verdadera sabiduría de Cristo. Pues la verdadera sabiduría de Dios es Cristo, que no se adorna con palabras ni con un discurso brillante, sino que se conoce por la fe del corazón.

Corren también los herejes por la envenenada afirmación de su fe, corren por los ayunos, corren por la limosna, pero no pueden llegar a la corona, porque no corren; pues su falsa fe no merece recibir la gracia de la fe verdadera. Lo manifiesta el Apóstol en otro lugar, cuando dice: Y si distribuyere toda mi hacienda a los pobres, y si entregare mi cuerpo al fuego para que arda, pero no tengo caridad, de nada me aprovecha (1 Cor 13,3). Pues no tiene la caridad de Cristo quien no cree fielmente en Cristo. Y por eso añadió bien el Apóstol, diciendo: Corred de tal modo que lo alcancéis. Debemos, pues, correr con una carrera fiel, en la fe de Cristo, en los mandamientos de Dios, en las obras de justicia, para poder llegar a la corona de la vida eterna.

Denique quemadmodum nobis currendum est, idem Apostolus consequenter ostendit, dicendo: Omnis, inquit, qui in agone contendit, ab omnibus continens est; et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptibilem. Vide quibus nos Apostolus exemplis ad coronam promissae immortalitatis invitat. In agone isto terreno qui vincere volunt, abstinent se a cibis quibusdam, a potu nimio, abstinent ab omni immunditia, sub tanta castitate, ut etiam propria conjugia non requirant; nec aliter se vincere posse sperant, nisi corpus suum castum pudicumque servaverint. Et post tantum laborem quid aliud quam parvam, et corruptibilem, et vilem quidem coronam accipiunt? Si ergo pro corruptibili corona tantus labor a quibusdam suscipitur, quanto magis nos omnem laborem sustinere debemus, quibus praemium coeleste et aeternae gloriae corona promittitur?

Est ergo nobis agonizandum non levi certamine: certamus enim contra spiritualia nequitiae, contra diabolum et angelos ejus; certamus contra injustitiam, contra impietatem, contra malitiam, contra impudicitiam, contra diversas illecebras peccatorum. Et si certantes vincimus, tot coronas accipimus quot vitiorum victores fuerimus. Magnus itaque agon iste est, in quo spectaculum Domino exhibemus: spectamur enim certantes a Domino, spectamur ab angelis ejus; in terra vincimus, sed praemium virtutis in coelestibus accipimus. Denique sancti martyres in agone certaminis positi, non solum vitia peccatorum, sed ipsam mortem vicerunt, et praemia immortalitatis susceperunt. In hoc agone primo Dominus et Salvator noster, et certavit et vicit, ut nobis exemplum certaminis et victoriae demonstraret.

Haec ergo vobiscum tractantes, semen boni certaminis injicimus in cordibus vestris, tamquam sulcata invenientes pectora vestra aratro justitiae. Colite igitur verbum quod sparsimus in vobis, ut possit germinare quod satum est. Deus autem visitatione sua, rore suae vos pietatis infundat; et det incrementum seminibus nostris, quo possitis in collectis manipulis meritorum ad fructum centesimum pervenire.

En efecto, cómo hemos de correr, lo muestra a continuación el mismo Apóstol, diciendo: Todo el que, dice, lucha en el certamen, se abstiene de todo; y ellos, ciertamente, para recibir una corona corruptible, nosotros, en cambio, una incorruptible (1 Cor 9,25). Mira con qué ejemplos nos invita el Apóstol a la corona de la inmortalidad prometida. En este certamen terreno, los que quieren vencer se abstienen de ciertos alimentos, de la bebida excesiva, se abstienen de toda impureza, con tanta castidad que no buscan ni siquiera sus propios matrimonios; y no esperan poder vencer de otro modo sino guardando su cuerpo casto y pudoroso. ¿Y después de tan gran trabajo qué otra cosa reciben sino una corona pequeña, y corruptible, y ciertamente vil? Si, pues, por una corona corruptible algunos emprenden tan gran trabajo, ¿cuánto más debemos nosotros soportar todo trabajo, a quienes se promete el premio celestial y la corona de la gloria eterna?

Hemos, pues, de luchar en un combate no ligero: porque combatimos contra los espíritus de la maldad, contra el diablo y sus ángeles; combatimos contra la injusticia, contra la impiedad, contra la malicia, contra la impudicia, contra los diversos halagos de los pecados. Y si al combatir vencemos, recibimos tantas coronas cuantos vicios hayamos vencido. Grande es, pues, este certamen, en el que ofrecemos un espectáculo al Señor: pues somos mirados mientras combatimos por el Señor, somos mirados por sus ángeles; vencemos en la tierra, pero recibimos el premio de la virtud en los cielos. En efecto, los santos mártires, puestos en el certamen del combate, vencieron no solo los vicios de los pecados, sino la muerte misma, y recibieron los premios de la inmortalidad. En este certamen, primero nuestro Señor y Salvador combatió y venció, para mostrarnos un ejemplo de combate y de victoria.

Al tratar, pues, estas cosas con vosotros, echamos la semilla del buen combate en vuestros corazones, hallando vuestros pechos como surcados por el arado de la justicia. Cultivad, pues, la palabra que sembramos en vosotros, para que pueda germinar lo que ha sido sembrado. Que Dios, con su visita, os infunda el rocío de su piedad; y dé crecimiento a nuestras semillas, para que, recogidas las gavillas de los méritos, podáis llegar al fruto del ciento por uno.

Sermo CXX.

De figura saeculi vitanda, et forma Salvatoris assumenda. In verba ejusdem: Nolite configurari huic saeculo, etc

Christus apostolos sal esse hodie patefecit, dicendo: Vos estis sal terrae. Ne quis ergo impatienter ferat, si beati Pauli verba ut grana divini salis terimus, quatenus altius soporati, sensus intelligentiam condire possimus. Grana enim salis integra saliunt, quatenus in medullis ipsa subtilius attenuata descendant: sic sermo Apostoli communiter lectus praebet simplicem sensum, profundam scientiam praestat, lectione sedula iteratur ad illa quae ante perscrutati sumus.

Hodie dicit beatus Apostolus: Nolite configurari huic saeculo. Putasne beatus Paulus apostolus dicendo sic, elementorum figuris ne configuremur obsistat? neve simus ut Persarum reges, qui subjecta nunc pedibus suis sphaera, ut polum se calcare credantur, Dei vices mentiuntur: nunc radiato capite ne sint homines, solis resident in figura; nunc impositis sibi cornibus, quasi viros se esse doleant, effeminantur in lunam: nunc varias velut siderum sumunt formas, ut hominis perdant figuram, et nihil supernae claritatis acquirant. Sed ista licet de saeculi vanitate descendant, et sapientibus tam fugienda sint quam ridenda, tamen Apostolus cum dicit: Nolite configurari huic saeculo, saeculi vitam corrigit, arguit mores, judicat institutum, castigat voluntates, luxuriam condemnat, et totam vanitatum saecularium pompam propellit, effugat, excludit a mentibus Christianis.

Sed hoc modo strictim commonet quod est in principio hujus Epistolae latius exsecutus, ubi figuram saeculi in vitiis sic figurat: Repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia, nequitia, plenos invidia, homicidiis, contentione, dolo, malignitate, susurratores, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, erectos, superbos, inventores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, sine misericordia, qui cum justitiam Dei cognovissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte: non solum qui faciunt illa, sed qui consentiunt facientibus.

Sermón CXX.

Sobre evitar la figura del mundo, y tomar la forma del Salvador. Sobre las palabras del mismo: «No os conforméis a este mundo», etc.

Cristo manifestó hoy que los apóstoles son sal, diciendo: Vosotros sois la sal de la tierra (Mt 5,13). Que nadie, pues, lo lleve con impaciencia si molemos las palabras del bienaventurado Pablo como granos de sal divina, para que, adormecidos más profundamente, podamos sazonar la inteligencia del sentido. Pues los granos de sal enteros saltan, para que, adelgazados más finamente, desciendan ellos mismos a las médulas: así la palabra del Apóstol, leída en común, ofrece un sentido sencillo, presta una ciencia profunda, y se repite con lectura asidua para llegar a aquello que antes escudriñamos.

Hoy dice el bienaventurado Apóstol: No os conforméis a este mundo (Rom 12,2). ¿Piensas que el bienaventurado Pablo apóstol, al decir esto, se opone a que nos conformemos a las figuras de los elementos? ¿O a que seamos como los reyes de los persas, que, ora con una esfera puesta bajo sus pies, para que se crea que pisan el polo, usurpan mintiendo el lugar de Dios; ora con la cabeza radiada, para no ser hombres, se sientan en figura de sol; ora con cuernos puestos sobre sí, como si les doliera ser varones, se afeminan en luna; ora toman como las formas variadas de los astros, para perder la figura del hombre y no adquirir nada de la claridad de lo alto? Pero aunque estas cosas desciendan de la vanidad del mundo, y para los sabios sean tan dignas de huir como de reír, sin embargo el Apóstol, cuando dice: No os conforméis a este mundo, corrige la vida del mundo, reprende sus costumbres, juzga su modo de vivir, castiga sus voluntades, condena la disolución, y aparta, ahuyenta, excluye de las mentes cristianas toda la pompa de las vanidades seculares.

Pero aquí solo recuerda brevemente lo que al principio de esta Epístola expuso más ampliamente, donde figura así la figura del mundo en sus vicios: Llenos de toda iniquidad, malicia, fornicación, avaricia, maldad; colmados de envidia, homicidios, contienda, engaño, malignidad; murmuradores, detractores, aborrecibles para Dios, insolentes, altivos, soberbios, inventores de males, desobedientes a los padres, necios, desordenados, sin afecto, sin misericordia; los cuales, habiendo conocido la justicia de Dios, no entendieron que los que hacen tales cosas son dignos de muerte: no solo los que las hacen, sino los que consienten a los que las hacen (Rom 1,29-32).

Fratres, audistis formam saeculi, didicistis speciem, vidistis figuram: si tamen formam et non informe monstrum, ubi confusione criminum tota rerum facies est deleta, ubi peccatorum connubio tota mundi figura est dissoluta, ubi delictorum morbis imago ipsa ablata est conditoris, ubi homo in vitiis est sepultus, ubi corrupti corporis scatent scelera, ubi homo hominis est sepulcrum, ubi in homine non homo cernitur, sed cadaver.

Apostolus ergo huic formae nos prohibet esse conformes, et configurari nos huic vetat figurae; huic similitudini consimiles non esse permittit, sed ad formam Dei reformat, ad similitudinem revocat Christi, et totam reducit ad imaginem conditoris, dicens: Sed reformamini in novitate sensus vestri. Hoc est, sitis per Christum sensibus innovati, abjecta saeculi hujus figura; et tota inveteratae imaginis deformitate projecta, formam vestram in formam vestri reducite Salvatoris: ut novitas sensuum vestrorum in vestris actibus elucescat, et coelestis homo coelesti habitu jam gradiatur in terra. Qualiter autem componat formam novi hominis, jam patescat.

Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem habent actum; sic multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Habentes autem donationes secundum gratiam, quae data est nobis, differentes. Agit, agit ut corpus, quod collocat in coelesti actu, in superna vita, in moribus sanctitatis membrorum consensu et copulatione consistat: neque pes oculi ministerium, neque oculus pedis officium perverso tumore confundat; sed ut sanctitatis membra donis contenta sint largitoris, et credant suum esse membra omnia, quod unum fecerit membrum, quia minorari nescit membrum unum, quod totum honoratur in corpus.

Hinc est quod Apostolus actus membris, membra actibus sic depingit: Sive qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortatione, qui tribuit in simplicitate, qui praeest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate. Charitas sine simulatione; odientes malum, adhaerentes bono, invicem honore praevenientes, invicem benigni, sollicitudine non pigri, spiritu ferventes, Domino servientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, memoriis sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes: benedicite et nolite maledicere; gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus; providentes bona, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus.

Hermanos, habéis oído la forma del mundo, habéis aprendido su apariencia, habéis visto su figura: si es que es forma y no monstruo informe, donde por la confusión de los crímenes se ha borrado toda la faz de las cosas, donde por el connubio de los pecados se ha disuelto toda la figura del mundo, donde por las enfermedades de los delitos ha sido quitada la imagen misma del Hacedor, donde el hombre está sepultado en los vicios, donde bullen las maldades de un cuerpo corrompido, donde el hombre es sepulcro del hombre, donde en el hombre no se ve al hombre, sino un cadáver.

El Apóstol, pues, nos prohíbe ser conformes a esta forma, y nos veda configurarnos a esta figura; no permite que seamos semejantes a esta semejanza, sino que nos reforma a la forma de Dios, nos llama de nuevo a la semejanza de Cristo, y la reduce toda a la imagen del Hacedor, diciendo: Sino reformaos en la novedad de vuestro sentido (Rom 12,2). Es decir, sed renovados en vuestros sentidos por Cristo, desechada la figura de este mundo; y, arrojada toda la deformidad de la imagen envejecida, reducid vuestra forma a la forma de vuestro Salvador: para que la novedad de vuestros sentidos resplandezca en vuestros actos, y el hombre celestial camine ya en la tierra con porte celestial. Y cómo compone la forma del hombre nuevo, que se manifieste ya.

Pues así como en un solo cuerpo tenemos muchos miembros, pero no todos los miembros tienen la misma función, así nosotros, siendo muchos, somos un solo cuerpo en Cristo, y cada uno miembros los unos de los otros (Rom 12,4-5). Y teniendo dones diferentes según la gracia que nos ha sido dada (Rom 12,6). Obra, obra para que el cuerpo, que coloca en la acción celestial, en la vida de lo alto, en las costumbres de la santidad, se mantenga por el consenso y la trabazón de los miembros: que ni el pie confunda el ministerio del ojo, ni el ojo el oficio del pie, con perversa hinchazón; sino que los miembros de la santidad estén contentos con los dones del dador, y crean que es de todos los miembros lo que haya hecho un solo miembro, porque no sabe disminuirse un miembro que es honrado entero en el cuerpo.

De ahí que el Apóstol pinte así los actos para los miembros, los miembros para los actos: Sea el que enseña, en la enseñanza; el que exhorta, en la exhortación; el que da, con sencillez; el que preside, con solicitud; el que se compadece, con alegría (Rom 12,7-8). La caridad sin simulación; aborreciendo el mal, adhiriéndoos al bien; adelantándoos unos a otros en la honra; benignos unos con otros; no perezosos en la solicitud; fervientes en el espíritu; sirviendo al Señor; gozosos en la esperanza; pacientes en la tribulación; constantes en la oración; tomando parte en las memorias de los santos; practicando la hospitalidad: bendecid y no maldigáis; alegraos con los que se alegran, llorad con los que lloran; procurando el bien no solo delante de Dios, sino también delante de los hombres (Rom 12,9-17).

Nolite esse prudentes apud vosmetipsos, nulli malum pro malo reddentes; si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes; non vindicantes vosmetipsos, sed date locum irae. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi; noli vinci a malo, sed vince in bono malum.

Superius, fratres, Apostolus patefecit membra vitiorum, revelavit modo nobis membra virtutum; ut coeleste corpus tantis solidatum membris, nervis talibus roboratum, possit facile mundi bella prosternere, diaboli superare conflictus. Et ita vivens, ut Apostolus docuit, non prosternit mundum? non proterit carnem? non diabolum vincit? non aequatur angelis? non major est coelo? Plane major coelo, quia coelum non movetur sponte, non voluntate agit, non judicio facit quidquam, sed sola necessitate servit semper, quia semel jussum est servire; impollutum se non viribus, non labore custodit: unde cum non sit obnoxium poenae, sic tamen nec consistit ad praemium. At homo ex terrena vilitate concretus, dum terrenam labem vincit, dum sanguinis stimulos frangit, dum carnis exuberat passiones, transcendit coelum, ad ipsam deitatis pervolat sedem: et sic fit major coelo, meritis supergreditur angelos, non natura.

Probat hoc apostolus Paulus, qui dum satis terram vincit, et intravit coelum, et transivit alium, et usque ad tertium meruit pervenire. Et juste, nam primus conscendere debet coelos; qui sic et verbo et exemplo homines penetrare docuit coelos. Erit, erit major coelo, qui vixerit sicut docuit Paulus; erit clarior sole, qui sic virtutum radiis toto orbe splendet, ut fuscari se nulla vitiorum nocte permittat. Erit, erit iste lucidior luna, qui tenebras has non tenuato lumine temperat, sed totam saeculi noctem pleno meritorum fulgore depellit: nec sicut luna quotidiana lucis detrimenta praesentit, sed jugi factorum lampade in superni luminis claritate persistit; nec iste sicut illa menstruo interpolatur obscuro, sed in claritate Dei continua permanebit. Et si magna est illa, quod mitigat noctem, quanto hic major, cujus vita recipit nil de nocte? De stellis taceo, quia quot coelum stellis, tot sancti virtutibus elucescunt, dicente Domino: Vos estis lux mundi, lucete sicut luminaria in mundo. Ad summum, coelum, sol, luna, stellae (Deo dicente) transibunt, justus autem in claritate Dei continua permanebit.

No seáis prudentes ante vosotros mismos, no devolviendo a nadie mal por mal; si es posible, en cuanto depende de vosotros, teniendo paz con todos los hombres; no vengándoos vosotros mismos, sino dad lugar a la ira (Rom 12,16-19). Si tu enemigo tiene hambre, dale de comer; si tiene sed, dale de beber; no te dejes vencer por el mal, sino vence en el bien al mal (Rom 12,20-21).

Más arriba, hermanos, el Apóstol descubrió los miembros de los vicios; ahora nos ha revelado los miembros de las virtudes; para que el cuerpo celestial, consolidado con tales miembros, robustecido con tales nervios, pueda fácilmente derribar las guerras del mundo, superar los combates del diablo. Y el que vive así, como enseñó el Apóstol, ¿no derriba al mundo? ¿No aplasta la carne? ¿No vence al diablo? ¿No se iguala a los ángeles? ¿No es mayor que el cielo? Claramente mayor que el cielo, porque el cielo no se mueve espontáneamente, no obra por voluntad, no hace nada por juicio, sino que sirve siempre por sola necesidad, porque una vez se le mandó servir; se guarda incontaminado no por sus fuerzas, no por su trabajo: por eso, aunque no esté sujeto a la pena, tampoco se halla en condición de premio. Pero el hombre, compuesto de terrena vileza, al vencer la mancha terrena, al quebrantar los aguijones de la sangre, al sobrepasar las pasiones de la carne, trasciende el cielo, vuela hasta la sede misma de la deidad: y así se hace mayor que el cielo, supera a los ángeles por los méritos, no por la naturaleza.

Lo prueba el apóstol Pablo, que, al vencer plenamente la tierra, entró en el cielo, y atravesó otro, y mereció llegar hasta el tercero (2 Cor 12,2). Y con justicia, pues debe ser el primero en subir a los cielos el que así, con la palabra y con el ejemplo, enseñó a los hombres a penetrar los cielos. Será, será mayor que el cielo el que haya vivido como enseñó Pablo; será más resplandeciente que el sol el que de tal modo brilla con los rayos de las virtudes por todo el orbe que no se deja oscurecer por ninguna noche de vicios. Será, será este más luminoso que la luna, el que templa estas tinieblas no con una luz menguada, sino que ahuyenta toda la noche del mundo con el pleno fulgor de los méritos: ni, como la luna, siente las pérdidas diarias de la luz, sino que con la lámpara continua de las obras persiste en la claridad de la luz de lo alto; ni este, como aquella, es interrumpido por una oscuridad mensual, sino que permanecerá en la continua claridad de Dios. Y si aquella es grande porque mitiga la noche, ¿cuánto mayor es este, cuya vida no recibe nada de la noche? De las estrellas callo, porque cuantas estrellas tiene el cielo, tantas son las virtudes con que resplandecen los santos, diciendo el Señor: Vosotros sois la luz del mundo (Mt 5,14), brillad como lumbreras en el mundo (Flp 2,15). En suma, el cielo, el sol, la luna, las estrellas (diciéndolo Dios) pasarán (Mt 24,35), pero el justo permanecerá en la continua claridad de Dios.

Velim, fratres, de singulo Apostoli verbo singulas proferre dictiones; sed quia et frequentata lectio fastidium generat audienti, et nos diutius non possumus evangelicas tacere virtutes, gratum sit charitati vestrae quod compendioso sermone praesentem clausimus lectionem. Deus autem noster, et quae diximus, et quae tacuimus, ipse sanctis vestris sensibus insinuare dignetur.

Quisiera, hermanos, pronunciar sobre cada palabra del Apóstol un discurso propio; pero como una lectura frecuentada engendra hastío en el oyente, y nosotros no podemos callar por más tiempo los prodigios evangélicos, sea grato a vuestra caridad que hayamos cerrado la presente lectura con un sermón breve. Que nuestro Dios mismo se digne insinuar en vuestros santos sentidos tanto lo que dijimos como lo que callamos.

Sermo CXXI.

De divite et Lazaro

Audistis, fratres, hodie et paupertatis finem, et divitiarum qualis sit exitus cognovistis, dicente Domino: Homo quidam erat dives, et induebatur purpura et bysso, et quotidie epulabatur splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, ulceribus plenus, qui jacebat ad januam ejus, cupiens saturari de micis, quae cadebant de mensa divitis, et nemo illi dabat: sed et canes veniebant et lingebant ulcera ejus. Factum est autem ut moreretur pauper, et portaretur ab angelis in sinum Abrahae. Dives autem mortuus est et sepultus in inferno. En, fratres, quam rerum lamentanda mutatio: pauperem portant angeli, divitem deglutit infernus. En, fratres, mors pauperis totam vitam divitis vicit, et elatio sola pauperis totam divitis pompam transcendit et gloriam. Quare sic sepultura decipit oculos? quare sic exsequiarum pompa mentitur? In obsequium divitis migrat hic tota civitas, cum funus effertur; pauper vadit solus, pauperem duorum portat miseratio bajulorum, nec quatuor ut mortuo, sed duo sub uno vecte, quasi projiciendo oneri portitores addicantur inviti. Merito ei mox angelica officia, merito divina deputantur obsequia, cui tam crudeliter negata sunt ipsa humanitatis extrema. Funus divitis antecedit lugubris turba servorum; feretrum pauperis praecedit angelorum psallentium multitudo. In marmoreo tumulo et curata veste jacet divitis corpus inclusum; pauperis caro naturali quiescit in limo, et materiali situ vermium morsus nescit, praevenit putredines et fetores.

Sed requiramus, fratres, quae divitis culpa, quod crimen, quod scelus eum supplíciis addixit inferni, et ante judicium damnationis ejus, elogium tot saeculis fecit, ipso judice referente, cantari, dicente Domino: Homo quidam erat dives, et induebatur purpura et bysso, et epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad januam divitis, et cupiebat saturari de micis, quae cadebant de mensa divitis.

Sermón CXXI.

Sobre el rico y Lázaro

Habéis oído hoy, hermanos, el fin de la pobreza, y habéis conocido cuál es el término de las riquezas, pues dice el Señor: Un hombre era rico, y se vestía de púrpura y lino finísimo, y banqueteaba espléndidamente cada día (Lc 16,19). Y había un mendigo llamado Lázaro, lleno de llagas, que yacía a su puerta, deseando saciarse de las migajas que caían de la mesa del rico, y nadie se las daba; pero también los perros venían y lamían sus llagas (Lc 16,20-21). Y sucedió que murió el pobre, y fue llevado por los ángeles al seno de Abraham (Lc 16,22). Pero el rico murió y fue sepultado en el infierno. Ved, hermanos, qué lamentable mudanza de las cosas: al pobre lo llevan los ángeles, al rico se lo traga el infierno. Ved, hermanos, la muerte del pobre ha vencido toda la vida del rico, y la sola elevación del pobre ha sobrepasado toda la pompa y la gloria del rico. ¿Por qué engaña así la sepultura a los ojos? ¿por qué miente así la pompa de las exequias? Aquí toda la ciudad sale a rendir homenaje al rico cuando se saca su cuerpo; el pobre va solo, al pobre lo lleva la compasión de dos porteadores, y no cuatro, como a un muerto, sino dos bajo una sola pértiga, como si los portadores fueran obligados contra su voluntad a una carga que se ha de arrojar. Con razón se le asignan en seguida oficios angélicos, con razón homenajes divinos, a quien tan cruelmente se le negaron aun los últimos oficios de la humanidad. Delante del funeral del rico va una turba enlutada de siervos; delante del féretro del pobre va una multitud de ángeles que salmodian. En un túmulo de mármol y con vestidura esmerada yace encerrado el cuerpo del rico; la carne del pobre descansa en su limo natural, y en ese lecho de materia no conoce la mordedura de los gusanos: se adelantó a la podredumbre y al hedor.

Pero preguntemos, hermanos, qué culpa del rico, qué crimen, qué maldad lo entregó a los suplicios del infierno, y, antes del juicio, hizo que el registro de su condenación se cantase durante tantos siglos, refiriéndolo el juez mismo, pues dice el Señor: Un hombre era rico, y se vestía de púrpura y lino finísimo, y banqueteaba espléndidamente cada día. Y había un mendigo llamado Lázaro, que yacía a la puerta del rico, y deseaba saciarse de las migajas que caían de la mesa del rico.

Numquid per se tantum divitiae criminosae sunt? aut solae et per se penes Deum damnandae sunt vestes? et tantum per se puniendae sunt epulae, ut non solum careant praemio bonorum, sed omnium malorum ferant et mereantur exitium? Aut ita per se probata est, et sanctificata mendicitas, ulcera tam sacrata, ut angelorum manibus Abrahae sancti rapiantur ad gremium? Et mirum, fratres, quod Abraham, quondam dives, hunc divitem spernit, dicente Scriptura: Erat autem Abraham dives valde, et eum quem habuit in bonis praesentibus parem, nunc reprobat et patitur esse poenalem, praesertim cum neque pauperis hujus bona, neque mala divitis istius prodiderit sermo divinus. Cur ergo nunc Abraham ambit pauperem, divitem refugit et refutat? Aut quemadmodum hunc Abraham innocentem habuere divitiae, hunc fecere divitiae criminosum; illum promovere ad omnium requiem beatorum, hunc in omnium malorum barathrum deputarunt?

Verum ne propositus sermo vestrum diu fatiget animum, suspendat auditum, acceleranda nobis est hujus solutio quaestionis. Abraham, fratres, non sibi, sed pauperi dives fuit, et opes non habere, sed prorogare gestivit: magis magisque in sinu pauperis quam in horreis recondere suas studuit facultates, sicut toto vitae ejus ordine perdocetur. Nam peregrinus ipse jugiter laboravit, sicque ne peregrinus peregrinum se esse sentiret: sub tentorio manens ipse, sine tecto advenam manere non passus est; et hospitem hospes semper ipse suscepit, extorris patria, domicilii nescius, ipse et dominus omnium fuit, et patria; sciens se non incubatorem, sed dispensatorem divinae positum largitatis, ut vindicaret oppressos, absolveret captivos, eriperet jam jamque morituros, ipsum se morti novus bellator addicit, apud quem pietas in alterum vita sua charior fuit. Abraham suscepto hospiti astitit, non assedit; et fuit iste non conviva hospitis, sed minister. Abraham viso peregrino, dominum se esse nescivit, ipse allator prandii, ad coquinam satis delicatam sollicitus addixit uxorem: et qui se suaque omnia famulis suis credit ac committit, committere vix audet hospitem conjugi quam probatae.

Et quid plura, fratres? Hujus denique humanitas sic sancta, sanctis est semper manibus praeparata, ut invitaret apud illum ipsum Deum, et compelleret hospitari. Ille ad Abraham, ille ad requiem pauperum, ille ad hospitum receptaculum venit, qui se in hospite et paupere receptum fatebitur in futuro, cum dicet: Esurivi, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere; hospes fui, et suscepistis me.

¿Acaso las riquezas son criminales solo por sí mismas? ¿o son los vestidos, solos y por sí mismos, dignos de condenación ante Dios? ¿y son los banquetes por sí mismos tan dignos de castigo que no solo carezcan del premio de los buenos, sino que soporten y merezcan la perdición de todos los malos? ¿O es la mendicidad por sí misma tan aprobada y santificada, son las llagas tan sagradas, que son arrebatadas por manos de ángeles al regazo del santo Abraham? Y es de admirar, hermanos, que Abraham, rico en otro tiempo, desprecie a este rico, como dice la Escritura: Abraham era muy rico (Gn 13,2); y al que tuvo por igual en los bienes presentes, ahora lo reprueba y consiente que esté en el castigo, sobre todo cuando la palabra divina no ha revelado ni los bienes de este pobre ni los males de aquel rico. ¿Por qué, pues, Abraham ahora busca al pobre, y rehúye y rechaza al rico? ¿O cómo es que las riquezas mantuvieron inocente a este Abraham, y las riquezas hicieron criminal a este; a aquel lo promovieron al descanso de todos los bienaventurados, y a este lo destinaron a la sima de todos los males?

Pero para que el sermón propuesto no fatigue largo tiempo vuestro ánimo ni tenga en suspenso vuestro oído, debemos apresurar la solución de esta cuestión. Abraham, hermanos, fue rico no para sí, sino para el pobre, y anheló no tener riquezas, sino repartirlas: cada vez más se esforzó por guardar sus recursos en el seno del pobre antes que en los graneros, como lo enseña cumplidamente todo el curso de su vida. Pues él mismo vivió siempre afanado como peregrino, y así, para que el peregrino no se sintiera peregrino: morando él bajo una tienda, no consintió que el forastero quedara sin techo; y, huésped él mismo, siempre acogió al huésped; desterrado de su patria, sin conocer domicilio, él fue a la vez señor de todos y su patria; sabiendo que no había sido puesto como acaparador, sino como dispensador de la largueza divina, para vengar a los oprimidos, liberar a los cautivos, arrancar a los que ya estaban a punto de morir, se entrega él mismo a la muerte, nuevo guerrero, él, en quien la piedad para con el otro fue más querida que su propia vida. Abraham, recibido el huésped, permaneció de pie junto a él, no se sentó; y no fue comensal del huésped, sino su servidor. Abraham, al ver al peregrino, no supo que era señor; él mismo portador de la comida, solícito, destinó a la cocina a su mujer, bien delicada como era: y el que se confía a sí mismo y todas sus cosas a sus criados y se los encomienda, apenas se atreve a encomendar el huésped a su cónyuge, por muy probada que fuera.

¿Y qué más, hermanos? En efecto, su humanidad, tan santa, estuvo siempre preparada por manos santas, de tal modo que invitó a Dios mismo a su casa y lo obligó a hospedarse. Vino a Abraham, vino al descanso de los pobres, vino al refugio de los huéspedes, aquel que en el futuro reconocerá haber sido recibido en el huésped y en el pobre, cuando diga: Tuve hambre, y me disteis de comer; tuve sed, y me disteis de beber; fui huésped, y me acogisteis (Mt 25,35).

Factum est autem ut moreretur pauper et portaretur ab angelis in sinum Abrahae. Non immerito, fratres, sua tunc omnes sanctos suscepit in requie, et in ipsa coelesti beatitudine fungitur dispensatoris officio: quia dum semper hic suscepit peregrinos et pauperes, ipsum cum angelis suscipere Deum, ipsum sub tentorio suo videre hospitem meruit, quem semper habuit largitorem. Et revera, fratres, parum se beatum credidit, si in ipsa superna gloria ab hospitalitatis pio cessaret officio. Et solis donis frueretur divinis, qui hic humana bona crudelem se credidit cuiquam si negaret. Abraham, fratres, venientibus longe semper occurrit, praetereuntes etiam prece vocat, nolentes magna cum supplicatione suam compellit ad mensam, prima et saginata de gregibus hospitibus semper apponit, suis et conjugis suae manibus factos calentes semper offert panes, quos frigidos et hesternos esse utique jugis humanitas non sinebat.

At iste alter dives, immo divitiarum captivus, servus opum, et ipsis censibus compeditus, tantum pompae ignobile sepulcrum, in quo pietatis totus utique et visus defecerat, et auditus, non jam personam, non pauperem, sed ipsam misericordiam despicit ad januam suam Lazaro sic jacente. Purpura, bysso, delicatis vestibus, epulis blandis ferrea viscera crudelis anima nutriebat: quem Deus humanae salutis avidus inquisitor emollire cupiens, non tam Lazarum, quam ipsum pietatis conflatorium ejus projecit ad januam; conflatorium dixi, propter ferrea viscera. Impiis ergo oculis mendicus Lazarus ingeritur, admovetur, et ut dives dare possit, magis magisque divitis census cumulatur; sed dives adamante durior, quidquid Deus pauperis propter alimoniam divitis conferebat ad censum, ille aut effundebat turpiter, aut crudeliter reponebat.

Item Deus, ut non taceret, ut clamaret, ut admoneret divitem, ut panem se quaerere tantum jejunus pauper ostendat, ut vel ad minima largienda abundantis impellat animum, augetur pauperi fames. Cupiebat, inquit, de micis saturari quae cadebant de mensa divitis. At dives variis crapulatus ferculis indigeriem suam ructabat ad coelum, ne vocem pauperis humi et taliter jacentis audiret. Itemque Deus, quia obduratis auribus unius oris nil erat vox clamantis, ad aperiendum cor divitis totum corpus pauperis vulneribus aperit, ut in admonendo divite tot essent pauperis ora quot vulnera. Solvuntur viscera, ulcera producuntur, hiatus vulnerum dilatatur, sanies effunditur, et tota pauperis caro componitur in scenam pietatis: ut quem vox esurientis non moverat, vel suspiria, vel dolores, gemitus et tota aerumnarum congeries commoveret; sed dives superbo oculo, insatiabili corde, haec omnia et audire, et videre, et sentire contemnit.

Y sucedió que murió el pobre, y fue llevado por los ángeles al seno de Abraham. No sin razón, hermanos, acogió entonces a todos los santos en su descanso, y en la misma bienaventuranza celestial desempeña el oficio de dispensador: porque, como aquí acogió siempre a peregrinos y pobres, mereció recibir a Dios mismo con los ángeles, ver como huésped bajo su tienda a aquel a quien siempre tuvo por dador. Y en verdad, hermanos, se tuvo por poco dichoso si en la misma gloria de lo alto cesaba del piadoso oficio de la hospitalidad, y gozaba únicamente de los dones divinos, él, que aquí se tuvo por cruel si negaba a alguien los bienes humanos. Abraham, hermanos, sale siempre de lejos al encuentro de los que vienen, llama con ruegos incluso a los que pasan, obliga con gran súplica a los que no quieren a sentarse a su mesa, pone siempre ante sus huéspedes lo primero y lo cebado de sus rebaños, ofrece siempre panes calientes hechos por sus manos y las de su cónyuge, que su incesante humanidad no permitía en modo alguno que fueran fríos y del día anterior.

Pero este otro rico, o más bien cautivo de las riquezas, siervo de sus bienes y encadenado a sus mismos caudales, tan solo innoble sepulcro de la pompa, en quien se habían apagado del todo la vista y el oído de la piedad, desprecia no ya a una persona, no ya a un pobre, sino a la misericordia misma, mientras Lázaro yacía así a su puerta. Con púrpura, con lino finísimo, con vestidos delicados, con banquetes halagüeños alimentaba el alma cruel sus entrañas de hierro: y Dios, ávido buscador de la salvación humana, deseando ablandarlo, arrojó a su puerta no tanto a Lázaro como la fragua misma de la piedad; dije fragua, por las entrañas de hierro. Así pues, el mendigo Lázaro es puesto ante aquellos ojos impíos, acercado a ellos, y para que el rico pueda dar, se acrecienta más y más el caudal del rico; pero el rico, más duro que el diamante, todo lo que Dios aportaba al caudal del rico para el sustento del pobre, o lo derrochaba torpemente, o lo guardaba cruelmente.

Además Dios: para que no callara, para que clamara, para que amonestara al rico, para que el pobre en ayunas mostrara que solo buscaba pan, para que moviera el ánimo del que abundaba a dar al menos lo mínimo, se acrecienta el hambre del pobre. Deseaba, dice, saciarse de las migajas que caían de la mesa del rico. Pero el rico, ahíto de platos variados, eructaba su indigestión hasta el cielo, para no oír la voz del pobre que yacía en tierra y en tal estado. Y otra vez Dios, como para unos oídos endurecidos nada era la voz de una sola boca que clamaba, para abrir el corazón del rico abre con heridas todo el cuerpo del pobre, para que, al amonestar al rico, tuviera el pobre tantas bocas como heridas. Se deshacen sus entrañas, brotan las llagas, se ensancha la abertura de las heridas, se derrama la podre, y toda la carne del pobre se dispone como escena de la piedad: para que a quien no había movido la voz del hambriento, lo conmovieran al menos los suspiros, o los dolores, los gemidos y todo el cúmulo de desdichas; pero el rico, con ojo soberbio, con corazón insaciable, desdeña oír, ver y sentir todo esto.

Quaerit adhuc Deus quemadmodum dives a sua obstinatione solvatur. Solvit pauperi manus a suis artubus, uti nec abigeret canes divitis, quos vulneribus suis divitis erat pasturus in vulnus: et novo modo, fratres, humanitatis ordo mutatur; fit humana mendicitas, ut cupiditas prodatur inhumana. Dives pauperem nec cadentibus de mensa micis pascit, et Lazarus pauper, quia aliud non habebat, etiam de carnibus suis canibus humanus exstitit. Miser dives, si panem non dedisti, quare vel canes abigere noluisti? Sed mitiores te canes tui, immo tu saevior canibus tuis: nam te saeviente illi parcunt, qui non ad morsum dentes, sed linguas ad obsequium sic producunt, ut in modum spongiae non vexent vulnera, sed detergant. Dives, in canibus tuis famem pietas vicit: in te pietatem saturitas non evicit. Nam quod canes hoc studio facere curarunt, usus ipse, qui semper est in oculis, probat. Nam canes lambendo semper curant vulnera sua: canes curant pauperem magisterio naturae, et homo hominem negligit, ipsa graviter accusante natura. Verum est, verum est, quod dives nec micas dare potest, dum semper avarus eget. Differendus est sermo, fratres, quia et dicendi tempus absumpsimus, et lectionis loca, quae nobis tractanda sunt maxime, subsequuntur.

Aún busca Dios cómo puede el rico desatarse de su obstinación. Desata al pobre las manos de sus miembros, para que ni siquiera pudiera ahuyentar a los perros del rico, a los que había de alimentar con sus heridas para herida del rico: y de un modo nuevo, hermanos, se trastoca el orden de la humanidad; la mendicidad se hace humana, para que la codicia se descubra inhumana. El rico no alimenta al pobre ni con las migajas que caen de la mesa, y Lázaro el pobre, porque no tenía otra cosa, se mostró humano con los perros aun con sus propias carnes. Rico miserable, si no diste pan, ¿por qué no quisiste al menos ahuyentar a los perros? Pero tus perros son más mansos que tú, o más bien tú eres más cruel que tus perros: pues mientras tú te ensañas, ellos perdonan, sacando no los dientes para morder, sino las lenguas en servicio, de modo que, a manera de esponja, no lastiman las heridas, sino que las limpian. Rico, en tus perros la piedad venció al hambre: en ti la hartura no conquistó la piedad. Pues que los perros se cuidaron de hacer esto con empeño, lo prueba la experiencia misma, que está siempre ante los ojos. Pues los perros siempre curan sus heridas lamiéndolas: los perros curan al pobre por enseñanza de la naturaleza, y el hombre descuida al hombre, mientras la naturaleza misma lo acusa gravemente. Es verdad, es verdad, que el rico no puede dar ni migajas, porque el avaro siempre está necesitado. Hay que diferir el sermón, hermanos, porque hemos agotado el tiempo de hablar, y siguen los pasajes de la lectura que más que nada debemos exponer.

Sermo CXXII.

De eisdem

Deberet, fratres, sermo noster hodie sancti Andreae, in quantum sufficit, referre virtutes: sed quia de divite illo et Lazaro, evangelico paupere, quod superest nos diximus reddituros, et B. Andreae apostolatus et martyrii sui praerogativa sufficit, et abundat ad gloriam, si placet, nos quae promisimus, quae debemus, ipso Domino reddente, solvamus. Scientes namque quod et dicenti et audienti semper generet lassitudo fastidium, superiore tractatu maximam partem propositae distulimus lectionis, ut reparatis animorum viribus salutaris verbi sequentia toto vigore et debito caperemus auditu.

Post illa enim quae diximus, haec sequuntur. Et elevans oculos cum esset in tormentis, Abraham vidit a longe, et Lazarum in sinu ejus. Et elevans oculos suos. Sero dives sursum levat oculos suos, quos semper depressit in terram. Dives, quos oculos levas, ipsi sunt accusatores tui; quos oculos levas, ipsi non placant judicem, sed inflammant; non reportant veniam, sed reatum; et exigunt poenarum cumulum, non solamen. Quo oculos levas? quid clamas adhuc, dives? quo respicis, dives? Ibi est Lazarus, ibi est impietatis tuae proditor, testis criminis, crudelitatis assertor.

Et clamavit, inquit, Pater Abraham, miserere mei. Modo cognoscis patrem, et modo tibi patrem se esse nescis, quem in Lazaro patrem sic sprevisti: modo tibi justus occurrit, qui tunc, ut tibi pius esset, diu Lazarum passus est cruciari. Infelix quem sic ipsa origo arguit, quem sic ipse lucis auctor addicit; infelix cui in judicio pro magnitudine criminis, non misereri genitor, non pater ignoscere, non affectio potuit subvenire. Quid clamas adhuc, dives? Adhuc dives, sed crimine, non censu; non substantia, sed reatu. Quid clamas? quid postulas? Hoc loco jam non geritur postulatio, sed controversia, ubi e diverso consistit ipse qui passus est: sed agentium diversus est locus: hic agit de proximo, ille de longe; hic de sinu suggerit, clamat ille de tartaro; exorat ille de requie, queritur hic de poena.

Sermón CXXII.

Sobre lo mismo

Nuestro sermón de hoy, hermanos, debería referir, en cuanto alcanza, las virtudes de san Andrés: pero como dijimos que devolveríamos lo que queda sobre aquel rico y sobre Lázaro, el pobre del Evangelio, y como al bienaventurado Andrés le basta y le sobra para su gloria la prerrogativa de su apostolado y de su martirio, si os place, paguemos lo que prometimos, lo que debemos, devolviéndolo el Señor mismo. Pues, sabiendo que el cansancio siempre engendra hastío tanto en quien habla como en quien escucha, en la exposición anterior diferimos la mayor parte de la lectura propuesta, para que, repuestas las fuerzas de los ánimos, recibiéramos lo que sigue de la palabra saludable con todo vigor y con el oído debido.

Pues tras lo que dijimos, sigue esto. Y alzando los ojos, estando en los tormentos, vio de lejos a Abraham, y a Lázaro en su seno (Lc 16,23). Y alzando sus ojos. Tarde alza el rico sus ojos, que siempre tuvo bajos hacia la tierra. Rico, los ojos que alzas son ellos mismos tus acusadores; los ojos que alzas no aplacan al juez, sino que lo inflaman; no traen perdón, sino culpabilidad; y exigen un cúmulo de penas, no consuelo. ¿Adónde alzas los ojos? ¿por qué clamas todavía, rico? ¿adónde miras, rico? Allí está Lázaro, allí está el delator de tu impiedad, el testigo de tu crimen, el que prueba tu crueldad.

Y clamó, dice, Padre Abraham, ten misericordia de mí (Lc 16,24). Ahora reconoces a un padre, y ahora no sabes que él es padre para ti, a quien así despreciaste como padre en Lázaro: ahora te sale al encuentro el justo, que entonces, para ser bondadoso contigo, consintió que Lázaro fuera atormentado largo tiempo. Infeliz aquel a quien así acusa su mismo origen, a quien así condena el mismo autor de la luz; infeliz aquel a quien en el juicio, por la magnitud de su crimen, no pudo compadecer el progenitor, ni perdonar el padre, ni socorrer el afecto. ¿Por qué clamas todavía, rico? Todavía rico, pero en crimen, no en caudal; no en hacienda, sino en culpabilidad. ¿Por qué clamas? ¿qué pides? En este lugar ya no se tramita una petición, sino un pleito, donde enfrente está el mismo que padeció: pero el lugar de los litigantes es distinto: este litiga de cerca, aquel de lejos; este sugiere desde el seno, clama aquel desde el Tártaro; suplica aquel desde el descanso, se queja este desde la pena.

Sed quid dicit dives: Pater Abraham, miserere mei. Bene diceres, si Lazarus in sinu residens ipsum pectus judicis non teneret; bene diceres, si Lazarus justissimi cognitoris tota non possideret arcana. Gratis rogat judicem, quem sic innocens confessor accusat; et frustra sibi credit judicem posse subvenire, quando ore judicis pronuntiat ipse tanta qui pertulit.

Miserere mei, et mitte Lazarum. Adhuc tu in Lazarum sic crudelis? Lazarum mitte. Quo? Ad infernum de gremio, de solio sublimi ad profundissimum chaos, ad tormentorum stridorem de sancta quiete, de tanto silentio beatorum. Et mitte Lazarum. Ut video, quod agit dives, non est novelli doloris, sed livoris antiqui, et coelo magis incenditur quam gehenna. Est grave illis malum, est illis incendium non ferendum quos aliquando habuere contemptui videre felices. Adhuc divitem malitia non deserit, quem jam possidet poena, qui non se ad Lazarum duci postulat, sed ad se Lazarum vult deduci. Ad cruciatus tui stratum, dives, pius Abraham Lazarum mittere non potest, quem tu ad mensam tuam non es dignatus admittere. Jam vobis versae sunt vices: vides ejus gloriam, cujus supplicium sic sprevisti; videt ille cruciatus tuos, qui te tunc tua mirabatur in gloria.

Sed videamus, fratres, quare sibi mitti Lazarum sic deplorat. Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aqua, et refrigeret linguam meam. Erras, dives, haec flamma non tam linguae quam mentis est, non tam linguae quam cordis est; et adhuc iste conscientiae calor est, non illud extremum quid te manet et exspectat incendium. Nam si te jam novissimi judicii totus ignis ambiret, et illius desperatae damnationis sententia jam teneret, numquam levares oculos, numquam patrem colloqui, numquam pro te rogare, numquam praesumeres intervenire pro fratribus. Certe si te jam possidet totus ignis inferni, si te gehennae flamma complectitur, quare solius linguae aestibus desideras subveniri? Nisi quia cum pectus tuum anhelat flamma sui criminis et reatus, magis lingua uritur, ardet, aestuat, quae insultavit pauperi, quae misericordiam denegavit: haec praecedit ad judicium, haec antea degustat et patitur cruciatus, haec de toto corpore prima sentit ardorem, quae cum prima hic varios deliciarum cibos, et odorata degustaret pocula, mandare pietatem noluit, fieri misericordiam non praecepit, sed et ipsa cum alii facerent, derogabat. Ipse est qui induebatur purpura et bysso. Quid est, dives? ab aestu byssus non defendit? purpura non resistit inferno? Remanserunt ista; deseruerunt ista, et ipse nunc nudus sudas, aestuas, qui aliquando insultabas aestibus artificiosa nuditate vestitus.

Pero ¿qué dice el rico?: Padre Abraham, ten misericordia de mí. Bien dirías, si Lázaro, sentado en el seno, no ocupara el pecho mismo del juez; bien dirías, si Lázaro no poseyera todos los secretos del justísimo juez instructor. En vano ruega al juez aquel a quien así acusa un confesor inocente; y en vano cree que el juez puede socorrerle, cuando por boca del juez pronuncia sentencia el mismo que soportó tanto.

Ten misericordia de mí, y envía a Lázaro. ¿Todavía eres tan cruel con Lázaro? Envía a Lázaro. ¿Adónde? Al infierno desde el regazo, desde el trono sublime al abismo más profundo, al rechinar de los tormentos desde la santa quietud, desde tan gran silencio de los bienaventurados. Y envía a Lázaro. Según veo, lo que hace el rico no es de dolor nuevo, sino de rencor antiguo, y le abrasa más el cielo que la gehena. Es un mal grave, es un incendio insoportable para ellos ver felices a los que en otro tiempo tuvieron en desprecio. Todavía no abandona la malicia al rico, a quien ya posee la pena, que no pide ser llevado a Lázaro, sino que quiere que Lázaro sea traído hacia él. Al lecho de tu tormento, rico, el bondadoso Abraham no puede enviar a Lázaro, a quien tú no te dignaste admitir a tu mesa. Ya se os han trocado los papeles: tú ves la gloria de aquel cuyo suplicio así despreciaste; él ve tus tormentos, él, que entonces te admiraba en tu gloria.

Pero veamos, hermanos, por qué se lamenta así para que le envíen a Lázaro. Envía a Lázaro para que moje en agua la punta de su dedo y refresque mi lengua. Te equivocas, rico: esta llama no es tanto de la lengua como de la mente, no tanto de la lengua como del corazón; y este es todavía el ardor de la conciencia, no aquel incendio último que te queda y te espera. Pues si ya te rodeara todo el fuego del juicio final, y ya te tuviera la sentencia de aquella condenación sin esperanza, nunca alzarías los ojos, nunca te atreverías a hablar con el padre, nunca a rogar por ti, nunca a interceder por tus hermanos. Ciertamente, si ya te posee todo el fuego del infierno, si te abraza la llama de la gehena, ¿por qué deseas alivio solo para los ardores de la lengua? A no ser que, mientras tu pecho jadea con la llama de su crimen y de su culpabilidad, la lengua se quema más, arde, se abrasa, la que insultó al pobre, la que negó la misericordia: ella se adelanta al juicio, ella gusta antes y padece los tormentos, ella es la primera de todo el cuerpo en sentir el ardor, ella que, cuando gustaba aquí la primera los variados manjares de las delicias y las copas perfumadas, no quiso mandar la piedad, no ordenó que se hiciera misericordia, y aun la denigraba cuando otros la hacían. Él es el que se vestía de púrpura y lino finísimo. ¿Qué es esto, rico? ¿no te defiende del calor el lino finísimo? ¿no resiste la púrpura al infierno? Estas cosas se quedaron; estas cosas te abandonaron, y tú mismo ahora sudas desnudo, te abrasas, tú que en otro tiempo te burlabas de los calores, vestido de una desnudez artificiosa.

Et mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aqua, et refrigeret linguam meam. Quid est dives? ubi sunt torrentes torcularium tuorum? ubi sunt horrea ad famem pauperis non minus cupiditatibus dilatata quam copiis? ubi sunt vina ad inopiam pauperis annositatibus et ipsa temporum oblivione servata? ubi sunt effusiones, lapsus, flumina ministeriorum tuorum? Ista omnia tibi periere, non crimini, qui sitis extremi digiti guttam, quam si vel solam dedisses pauperi, non sitires. Immisericordem te gutta, et mica reddidit inhumanum, in quibus totus pauperis et victus consistit et vita. Velim scire, dives, si vel ipsi tibi in poena positus ignoscis, quia ad haec mala non venisses, si de tantis horreis micam, guttam de tantis torcularibus tunc dedisses. Parum est quod caro eget, quod natura exigit, quod sufficit vitae; avaritia causa est quod homo magna et multa recondit non sibi, sed aliis ad suum plane praesentem vel posterum cruciatum.

Sed dicis, dives: Ego et si vinum negavi, aquam peto, quam communem cunctis animantibus auctor ipse omnium praestitit et natura. Puto, dives, quod et aquam pauperi tu negasti, cui ne ingrederetur januam tuam, ne ad tuum puteum perveniret, canes quam plurimos objecisti. Quid est autem quod dicis? Mitte Lazarum ut intingat extremum digiti in aqua, et non deferat aquam? ergo juxta est aqua: et si juxta est, quare de proximo non sumis? quare? quia vinctae sunt manus tuae merito, dives, quia solutis debilitate Lazari manibus subvenire contempsisti. Debet homo, debet debilibus sua membra partiri: quae cum Job non daret, sed redderet, sic dicebat: Ego fui oculus caecorum, pes autem claudorum; ego eram pater invalidorum. Homo, si non habes nummum, da pauperi manum, quia majorem misericordiam facit, qui ad mensam suam manu pauperem debilem ducit. Ipsum se pauperi dedit, qui se aptavit in obsequium pauperis, aptavit in pauperis servitutem. Iterum, fratres, praesentis verbi plenitudinem differamus, ut tertia auditione quam sententiam ab Abraham beatissimo pertulerit dives proloquamur.

Y envía a Lázaro para que moje en agua la punta de su dedo y refresque mi lengua. ¿Qué es esto, rico? ¿dónde están los torrentes de tus lagares? ¿dónde están los graneros ensanchados para el hambre del pobre no menos por la codicia que por la abundancia? ¿dónde están los vinos guardados para la penuria del pobre con los años y con el olvido mismo del tiempo? ¿dónde están las efusiones, los derrames, los ríos de tus servicios? Todo esto pereció para ti, no para tu crimen, tú que tienes sed de una gota de la punta de un dedo, que, si se la hubieras dado aunque fuera sola al pobre, no tendrías sed. Una gota te hizo despiadado, y una migaja inhumano, cosas en las que se cifran todo el sustento y la vida del pobre. Quisiera saber, rico, si, puesto en la pena, te perdonas siquiera a ti mismo, porque no habrías llegado a estos males si entonces hubieras dado una migaja de tan grandes graneros, una gota de tan grandes lagares. Poco es lo que la carne necesita, lo que la naturaleza exige, lo que basta para la vida; la avaricia es la causa de que el hombre acumule cosas grandes y muchas, no para sí, sino para otros, para su propio tormento, presente sin duda, o venidero.

Pero dices, rico: «Aunque negué el vino, pido agua, que el mismo autor de todas las cosas y la naturaleza dieron como común a todos los vivientes». Creo, rico, que también negaste el agua al pobre, al que opusiste muchísimos perros para que no entrara por tu puerta, para que no llegara a tu pozo. Pero ¿qué es lo que dices? Envía a Lázaro para que moje en agua la punta de su dedo, ¿y no para que traiga agua? luego el agua está cerca: y si está cerca, ¿por qué no la tomas de cerca? ¿por qué? porque tus manos están atadas, con razón, rico, porque, desatadas por la invalidez las manos de Lázaro, desdeñaste socorrer. Debe el hombre, debe repartir sus miembros con los débiles: y Job, como no los daba, sino que los devolvía, decía así: Yo fui ojo de los ciegos, y pie de los cojos; yo era padre de los inválidos (Job 29,15-16). Hombre, si no tienes una moneda, da tu mano al pobre, porque hace mayor misericordia el que lleva de la mano a su mesa al pobre débil. Se dio a sí mismo al pobre el que se adaptó al servicio del pobre, se adaptó a la servidumbre del pobre. De nuevo, hermanos, dejemos para otro día la plenitud de la palabra presente, para exponer en una tercera audición qué sentencia recibió el rico del beatísimo Abraham.

Sermo CXXIII.

De eisdem

Inverecundi debitoris est, aut differre credita, aut promissa denegare; honesti, sine mora et mox utraque persolvere. Promisimus ut omne quod restat de illo divite redderemus, qui cum in Lazarum visus sit immitis, in se magis saevus exstitit et crudelis. Hactenus quid dives ad Abraham locutus fuerit, et sanctus evangelista, et noster sermo, in quantum potuit, declaravit. Dictum est: Et elevans oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraham a longe, et clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aqua, et refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.

Cui nunc respondit Abraham, Fili, recepisti bona in vita tua. O mira pietas! adhuc vocat filium, quem degenerasse propria crudelitate sic respicit. O singularis bonitas! adhuc vocat filium, quem vidit inferni vernulam, poenarum sobolem, extremum mancipium jam gehennae. Sed vocat filium, ut magis magisque filii prodatur impietas, quando cum tali etiam paterni sermonis pietas perseverat. Tu vocas patrem, ego voco filium ut te graviter doleas perdidisse quod natus es. Adhuc voco filium, ut amarius doleas perdidisse te quod tibi gratia dederat et natura; quia non habuisse doloris non est tanti, quanti habita moeroris est perdidisse. Voco filium, ut intelligas judicii esse quod pateris, non furoris: voco filium, ut in me mea patientia, et in te tua maneat poena.

Sed iste, fratres, intelligit se non esse filium, qui fatetur et pensat de suo merito esse quod tam pii patris perdidit de natura. Qui tunc utique respondisset generi, si pius, si hospitalis, si misericors, in pauperem si fuisset humanus. Qui genitoris opera non facit, negat genus, Domino sic docente: Si filii Abrahae essetis, opera Abrahae faceretis. Ille fidem generis probat, qui paterni operis assertor assistit. Sed quid dicit Abraham? Fili, recepisti bona in vita tua. Si tantum divitis hujus istud est crimen, quia recepit bona; quantum reus, qui invadit indebita? Si tantum criminosus qui sua claudit, qui non largitur accepta, quam poenalis est, qui et suis incubat, et aliena pervadit?

Sermón CXXIII.

Sobre lo mismo

Es propio del deudor desvergonzado o diferir lo prestado o negar lo prometido; del honrado, pagar lo uno y lo otro sin demora y en seguida. Prometimos que devolveríamos todo lo que queda sobre aquel rico, que, aunque se mostró despiadado con Lázaro, resultó más feroz y cruel consigo mismo. Hasta aquí, tanto el santo evangelista como nuestro sermón, en cuanto pudo, han declarado lo que el rico dijo a Abraham. Se dijo: Y alzando sus ojos, estando en los tormentos, vio de lejos a Abraham, y clamando dijo: Padre Abraham, ten misericordia de mí, y envía a Lázaro para que moje en agua la punta de su dedo y refresque mi lengua, porque soy atormentado en esta llama (Lc 16,23-24).

A él respondió ahora Abraham: Hijo, recobraste bienes en tu vida (Lc 16,25). ¡Oh admirable piedad! todavía llama hijo a quien así ve degenerado por su propia crueldad. ¡Oh singular bondad! todavía llama hijo a quien vio esclavo nacido en la casa del infierno, prole de las penas, ya el último bien mueble de la gehena. Pero lo llama hijo para que la impiedad del hijo se descubra más y más, cuando aun con alguien así persevera la piedad de la palabra paterna. «Tú me llamas padre, yo te llamo hijo para que te duelas gravemente de haber perdido lo que naciste. Todavía te llamo hijo para que te duelas más amargamente de haber perdido lo que la gracia y la naturaleza te habían dado; porque no haber tenido no es de tanto dolor cuanto es de tristeza haber perdido lo que se tenía. Te llamo hijo para que entiendas que lo que padeces es del juicio, no del furor: te llamo hijo para que en mí permanezca mi paciencia, y en ti tu pena».

Pero este, hermanos, entiende que no es hijo, él, que reconoce y sopesa que es por su propio mérito que perdió lo que por naturaleza tenía de tan bondadoso padre. Él, que entonces sin duda habría respondido a su linaje, si hubiera sido bondadoso, si hospitalario, si misericordioso, si hubiera sido humano con el pobre. Quien no hace las obras de su progenitor niega su linaje, como enseña el Señor: Si fuerais hijos de Abraham, haríais las obras de Abraham (Jn 8,39). Prueba la fidelidad a su linaje el que se presenta como defensor de la obra paterna. Pero ¿qué dice Abraham? Hijo, recobraste bienes en tu vida. Si el crimen de este rico es solo este, que recobró bienes, ¿cuán reo es el que se apodera de lo que no se le debe? Si tan criminal es el que encierra lo suyo, el que no reparte lo recibido, ¿cuán digno de pena es el que se echa sobre lo suyo e invade lo ajeno?

Fratres, demus nostra, si tamen nostra; demus tamen quae putamus nostra; vitemus aliena, declinemus extranea; certe si cui aliquid tulimus, tota celeritate reddamus: ne hic relinquentes omnia, illuc censu pauperes, crimine divites, ad istum divitem perducamur. Discat tamen dives quia recepit bona, non accepit. Videtis, fratres, quia Abrahae sancti verbo istius divitis animus proditur, sensus arguitur, intellectus punitur, qui non sibi data, sed reddita credidit quaecumque Domino largiente possedit. Intelligite quo sensu incesserit, quo corde ambulaverit, qui Deum sibi credidit debitorem, et dominum suum male dives usuris suis addixit obnoxium: ignorans quia Dominus, etsi pauper incessit in terra, dives tamen ascendit in coelum. Et dedit ille, non accepit in fenore, qui dedit uni quinque talenta, alii duo, alii unum; unde et promittit se exacturum, non redditurum usuram, cum dicit ad servum: Serve nequam et piger, dedisses pecuniam meam nummulariis, et ego venissem, et exegissem eam utique cum usuris. Hinc autem plus impius dives iste, quia non in alium pius exstitit: qui etsi recepit bona, non pro bonis bona, sed pro malis bona recepit indignus.

Sed transeamus ad Lazarum, et quaeramus quid est quod dicit: Et Lazarus similiter recepit mala. Et id sufficiat ad meritum, abundet ad gloriam, si non fecit bona, sed recepit mala. Plane beatus est, fratres, qui se a Deo accipere bona, mala recipere fideliter credit. Beatus qui Deo semper reddit debita: certe si non potest, vel dimitti sibi debita tota humilitate deposcat, ipso Domino sic docente: Dicite: Dimitte nobis debita nostra. Beatus qui Deo debita, et cum non intelligit se contraxisse persolvit, altius propheta instituente cum dicit: Quae non rapui tunc exsolvebam. Beatus qui se apud Deum semper ut excuset, accusat, Scriptura taliter admonente: Justus in primordio sermonis sui accusator existit. Et si justus, quare se justus accusat? quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Homo coram homine de justitia, de innocentia, de merito forsitan glorietur; coram Deo qui se de innocentia jactat, de sua justitia gloriatur homo non est. Hinc est, quod ille Pharisaeus cum non orat, sed justitias suas computat, imputat, ructat, injustus et publicano deterior abscedit.

Sed accedamus ad reliqua. Nunc autem hic consolatur, ait, tu vero cruciaris. Videte, fratres, intelligite, fratres, ex his quae dicta sunt, quia justos et injustos etsi discretio locorum, una tamen inferni adhuc regio continebat; atque eos etsi chaos jam magnum, nondum tamen coelestis habitatio separabat; et si dividebat illos hiatus tristis, nondum tamen deputata superius angelis altitudo.

Hermanos, demos lo nuestro, si es que es nuestro; demos al menos lo que creemos nuestro; evitemos lo ajeno, apartémonos de lo extraño; y ciertamente, si a alguien le quitamos algo, devolvámoslo con toda presteza: no sea que, dejándolo todo aquí, allí pobres de caudal, ricos de crimen, seamos llevados junto a este rico. Aprenda, sin embargo, el rico que recobró los bienes, no que los recibió. Veis, hermanos, que por la palabra del santo Abraham se delata el ánimo de este rico, se acusa su sentido, se castiga su entendimiento, pues creyó que todo lo que poseyó por largueza del Señor no le había sido dado, sino devuelto. Entended con qué sentido anduvo, con qué corazón caminó, quien creyó que Dios era su deudor, y, rico para su mal, hizo a su Señor sujeto a sus intereses: ignorando que el Señor, aunque anduvo pobre en la tierra, subió sin embargo rico al cielo. Y él dio, no recibió en préstamo, el que dio a uno cinco talentos, a otro dos, a otro uno; por eso promete que exigirá el interés, no que lo pagará, cuando dice al siervo: Siervo malo y perezoso, debías haber dado mi dinero a los banqueros, y yo habría venido y lo habría exigido sin duda con intereses (Mt 25,26-27). Pero este rico es tanto más impío porque no fue piadoso con el otro: pues, aunque recobró bienes, recobró, indigno, bienes no por bienes, sino por males.

Pero pasemos a Lázaro, y preguntemos qué es lo que dice: Y Lázaro igualmente recobró males. Y bástele esto para el mérito, sóbrele para la gloria, si no hizo bienes, sino que recobró males. Bienaventurado es sin duda, hermanos, el que cree fielmente que de Dios recibe los bienes y recobra los males. Bienaventurado el que siempre paga a Dios sus deudas: y ciertamente, si no puede, pida al menos con toda humildad que se le perdonen las deudas, como enseña el Señor mismo: Decid: Perdónanos nuestras deudas (Mt 6,12). Bienaventurado el que paga a Dios las deudas aun cuando no entiende haberlas contraído, como enseña más hondamente el Profeta cuando dice: Lo que no robé, entonces lo pagaba (Sal 69,5). Bienaventurado el que ante Dios siempre se acusa para excusarse, pues así amonesta la Escritura: El justo es acusador al comienzo de su discurso (Prov 18,17). Y si es justo, ¿por qué se acusa el justo? porque no será justificado en tu presencia ningún viviente (Sal 143,2). Delante del hombre puede quizá el hombre gloriarse de su justicia, de su inocencia, de su mérito; delante de Dios no hay hombre que se jacte de su inocencia, que se gloríe de su propia justicia. De aquí que aquel fariseo, como no ora, sino que cuenta sus obras justas, las pone en cuenta, las eructa, se retira injusto y peor que el publicano (Lc 18,11-14).

Pero vayamos a lo restante. Pero ahora este es consolado, dice, y tú eres atormentado. Ved, hermanos, entended, hermanos, por lo que se ha dicho, que a justos e injustos, aunque había distinción de lugares, los contenía todavía una sola región del infierno; y aunque los separaba ya un gran abismo, no los separaba todavía la morada celestial; y aunque los dividía una triste hendidura, todavía no los dividía la altura de arriba asignada a los ángeles.

Flammea romphaea (sicut legislator refert) paradisi volvebatur in janua, ne illuc homini pateret accessus: aereis januis et ferreis vectibus portae inferi obseratae claudebantur, ne animabus, quae illuc jactatae fuerant de supernis, ullus pateret egressus.

Nam et chirographum paterni debiti, quod morti singulos adjiciebat, stylo culpae et reatus ipsius atramento tenebatur ascriptum, et ad sobolis noxam multa temporum currebat usura. Nec erat idoneus qui paradisum introiret, flammam exstingueret divinitus institutam, aut aperiret januas inferni coelitus obseratas, aut solveret chirographum, quod in arca legali Dei praecepto tenebatur inclusum. Hinc est quod ipse Dominus, primi hominis, id est, contumacis servi, exsulator advenit; ipse Dominus qui obseravit paradisum, qui clausit infernum, ad terras et ad inferos tota potestate descendit, ut accensa exstingueret, clausa protinus aperiret, protoplasti facinus aboleret. Hinc est quod arietem suae crucis portat aggressurus infernum, ut conterat et confringat ipsas tartari januas aere munitas, et ferro. De latere fundit aquam, ut paradisi viam temperet; ignem ex parte sanctorum exstinguat inferni, totum chirographum debiti diluat, et solvat antiquum, et patiendo hoc remittat ipse, quod ipse intulit importando.

Agnoscite, fratres, laetamini, fratres, post triumphum Christi sanctorum custodiam dissolutam et in sanctos ultra inferni nil deberi: quando Christus ut justos, non injustos absolveret, ad inferos usque penetravit. Intelligamus, fratres, quantum Christus profuerit; immo quam sine Christo in nullo fuerit salus, cum praeter istam corporum solutionem, sanctorum quoque animae apud inferos tenebantur astrictae. Beatus ergo Lazarus, qui totum Deo debuit, ut crimini nil deberet. Beatus quod hic recepit tot mala, ut ibi bona omnia possideret.

Et adjecit Abraham, dicens: Neque hinc ad vos transire neque huc transmeare quis potest. Terret, fratres, terret nimis hujus vocis auditus, quae ostendit post mortem, et semel apud inferos poenali custodiae deputatos ad sanctorum quietem non posse transferri, nisi Christi gratia jam redempti, ab hac desperatione sanctae Ecclesiae intercessione solvantur; ut quod sententia negat, Ecclesia mereatur, praestet gratia.

Una espada flamígera (como refiere el legislador) giraba a la puerta del paraíso, para que no quedara abierto allí acceso al hombre (Gn 3,24): con puertas de bronce y cerrojos de hierro estaban atrancadas las puertas de los infiernos, para que las almas que allí habían sido arrojadas desde lo alto no tuvieran salida alguna.

Pues también el documento de deuda del padre, que destinaba a cada uno a la muerte, estaba escrito con el estilo de la culpa y con la tinta de la culpabilidad misma, y para daño de la descendencia corría el largo interés de los tiempos. Ni había nadie capaz de entrar en el paraíso, de extinguir la llama puesta por Dios, o de abrir las puertas del infierno atrancadas desde el cielo, o de saldar el documento de deuda que por mandato de Dios se guardaba encerrado en el arca de la Ley. De aquí que vino el Señor mismo, el que había desterrado al primer hombre, es decir, al siervo contumaz; el Señor mismo, que había cerrado el paraíso, que había cerrado el infierno, descendió con toda su potestad a la tierra y a los infiernos, para extinguir lo encendido, abrir en seguida lo cerrado, abolir la fechoría del primer hombre plasmado. De aquí que lleva el ariete de su cruz para asaltar el infierno, para quebrar y romper las mismas puertas del Tártaro, guarnecidas de bronce y de hierro. De su costado derrama agua, para templar el camino del paraíso; para extinguir el fuego del infierno del lado de los santos, para borrar todo el documento de deuda, y saldar el antiguo, y para remitir él mismo padeciendo lo que él mismo había introducido al imponerlo.

Reconoced, hermanos, alegraos, hermanos, de que tras el triunfo de Cristo quedó disuelta la custodia de los santos, y de que nada más se debe al infierno respecto de los santos: pues Cristo penetró hasta los infiernos para liberar a los justos, no a los injustos. Entendamos, hermanos, cuánto nos aprovechó Cristo; o más bien, cómo sin Cristo en nada había salvación, puesto que, además de esta disolución de los cuerpos, también las almas de los santos estaban retenidas, atadas, en los infiernos. Bienaventurado, pues, Lázaro, que lo debió todo a Dios, para no deber nada al crimen. Bienaventurado, porque aquí recobró tantos males, para poseer allí todos los bienes.

Y añadió Abraham, diciendo: Nadie puede pasar de aquí a vosotros, ni atravesar de allá hasta aquí (Lc 16,26). Aterra, hermanos, aterra en extremo oír esta palabra, que muestra que después de la muerte los que una vez fueron destinados a la custodia penal en los infiernos no pueden ser trasladados al descanso de los santos, a no ser que, redimidos ya por la gracia de Cristo, sean librados de esta desesperación por la intercesión de la santa Iglesia; de modo que lo que la sentencia niega, la Iglesia lo merezca, la gracia lo conceda.

Hic tamen dives rogat adhuc, et dicit: Pater Abraham. Adhuc vocat Patrem, qui meritis suis et patrem et patriam sic amisit. Pater Abraham. Hic miser et in poena mentitur. Pater Abraham, mitte eum in domum patris mei. Si vere hunc patrem vocat, cujus domum patris alterius tunc requirit? nisi forte eum se in absentia habere patrem credit, quem in praesenti se taliter conspicit perdidisse: et sic sibi credit ejus patris domum ejus gratia custodiri, cujus ibi negari sibi sinum videt, videt requiem pernegari.

Pater Abraham, mitte eum. Quem? Nempe Lazarum. Ubi? In domum patris mei. Modo, et tarde, dives Lazarum ad domum patris sui non misericors, sed miserandus invitat, quem toto tempore substantiae miseratione suis incumbentem januis non recepit; et sub specie pietatis ad pristina vulnera, ad praeteritos gemitus Lazarum vult redire, quem prima petitione ad suos devocare non potuit cruciatus. Ante dixit: Mitte ad me. Modo dicit, Mitte ad fratres meos. Dolet, agit infelix, ne videat felicem, quem aliquando putaverat infelicem, Mitte ad fratres meos. Ubi? In domum patris mei. Ut quid? Habeo enim, inquit, quinque fratres, ut testetur illis, ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Cui pius, qui sibi sic impius? Impudenter praesumit aliis impetrare poenitentiam, qui sibi tam crudeliter ad veniam nil providit.

Mitte Lazarum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres. Et putas quod quinque fratribus tuis sufficiat Lazarus, qui tibi tanto tempore, tot vulneribus suis, toto clamans corpore nil profecit? Merito ei respondit Abraham: Habent Moysen et prophetas, audiant illos. Sine Lazarum tantos requiescere post labores, et tu defle tuas, quas tuo merito sustines, poenas. Deus autem fratribus tuis et omnibus, non pro tuo consilio, sed pro suo munere olim prospexit ad salutem: dedit per Moysen legem, prophetiam largitus est per Eliam; audiant ergo illos, ne tuos sentiant cruciatus.

Respondit dives: Non, pater Abraham, sed si quis ex mortuis resurrexerit, credent ei. Cui respondit Abraham: Si Moysi et Eliae non credunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit credent ei. Nihil tam verum, fratres, qui de coelo loquenti per legem, de coelo venienti Christo credere noluit, jam non merebitur credere ab inferis revertenti. Ipse Christus, fratres, Deus et Dominus noster ad Moysen est locutus de coelo, ipse in terra terreno est locutus in corpore, ipse cum terreno corpore ab inferis est reversus: et tamen referenti quae bona in coelis, quae sint apud inferos mala, fratres, divitis illius, qui Judaicis intelliguntur in populis credere tota obstinatione noluerunt.

Sin embargo, aquí el rico todavía ruega, y dice: Padre Abraham. Todavía lo llama padre, el que por sus méritos perdió así padre y patria. Padre Abraham. Aquí el miserable miente aun en la pena. Padre Abraham, envíalo a la casa de mi padre (Lc 16,27). Si de veras llama padre a este, ¿la casa de qué otro padre pide entonces? a no ser que acaso crea tener por padre en la ausencia a aquel a quien en la presencia ve que ha perdido de tal modo: y así cree que la casa de aquel padre se le guarda por favor de aquel cuyo seno ve que allí se le niega, ve que se le rehúsa el descanso.

Padre Abraham, envíalo. ¿A quién? A Lázaro, por supuesto. ¿Adónde? A la casa de mi padre. Ahora, y tarde, el rico, no misericordioso sino digno de lástima, invita a Lázaro a la casa de su padre, a quien en todo aquel tiempo, echado a sus puertas por la compasión de su hacienda, no acogió; y bajo apariencia de piedad quiere que Lázaro vuelva a las antiguas heridas, a los gemidos pasados, a quien con su primera petición no pudo hacer bajar a sus tormentos. Antes dijo: Envía a mí. Ahora dice: Envía a mis hermanos. Siente dolor; obra el infeliz para no ver feliz a quien en otro tiempo había tenido por infeliz: Envía a mis hermanos. ¿Adónde? A la casa de mi padre. ¿Para qué? Porque tengo cinco hermanos, dice, para que les dé testimonio, no sea que también ellos vengan a este lugar de tormentos (Lc 16,28). ¿Con quién es piadoso el que tan impío es consigo mismo? Desvergonzadamente presume obtener para otros la penitencia, el que tan cruelmente no se procuró a sí mismo nada para el perdón.

Envía a Lázaro a la casa de mi padre, porque tengo cinco hermanos. ¿Y piensas que Lázaro bastará para tus cinco hermanos, él, que contigo, en tanto tiempo, con tantas heridas, clamando con todo su cuerpo, no logró nada? Con razón le respondió Abraham: Tienen a Moisés y a los profetas; que los oigan (Lc 16,29). Deja que Lázaro descanse tras tantos trabajos, y tú llora tus penas, que sufres por tu mérito. Pero Dios, no por consejo tuyo, sino por don suyo, proveyó hace tiempo a la salvación de tus hermanos y de todos: dio la Ley por Moisés, concedió la profecía por Elías; que los oigan, pues, para que no sientan tus tormentos.

Respondió el rico: No, padre Abraham, pero si alguno resucita de entre los muertos, le creerán (Lc 16,30). Le respondió Abraham: Si no creen a Moisés y a Elías, tampoco creerán aunque alguno resucite de entre los muertos (Lc 16,31). Nada hay tan verdadero, hermanos: quien no quiso creer a Cristo cuando hablaba desde el cielo por la Ley, cuando venía del cielo, ya no merecerá creerle cuando vuelve de los infiernos. Cristo mismo, hermanos, nuestro Dios y Señor, habló a Moisés desde el cielo, él mismo habló en la tierra en un cuerpo terreno, él mismo volvió de los infiernos con un cuerpo terreno: y, sin embargo, cuando refería qué bienes hay en los cielos, qué males hay en los infiernos, los hermanos de aquel rico, que se entienden en los pueblos judíos, no quisieron creerle con toda obstinación.

Verum, fratres, quia nos, qui sit dives, aut quis Lazarus pauper, et qui sint quinque divitis fratres, dicere nunc tempus excludit, nec quid in hac historia spiritualis intelligentiae lateat aperire permittit, edocti per Christum, quid apud ipsum justos maneat, quid apud inferos exspectet injustos, agamus, curramus verbo, opere, misericordia, ut et superna bona apprehendere, et mala perterriti vitare et declinare possimus.

Pero, hermanos, como el tiempo nos impide ahora decir quién es el rico, o quién Lázaro el pobre, y quiénes son los cinco hermanos del rico, y no permite abrir qué inteligencia espiritual se esconde en esta historia, enseñados por Cristo sobre lo que aguarda a los justos junto a él, lo que espera a los injustos en los infiernos, obremos, corramos, con la palabra, con la obra, con la misericordia, para que podamos alcanzar los bienes de arriba y, aterrados, evitar y apartarnos de los males.

Sermo CXXIV.

De eisdem

Quoties nobis a Deo dives ingeritur purpuratus, quoties vulneratus pauper apponitur, toties nobis misericordiae σκάμμα panditur, toties nobis stadium pietatis aperitur; ut de spectaculo coelesti possimus attendere, quam brevi quantumvis pauper ad palmam, dives pervenit ad ruinam. Homo, inquit, erat dives, et induebatur purpura et bysso, et epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus, cupiens saturari de micis quae cadebant de mensa divitis. Induebatur dives purpura, pauper livore; dives bysso, pauper squalore; auro dives, pauper fetore; dives plumeo decumbebat in sigmate, jacebat durissima pauper in terra; dives ructabat epulas, sanie pauper anhelabat; fundebat vina dives, pauper lacrymas; exsatiatus dives projiciebat panes, micas pauper esuriens non habebat; pascebat oblatrantes pauperem dives ferculis suis, pauper vulneribus suis saturabat divitis canes.

Ac ne plurimis, ad divitem bona omnia, ad pauperem mala omnia perlegimus provenisse; neque tamen pauperem fregerunt adversa, aut diviti omnia secunda profuerunt: immo pauperem provexit ad philosophiam paupertas, ad virtutem dolor, contemptus ad patientiam, necessitas ad voluntatem, fames ad jejunium, sitis ad tolerantiam, ad vitam mors, ad praemium poena, ad coelum terra, egestas ad regnum; et divitem sic extulit purpura ad superbiam, byssus ad luxum, ad inhumanitatem copia, abundantia ad impietatem, unguenta ad marcorem, ad caecitatem splendor, sublimitas ad ruinam. Ergo neque prospera ignavos erigunt, neque fortes adversa prosternunt: quia neque divitiae, neque paupertates, sed animus aut ducit gratos ad praemium, aut ad poenam deducit ingratos.

Januae divitis pauper apponitur ulceribus plenus: ac fit hoc non humano casu, judicio fit divino, ut divitis et pauperis conflictus esset in terra, spectaculum maneret in coelo. Dives totus indutus divitiarum stabat armis; et contra pauper jacebat ipsa vestitus in carne, nisi forte lorica erat illi, unum totius corporis vulnus. Dives morabatur servorum in choris, pauper exutus cute dolorum stimulis agebatur.

Sermón CXXIV.

Sobre lo mismo

Cuantas veces Dios nos pone delante un rico vestido de púrpura, cuantas veces se nos presenta un pobre llagado, tantas se nos despliega un skamma de la misericordia, tantas se nos abre un estadio de la piedad; para que desde el espectáculo celestial podamos considerar en cuán breve tiempo el pobre, por pobre que sea, llega a la palma, y el rico a la ruina. Un hombre, dice, era rico, y se vestía de púrpura y lino finísimo, y banqueteaba espléndidamente cada día (Lc 16,19). Y había un mendigo llamado Lázaro, que yacía a su puerta, deseando saciarse de las migajas que caían de la mesa del rico (Lc 16,20-21). Se vestía el rico de púrpura, el pobre de cardenales; el rico de lino finísimo, el pobre de inmundicia; de oro el rico, el pobre de hedor; el rico se recostaba en un lecho de plumas, yacía el pobre sobre la tierra durísima; el rico eructaba banquetes, el pobre jadeaba podre; derramaba el rico vinos, el pobre lágrimas; el rico, harto, arrojaba panes, el pobre hambriento no tenía migajas; el rico alimentaba con sus manjares a los que ladraban al pobre, el pobre saciaba con sus heridas a los perros del rico.

Y, por no decir mucho, leemos que al rico le vinieron todos los bienes, al pobre todos los males; y sin embargo, ni las adversidades quebrantaron al pobre, ni todas las prosperidades aprovecharon al rico: antes bien, la pobreza llevó al pobre a la filosofía, el dolor a la virtud, el desprecio a la paciencia, la necesidad a la voluntad, el hambre al ayuno, la sed al aguante, la muerte a la vida, la pena al premio, la tierra al cielo, la indigencia al reino; y así la púrpura elevó al rico a la soberbia, el lino finísimo al lujo, la copia a la inhumanidad, la abundancia a la impiedad, los ungüentos a la languidez, el esplendor a la ceguera, la altura a la ruina. Así pues, ni la prosperidad levanta a los flojos, ni la adversidad postra a los fuertes: porque no son las riquezas ni las pobrezas, sino el ánimo el que o conduce a los agradecidos al premio, o arrastra a los ingratos a la pena.

A la puerta del rico se pone al pobre lleno de llagas: y esto no sucede por azar humano, sucede por juicio divino, para que el combate del rico y del pobre se diera en la tierra, y el espectáculo permaneciera en el cielo. El rico estaba en pie revestido todo de las armas de las riquezas; y frente a él el pobre yacía vestido de su sola carne, a no ser acaso que su coraza fuera la única herida de todo su cuerpo. El rico se entretenía entre coros de siervos; el pobre, despojado de la piel, era acosado por los aguijones de los dolores.

Jaciebat impietatis tela dives, clypeum miserationis Lazarus opponebat, crudelitatem suam dives pauperis vibrabat in vulnus, frustrabatur diviti sontem animam pauperis robur, quia corpore se deserente, totus migravit in animam, et calcata carne in spiritum totus armiger supernus ascendit, ne ubi possit ferire divitis crudelitas inveniret.

Ob hoc enim egerat Deus ut dives pauperis, pauper divitis in oculis semper essent, quatenus vicissim sibi ambo curam de vario languore praestaret. Aegrotabat pauper corpore, mente dives. Hinc est quod differebatur cura pauperis, ut dives sumeret de vulnere medicinam, de gemitu compunctionem, de lacrymis poenitentiam, de patientia exemplum, de fame misericordiam, de siti sensum; ad summam, coeleste de terrena compassione consortium: certe ut tantis dives bonis fultus Deo gratus esset, quando gratus Deo pauper in malis omnibus, vidente divite, permanebat. Merito ergo portabatur ab angelis qui jacebat; qui lugebat, Abrahae consolabatur in gremio; et vivit Deo semper, qui se sibi vivere nec scivit in mundo.

Factum est, inquit, ut moreretur pauper, et portaretur ab angelis in sinu Abrahae. Mortuus est autem dives, et sepultus est in inferno. Miser accepit ante animae, quam corporis sepulturam, nec ante quieti corporis quam poenali traditus est sepulcro; ut vivat poenae semper, cum sit semel mortuus vitae.

Et sepultus est in inferno: et vidit Abraham de longe, et Lazarum in sinu ejus. Immutatio quanta rerum! quo descendit dives! quo pauper ascendit! Respicit ibi sursum, quem despexerat hic deorsum; et videt eum de inferno in sinu Abrahae, quem jacentem se coram superbo de sigmate non videbat. Pater Abraham, miserere mei. Stulte petit a patre misericordiam, quam negaverat fratri. Miserere mei. Quid illi cum misericordia, cui jam totum cessit in poenam? Aut quae illi supplicatio apud patrem poterit subvenire, cui in sinu patris residet accusator? Pectus patris Lazarus tenet, et totam sancti cordis pulsat aequitatem, quatenus se filii patrem boni, mali judicem servet.

Lanzaba el rico los dardos de la impiedad, Lázaro oponía el escudo de la miseración; el rico blandía su crueldad para herir al pobre; la fortaleza del pobre frustraba el alma culpable del rico, porque, al desertar de él el cuerpo, se pasó todo al alma, y, pisoteada la carne, subió todo al espíritu, escudero de lo alto, para que la crueldad del rico no encontrara dónde poder herir.

Pues para esto había obrado Dios que el rico estuviera siempre ante los ojos del pobre, y el pobre ante los del rico, para que ambos se prestaran mutuamente la curación de su diversa dolencia. Estaba enfermo el pobre en el cuerpo, en la mente el rico. De aquí que se difería la curación del pobre, para que el rico tomara de la herida medicina, del gemido compunción, de las lágrimas penitencia, de la paciencia ejemplo, del hambre misericordia, de la sed sentimiento; en suma, de la compasión terrena el consorcio celestial: sin duda para que el rico, sostenido por tantos bienes, fuera agradecido a Dios, cuando el pobre permanecía agradecido a Dios en todos los males, viéndolo el rico. Con razón, pues, era llevado por los ángeles el que yacía; el que lloraba era consolado en el regazo de Abraham; y vive para Dios siempre el que no supo ni vivir para sí en el mundo.

Sucedió, dice, que murió el pobre, y fue llevado por los ángeles al seno de Abraham (Lc 16,22). Pero murió el rico, y fue sepultado en el infierno. El miserable recibió la sepultura del alma antes que la del cuerpo, y no fue entregado al descanso del cuerpo antes que al sepulcro de la pena; para vivir siempre para la pena, puesto que una vez murió para la vida.

Y fue sepultado en el infierno: y vio de lejos a Abraham, y a Lázaro en su seno (Lc 16,23). ¡Qué mudanza de las cosas! ¡adónde bajó el rico! ¡adónde subió el pobre! Allí mira hacia arriba al que aquí había mirado con desprecio hacia abajo; y desde el infierno ve en el seno de Abraham al que, cuando yacía ante él, no veía desde su soberbio lecho. Padre Abraham, ten misericordia de mí (Lc 16,24). Neciamente pide al padre la misericordia que había negado al hermano. Ten misericordia de mí. ¿Qué tiene él que ver con la misericordia, para quien todo se ha vuelto ya pena? ¿O qué súplica ante el padre podrá socorrer a aquel cuyo acusador está sentado en el seno del padre? Lázaro ocupa el pecho del padre, y golpea toda la equidad de su santo corazón, para que se mantenga padre del hijo bueno, juez del malo.

Pater Abraham, miserere mei: et mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aqua, et refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Mitte Lazarum: ut ipse qui cruciatus mei causa est, jam refrigerii minister extremum digiti sui solamen modo ipse porrigat, cui ego jacenti manus meae totius solatium tunc negavi. Et mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aqua, et refrigeret linguam meam. Sitit itaque guttam, qui vini lacus cum pauper sitiret, effudit; et stilla digiti extremi credit gehennae flammas exstinguere, qui mensuris per totam diem ebrietatis non exstinxit incendia. Sed hanc sibi guttam ad refrigerium dari petit, ad ardorem pauperis quam negarat. Ista gutta est, dives, quae te facit crudelem; ista gutta est, quae os Lazari a te negata siccavit, quia ad refrigerium corporis et gutta sufficit, et mica.

Cupiens, inquit, saturari de micis, quae cadebant de mensa. Spargebatur panis, fundebatur vinum, et quod ad extremam vitam pauperis negabatur, hoc totam diviti peribat ad pompam. Et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aqua; et refrigeret linguam meam. Lingua in capite, caput mali; ipsa derogat egeno, insultat pauperi, pietatem latrat, misericordiam carpit: et merito prima est in gehenna, in cruciatu praevia, dux poenarum, quia ipsa interdixit misericordiam, cui datum fuerat ut juberet.

Et quamvis series lectionis et me compellat dicere, et vos invitet audire, qui sit purpuratus dives, qui sit Lazarus pauper, qui sint quinque fratres divitis, quomodo ante diem judicii dives cruciatus sentiat gehennae; attamen dolor revocat ad dicendum: Mortuus est dives et sepultus est in inferno.

Et si est sub terra carcer, si est καύσις ardens, si est inferus sine fine crucians, si est apparitor tristis, qui nos ad ista rapiat post saeculi labores; quid stupemus? ubi sumus? quis est iste qui nos eludit somnus? quae est ista quae nos tenet oblivio lethalis? quare non omnibus contemptis evadendi a malis talibus nobis sola sit cura, ne viventes mundo, ne aliis currentes, ad tantas, tales, tam crudeles subito rapiamur poenas?

Et si est ascendendi possibilitas ad superna, si est facultas vivendi in coelestibus, si est Abrahae sinus bonis omnibus ad requiem praeparatus, si est Lazarus in sinu patris tanti; immo quia dubium non est, ubi et loca, et personae, et nomina describuntur, quare non coelo mutamus terram? quare non caducis emimus aeterna? quare non perituris manentia comparamus? ut et supplicia devitemus inferni: et haec quae audire desideramus anguste, late videre, habere et tenere possimus.

Padre Abraham, ten misericordia de mí: y envía a Lázaro para que moje en agua la punta de su dedo y refresque mi lengua, porque soy atormentado en esta llama. Envía a Lázaro: «para que él mismo, que es causa de mi tormento, ahora ministro de refrigerio, me tienda ahora él mismo el consuelo de la punta de su dedo, él, a quien, cuando yacía, negué entonces el consuelo de toda mi mano». Y envía a Lázaro para que moje en agua la punta de su dedo y refresque mi lengua. Así pues, tiene sed de una gota el que, cuando el pobre tenía sed, derramó lagos de vino; y cree que una gota de la punta del dedo apagará las llamas de la gehena el que con sus medidas durante todo el día no apagó los incendios de la embriaguez. Pero pide que se le dé para refrigerio esta gota, que había negado para el ardor del pobre. Esta gota es, rico, la que te hace cruel; esta gota es la que, negada por ti, secó la boca de Lázaro, porque para el refrigerio del cuerpo basta una gota, y una migaja.

Deseando, dice, saciarse de las migajas que caían de la mesa. Se esparcía el pan, se derramaba el vino, y lo que se negaba al pobre para su vida extrema, todo eso se le perdía al rico en pompa. Y envía a Lázaro para que moje en agua la punta de su dedo, y refresque mi lengua. La lengua está en la cabeza, cabeza del mal; ella denigra al menesteroso, insulta al pobre, ladra a la piedad, censura la misericordia: y con razón es la primera en la gehena, delantera en el tormento, capitana de las penas, porque ella prohibió la misericordia, ella, a quien se le había dado mandarla.

Y aunque el orden de la lectura me obliga a mí a decir y os invita a vosotros a oír quién es el rico vestido de púrpura, quién es Lázaro el pobre, quiénes son los cinco hermanos del rico, cómo antes del día del juicio siente el rico los tormentos de la gehena; sin embargo, el dolor me hace volver a decir: Murió el rico y fue sepultado en el infierno.

Y si hay bajo la tierra una cárcel, si hay una kausis ardiente, si hay unos infiernos que atormentan sin fin, si hay un alguacil sombrío que nos arrebate a estas cosas tras los trabajos del siglo, ¿por qué estamos atónitos? ¿dónde estamos? ¿qué sueño es este que nos burla? ¿qué olvido mortal es este que nos tiene? ¿por qué, despreciado todo, no es nuestro único cuidado escapar de tales males, no sea que, viviendo para el mundo, corriendo para otros, seamos arrebatados de repente a penas tan grandes, tales, tan crueles?

Y si hay posibilidad de subir a lo alto, si hay facultad de vivir en los cielos, si está el seno de Abraham preparado para el descanso de todos los buenos, si está Lázaro en el seno de tan gran padre; o más bien, puesto que no hay duda, donde se describen lugares, personas y nombres, ¿por qué no cambiamos la tierra por el cielo? ¿por qué no compramos con lo caduco lo eterno? ¿por qué no adquirimos con lo perecedero lo que permanece? para evitar los suplicios del infierno, y poder ver con amplitud, tener y poseer lo que deseamos oír con estrechez.

Sermo CXXV.

De villico iniquo

Omnium quidem ciborum sal salubre est condimentum, si mensura non desit: alioqui sine modo et ipsum perit, et quod salierit perdit; amarat enim nimietas quod poterat condire mensura. Sic qui in nobis est sensus, si teneat modum, dat saporem, intellectum parit, prudentiam generat, cor dilatat, auget ingenium, maturat dicenda, audienda componit, fitque sibi dulcis, fit degustantibus tota dulcedinis plenitudo; et plane erit ille melleus sensus, qui ore profert nil amarum. Hoc praemisimus, ut sit nobis in evangelicis sensibus nostri sensus constringenda mensura: quatenus vitalem cibum, divinum pastum, coelestem saporem non violet, sed cautissima nobis sobrietate custodiat, juxta illud Apostoli: Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.

Sed jam quid Dominus dixerit audiamus: Homo quidam erat dives. Et quis erat homo iste, nisi Christus? Quis dives, nisi ipse, qui in paupertate nostra totas creaturae divitias possidebat? Homo quidam erat dives. Hoc Judaeis saepius inculcabat, ut intelligerent quod inesset ei locuples deitas, cui erat humana paupertas. Erat dives. Erat in majestate sua dives, qui oculis Judaeorum erat pauper. Et quomodo dives non erat, cui ministrabant angeli, virtutes parebant, elementa serviebant, et quae non erant, fiebant jussa, vocata veniebant?

Homo quidam erat dives: et habebat villicum. Quem nisi hominem, cui ad colendum mundum tota fuerat commissa possessio? Homo quidam erat dives, et habebat villicum: et hic diffamatus est apud illum. Quasi non praescierit, quasi non praeviderit, cui occulta nota sunt, cujus oculis etiam illa nuda sunt quae teguntur.

Et hic diffamatus est apud illum. Ergo ille famae credidit? fama nuntiante cognovit? Absit. Sed quia illa quae noverat, quae pietate velabat, quaerere tunc coepit quando accusabat terra: Vox sanguinis fratris tui clamat de terra, clamabat terra, clamabat coelum, dolebant angeli, quando jam tota saeculi fama loquebatur. Et hic diffamatus est apud illum quod dissipasset substantiam ejus. Filius junior ante istius hominis lectus est substantiam dissipasse, nunc ipsius bona villicus dissipasse perhibetur.

Sermón CXXV.

Sobre el administrador injusto

La sal es condimento saludable de todos los alimentos, si no falta la medida: de otro modo, sin medida, ella misma se pierde y echa a perder lo que ha salado; pues el exceso amarga lo que la medida podía sazonar. Así el sentido que hay en nosotros, si guarda medida, da sabor, pare inteligencia, engendra prudencia, dilata el corazón, aumenta el ingenio, madura lo que se ha de decir, ordena lo que se ha de oír, y se hace dulce para sí, se hace para quienes lo gustan toda la plenitud de la dulzura; y sin duda será melifluo aquel sentido que no profiere por la boca nada amargo. Hemos dicho esto primero, para que en los sentidos del Evangelio hayamos de contener la medida de nuestro sentido: de modo que no viole el alimento vital, el pasto divino, el sabor celestial, sino que nos lo guarde con sobriedad cautísima, según aquello del Apóstol: No saber más de lo que conviene saber, sino saber con sobriedad (Rom 12,3).

Pero oigamos ya lo que dijo el Señor: Un hombre era rico (Lc 16,1). ¿Y quién era este hombre, sino Cristo? ¿Quién el rico, sino él, que en nuestra pobreza poseía todas las riquezas de la creación? Un hombre era rico. Esto inculcaba una y otra vez a los judíos, para que entendieran que en aquel a quien pertenecía la pobreza humana había una deidad opulenta. Era rico. Era rico en su majestad el que a los ojos de los judíos era pobre. ¿Y cómo no iba a ser rico aquel a quien ministraban los ángeles, obedecían los poderes, servían los elementos, y lo que no existía se hacía al mandarlo, venía al ser llamado?

Un hombre era rico: y tenía un administrador. ¿A quién, sino al hombre, a quien se había confiado toda la posesión para cultivar el mundo? Un hombre era rico, y tenía un administrador: y este fue difamado ante él. Como si no lo hubiera sabido de antemano, como si no lo hubiera previsto aquel a quien son conocidas las cosas ocultas, a cuyos ojos están desnudas aun las que se cubren.

Y este fue difamado ante él. ¿Creyó, pues, él a la fama? ¿lo conoció porque la fama se lo anunciaba? De ningún modo. Sino que comenzó a indagar las cosas que conocía, que cubría con su piedad, cuando la tierra acusaba: La voz de la sangre de tu hermano clama desde la tierra (Gn 4,10); clamaba la tierra, clamaba el cielo, se dolían los ángeles, cuando ya hablaba toda la fama del siglo. Y este fue difamado ante él de haber disipado su hacienda. Antes se leyó que el hijo menor había disipado la hacienda de este hombre; ahora se dice que el administrador disipó sus bienes.

Sicut idem Deus et homo Christus, idem paterfamilias et pater; sic hunc eumdem esse et villicum constat et filium: est hic causarum diversitas, est mutatio nominum, non est varietas personarum.

Et diffamatus est apud illum quod dissipasset bona ipsius, et vocavit eum. Vocavit per Evangelium. Et ait illi. Et quid per Evangelium non agit, per quod mores arguit, occulta nudat, conscientiam pandit, commissa castigat, dinumerat mala, et in his persistenti minatur poenam, quamvis converso veniam repromittit? Et vocavit eum, et ait illi: Quid hic audio de te? Cognita velut audita imputat, quia in reum non vult accelerare sententiam; et convictum penes se, velut accusatum convenit, qui judicium gestit venia sic praeire.

Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuae, jam enim non poteris villicare. Tam piis tam severa cur jungit? cur ante a villicatione submovet quam rationem agnoscat? Redde rationem, jam enim non poteris villicare. Rationem modo instar hominis expetit, modo sicut Deus instantia denuntiat et futura. Redde rationem, jam enim non poteris villicare. Rationem petit, non ut exigat, sed relaxet; petit, ut petatur; petit hic, ne petat tibi; petit in saeculo, ne petat in judicio; petit cito, ne poenarum tempus, tempus satisfactionis excludat. Redde rationem villicationis tuae: jam enim non poteris villicare. Quare? Quia venit finis vitae, tempus mortis, jam te apparitio superna constringit, jam judicium vocat. Festina ergo, ne satisfactionis tempus perdas; qui tempus operis perdidisti.

Redde rationem. Hoc est dicere, compone rationem, compone tua, ne reddas mea; compones autem, si jam desines dissipare. Priora debita suscepi ego, cum te suscepi; solvi ego, cum te absolvi; ego cognitor pro te cognitori audiendus astiti; judicium intravi judex; rei mei reus factus sum, a poenalibus suscepi poenas, a damnatis sententiam non refugi; mortis perditor mortem excepi; penetravi inferos destructor inferni, ut te per ista non modo subducerem tuae poenae, sed et meae consortem facerem dignitatis. Age ergo, ut te quem tempus tuae villicationis exclusit, perpetuitas meae damnationis non includat.

Sed villicus quid responderit jam perscrutemur. Ait intra se: Quid faciam? Quid faciam modo? semper homo bona facere tunc cupit, quando mors faciendi tempus ademit. Ait intra se. Quaerit intra se consilium, qui foris unde sibi jam succurreret non habebat. Ait intra se. Pungit cor suum, stimulat mentem suam, et omnia vexat interna, ut a se poenitentiam quam pro se dare possit extorqueat. Fodere non valeo. Non vires isti, sed tempora defecerant ad laborem. Fodere non valeo, mendicare erubesco.

Así como el mismo Cristo es Dios y hombre, el mismo padre de familia y padre; así consta que este mismo es administrador e hijo: hay aquí diversidad de causas, hay cambio de nombres, no hay variedad de personas.

Y fue difamado ante él de haber disipado sus bienes, y lo llamó (Lc 16,1-2). Lo llamó por medio del Evangelio. Y le dijo. ¿Y qué no hace por medio del Evangelio, por el cual reprende las costumbres, desnuda lo oculto, abre la conciencia, castiga lo cometido, enumera los males, y al que persiste en ellos le amenaza con la pena, aunque al convertido le promete el perdón? Y lo llamó, y le dijo: ¿Qué es esto que oigo de ti? Imputa como oído lo conocido, porque no quiere apresurar la sentencia contra el reo; y al que está convicto ante él lo cita como a un acusado, él, que anhela que el perdón preceda así al juicio.

¿Qué es esto que oigo de ti? Da cuenta de tu administración, porque ya no podrás administrar. ¿Por qué une cosas tan severas a tan bondadosas? ¿por qué lo aparta de la administración antes de conocer la cuenta? Da cuenta, porque ya no podrás administrar. Ahora pide la cuenta a la manera de un hombre, ahora como Dios anuncia lo presente y lo futuro. Da cuenta, porque ya no podrás administrar. Pide la cuenta, no para exigirla, sino para condonarla; pide, para que se le pida; pide aquí, para no pedírtela; pide en el siglo, para no pedirla en el juicio; pide pronto, para que el tiempo de las penas no excluya el tiempo de la satisfacción. Da cuenta de tu administración: porque ya no podrás administrar. ¿Por qué? Porque ha llegado el fin de la vida, el tiempo de la muerte; ya te apremia la citación de lo alto, ya llama el juicio. Apresúrate, pues, para no perder el tiempo de la satisfacción, tú que perdiste el tiempo de la obra.

Da cuenta. Es decir: ajusta la cuenta, ajusta lo tuyo, para no tener que devolver lo mío; y la ajustarás si dejas ya de disipar. «Las deudas anteriores las asumí yo cuando te asumí; pagué yo cuando te absolví; yo, juez instructor, comparecí por ti para ser oído por el juez instructor; juez, entré en juicio; me hice reo de mi reo, asumí las penas de los penados, no rehuí la sentencia de los condenados; destructor de la muerte, recibí la muerte; penetré los infiernos, destructor del infierno, para no solo sustraerte por todo esto de tu pena, sino también hacerte consorte de mi dignidad. Obra, pues, de modo que a ti, a quien el tiempo de tu administración ha excluido, no te encierre la perpetuidad de la condenación que yo pronuncio».

Pero examinemos ya qué respondió el administrador. Dijo dentro de sí: ¿Qué haré? (Lc 16,3) ¿Qué haré ahora? Siempre desea el hombre hacer el bien cuando la muerte le ha quitado el tiempo de hacerlo. Dijo dentro de sí. Busca consejo dentro de sí el que fuera ya no tenía con qué socorrerse. Dijo dentro de sí. Punza su corazón, aguijonea su mente, y sacude todo su interior, para arrancarse a sí mismo la penitencia que pudiera dar por sí. Cavar no puedo. No le habían faltado las fuerzas, sino el tiempo para el trabajo. Cavar no puedo, mendigar me da vergüenza.

Confusionem futuri judicii pertimescit, in quo jam non poenitendi tempus est, sed poenarum, et ubi reus plus de conscientia quam de gehennae erubescit incendio.

Mendicare erubesco. Et quis non erubescit in coelestibus mendicare? Miser quem temporalitas habuit divitem, mendicum sempiternitas possidebit; et habebit hunc nudum tartarus, quem locupletem suscipere coelum potuit et tenere. Praesens figura tendit ad populum, sed bonum nobis, bonum nimis, si ad nos ista aptemus singuli, si ad nos ista referamus, qui in terra nos debemus sentire villicos, dominos non putare; prorogationis temporariae ministerium suscepisse, non invenisse jus perpetuum possidendi; cavere ne ad patremfamilias fama eversae substantiae nos praecedat, juxta illud Apostoli: Quorumdam peccata manifesta sunt, praecedentia ad judicium; quosdam autem et subsequuntur. Non pervenit ad statutum terminum vitae, qui villicationis amittit tempus, quem sonarit credita dissipasse. Hinc, hinc est immaturus exitus, hinc est ante diem mors, hinc est vocatio amara, hinc est seipsa acerbior redhibitio, sicut propheta lamentatur, clamans: Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos.

Sed utinam, quando nos de vocatione commonet aegritudo, quando febris a villicatione inclementer excludit, quando vis doloris ad reddendam villicationem properare compellit, praesentis villici factum sensumque sequeremur, converteremur ad animae consilium, ad compunctionem cordis, ad mentis poenitentiam, ad misericordiae suffragium, ad pietatis patrocinium, ad confessionis advocationem! certe peteremus Dominicorum chirographa debitorum; et si non tota, vel media, sicut iste villicus, ad nostram veniam solveremus; ut qui bona credita dissipando iniquitatis vocamur villici, in novissimis pia fraude ipsius laudem judicis consequamur.

Et laudavit, inquit, villicum iniquitatis. Et quia evangelici factum villici non parvam generat quaestionem, qui reus de multis unam legitur placuisse per fraudem: quare placuerit sic, vel quis sit iste, sequenti per Deum plenius sermone pandemus.

Teme la confusión del juicio futuro, en el que ya no es tiempo de arrepentirse, sino de penas, y donde el reo se avergüenza más de su conciencia que del fuego de la gehena.

Mendigar me da vergüenza. ¿Y quién no se avergüenza de mendigar en los cielos? Miserable aquel a quien la temporalidad tuvo rico: la sempiternidad lo poseerá mendigo; y el Tártaro lo tendrá desnudo, a quien el cielo pudo recibir y retener opulento. La presente figura apunta a un pueblo, pero es bueno para nosotros, bueno en extremo, si cada uno nos aplicamos esto, si lo referimos a nosotros, que en la tierra debemos sentirnos administradores, no creernos señores; haber recibido el ministerio de un reparto temporal, no haber hallado un derecho perpetuo de poseer; guardarnos de que la fama de la hacienda arruinada nos preceda ante el padre de familia, según aquello del Apóstol: Los pecados de algunos son manifiestos, y van delante al juicio; a otros, en cambio, los siguen (1 Tim 5,24). No llega al término fijado de la vida el que pierde el tiempo de su administración, aquel de quien corrió la voz de haber disipado lo confiado. De aquí, de aquí viene la salida prematura, de aquí la muerte antes de su día, de aquí la citación amarga, de aquí la devolución más acerba que ella misma, como se lamenta el Profeta, clamando: Los hombres sanguinarios y dolosos no llegarán a la mitad de sus días (Sal 55,24).

Pero ¡ojalá, cuando la enfermedad nos advierte de la citación, cuando la fiebre nos excluye sin clemencia de la administración, cuando la fuerza del dolor nos obliga a apresurarnos a rendir la administración, siguiéramos el hecho y el sentido del presente administrador, nos volviéramos al consejo del alma, a la compunción del corazón, a la penitencia de la mente, al sufragio de la misericordia, al patrocinio de la piedad, a la abogacía de la confesión! ciertamente pediríamos los documentos de deuda de los deudores del Señor; y si no todo, al menos la mitad, como este administrador, la condonaríamos para nuestro perdón; para que los que, disipando los bienes confiados, somos llamados administradores de iniquidad, alcancemos al fin, por un piadoso fraude, la alabanza del juez mismo.

Y alabó, dice, al administrador de iniquidad (Lc 16,8). Y como el hecho del administrador evangélico suscita una cuestión no pequeña, él, que, reo de muchas cosas, se lee que agradó por un solo fraude: por qué agradó así, o quién es este, lo expondremos más plenamente, con la ayuda de Dios, en el sermón siguiente.

Sermo CXXVI.

De eodem

Quam sit commodum, quam lucrosum debitorum nodos solvere, cautionum vincla laxare, praesentis villici nos edocet et informat exemplum: qui dum chirographorum cumulos prudenti moderatur assensu, non modo evasit arctissimas discussionis angustias, sed etiam discussoris laudem mansuram saeculis conquisivit. Et nos, fratres, quod de praesenti lectione vobis fecit promissio me debere, auditu piissimo temperate, ne me vosque simul oneret severa discussio, quos intelligentia poterit benigne relevare. Unde quae supersunt lectionis jam sequamur, et consilium villicus quod invenerit audiamus.

Ait, inquit, intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert a me villicationem? Fodere non valeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam... Convocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam; et sede cito, scribe quinquaginta. Deinde dixit alii: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Et ait illi: Accipe litteras tuas, et scribe octoginta. Et laudavit dominus villicum iniquitatis, quod prudenter fecisset.

Vel nunc liquet in evangelicis lectionibus obscuratas mysteriis divinis, supernis velatas sensibus, contineri quamplurimas quaestiones, nec facile humano intellectui subjacere quod ore Christi de coelestibus profertur arcanis. Et laudavit, inquit, dominus villicum iniquitatis, quod prudenter fecisset. Rogo quid hoc loco mundanus capit animus? quid hic communis capit et recipit auditus? ubi inter villicum et dominicos debitores versutae fraudis laudatur inventio, ubi debitoris honestas tollitur, aufertur pudor, violatur innocentia, verecundia tota sepelitur, ubi villicus reddendae rationis tempore plus ardet in fraude, quam tempore villicationis anhelavit in luxu; in articulo discussionis ipsum dominicum plus in dispendium saevit quam diebus suae fudit et disperdidit actionis; et qui ante substantiam vacuaverat dissipando, vacuando chirographo quod remanserat plus evertit; nec curat unde possit sarcire quod deerat, sed quod remansit, quemadmodum minorare possit, excogitat.

Sermón CXXVI.

Sobre lo mismo

Cuán ventajoso, cuán lucrativo es desatar los nudos de los deudores, aflojar las cadenas de las cauciones, nos lo enseña e instruye el ejemplo del presente administrador: el cual, mientras modera con prudente asentimiento los montones de documentos de deuda, no solo escapó de las estrecheces angustiosísimas del examen, sino que además se ganó la alabanza del examinador, que perdurará por los siglos. Y vosotros, hermanos, templad con oído benignísimo lo que mi promesa me hizo deberos sobre la presente lectura, no sea que un examen severo nos agobie a mí y a vosotros a la vez, a quienes la inteligencia podrá aliviar benignamente. Sigamos, pues, ya lo que queda de la lectura, y oigamos qué consejo halló el administrador.

Dijo, dice, dentro de sí: ¿Qué haré, pues mi señor me quita la administración? (Lc 16,3) Cavar no puedo, mendigar me da vergüenza. Sé lo que haré... (Lc 16,4). Y así, convocando a cada uno de los deudores de su señor, dijo al primero: ¿Cuánto debes a mi señor? (Lc 16,5) Y él dijo: Cien tinajas de aceite. Y le dijo: Toma tu caución; y siéntate en seguida, escribe cincuenta (Lc 16,6). Luego dijo a otro: Y tú, ¿cuánto debes? (Lc 16,7) Él dijo: Cien coros de trigo. Y le dijo: Toma tu escrito, y escribe ochenta. Y el señor alabó al administrador de iniquidad, porque había obrado con prudencia (Lc 16,8).

Aun ahora es claro que en las lecturas evangélicas se contienen muchísimas cuestiones, oscurecidas por misterios divinos, veladas por sentidos celestiales, y que no se somete fácilmente al entendimiento humano lo que por boca de Cristo se profiere de los arcanos celestiales. Y el señor alabó, dice, al administrador de iniquidad, porque había obrado con prudencia. Pregunto: ¿qué capta en este lugar un ánimo mundano? ¿qué capta y recibe aquí el oído común? donde entre el administrador y los deudores del señor se alaba la invención de un fraude astuto, donde se quita la honradez del deudor, se suprime el pudor, se viola la inocencia, se sepulta toda vergüenza, donde el administrador, en el tiempo de rendir cuentas, arde más en el fraude de lo que jadeó en el lujo en el tiempo de su administración; en el momento del examen se ensaña contra los bienes mismos del señor, para su pérdida, más de lo que derramó y disipó en los días de su gestión; y el que antes había vaciado la hacienda disipándola, vaciando el documento de deuda arruina más lo que había quedado; y no se cuida de cómo podría resarcir lo que faltaba, sino que discurre cómo podría disminuir lo que quedó.

Dicebat debitori: Quantum debes domino meo? Non dicebat, quantum debes mihi? Conveniebat conscientiam, testabatur debitoris animum, sic dicendo. Et quid est quod sine respectu domini, debitorem ad tantam fraudem villicus provocabat? Quantum debes domino meo? Dicit ille: Centum cados olei. Accipe cautionem tuam, et scribe quinquaginta. Ad tantam fraudem villicus conspirabat et agebat, ut totam fidem perderet, dum meditat cautionem. Quantum debes domino meo? Sciebant ambo quia praesens erat ubique et semper supernus creditor, nec poterat fraude praeveniri; sed neque in oculis dominicis desinit, semel coeperit qui furari. Esto tamen sit humani moris ut debitor quaerat compendia fraudulenta, et villicus sibi consulat, sic furando: dominus iterum quare probat fraudem? furta collaudat? praedicat falsitatem? Quod est nequitia, prudentiam dicit, et hoc pium judicat quod multis pessimum falsitatis praestat exemplum? Sapiat ita carnalibus sensibus; spiritualibus, quod est divini luminis, jam lucescat.

Iterata est parabola per villicum, quae fuerat juniorem praelibata per filium. Villicus iniquitatis a mammona iniquo gentium populus nuncupatur. Facite vobis, inquit, amicos de mammona iniquitatis, qui relicto Creatore totum se mammonae tradiderat servituti. Quisquis est ab hujus mammonae captivitate liber, et pecuniae jam crudeli pondere non gravatur, consistat in specula coelesti, et inde despectet mammonam mundo, et mundanis tyrannico furore dominantem. Imperat gentibus, jubet regnis, bella mandat, comparat bellatores, sanguinem vendit, agit mortes, prodit patrias, urbes destruit, subdit populos, arces urget, vexat cives, foro praesidet, jus delet, fas nefasque confundit, et ad mortes usque tendendo, fidem tentat, violat veritatem, famam carpit, honestatem dissipat, solvit affectus, innocentiam tollit, pietatem sepelit, necessitudinem scindit, amicitiam subruit. Et quid plura? Hoc est mammona, dominus iniquitatis, qui inique humanis et corporibus dominatur et mentibus.

Hujus ergo mammonae villicus, hoc est gentilis populus dissipatae taliter substantiae reus a Domino per Evangelium convenitur, ut reddat rationem villicationis suae, id est, naturalis boni. Cui tunc dicitur: Jam non poteris villicare. Quando ei finis saeculi nuntiatur. Credit denique juxta Apostolum figuram praeterire mundi, transire tempora villicationis humanae; et intra se, in se reversus, quid facere deberet, interrogat. Ait intra se, Quid faciam? Ingemuit cor, doluit mens, respondit fides, credulitas dedit consilium salutare, ut villicus ad verum dominum jam rediret, et erogando mammonam saevum dominum suae victor subderet servituti, ut fieret salutis occasio, quod perditionis exstiterat instrumentum.

Decía al deudor: ¿Cuánto debes a mi señor? No decía: «¿Cuánto me debes a mí?». Apelaba a la conciencia, ponía por testigo el ánimo del deudor, al hablar así. ¿Y por qué el administrador, sin miramiento al señor, provocaba al deudor a tan gran fraude? ¿Cuánto debes a mi señor? Dice él: Cien tinajas de aceite. Toma tu caución, y escribe cincuenta. A tan gran fraude conspiraba y obraba el administrador, hasta perder toda buena fe, mientras urdía la caución. ¿Cuánto debes a mi señor? Ambos sabían que el acreedor de lo alto estaba presente en todas partes y siempre, y que no se le podía adelantar con fraude; pero ni aun a los ojos del señor deja de robar quien una vez ha empezado. Concedamos, sin embargo, que sea costumbre humana que el deudor busque atajos fraudulentos, y que el administrador mire por sí robando así: ¿por qué, de nuevo, aprueba el señor el fraude? ¿alaba los hurtos? ¿pregona la falsedad? ¿Llama prudencia a lo que es maldad, y juzga piadoso lo que da a muchos un pésimo ejemplo de falsedad? Sepa así a los sentidos carnales; a los espirituales, que son de la luz divina, empiece ya a brillar.

Se repite por medio del administrador la parábola que se había anticipado por medio del hijo menor. El administrador de iniquidad es el pueblo de los gentiles, llamado así por el inicuo Mammón. Haceos amigos, dice, con el Mammón de iniquidad (Lc 16,9): el pueblo que, abandonado el Creador, se había entregado todo a la servidumbre de Mammón. Quienquiera que esté libre de la cautividad de este Mammón, y no se vea ya agobiado por el cruel peso del dinero, sitúese en una atalaya celestial, y desde allí mire hacia abajo a Mammón, que domina con furor tiránico al mundo y a los mundanos. Manda a las naciones, da órdenes a los reinos, decreta guerras, recluta guerreros, vende sangre, causa muertes, traiciona patrias, destruye ciudades, somete pueblos, asedia fortalezas, veja a los ciudadanos, preside el foro, borra el derecho, confunde lo lícito y lo ilícito, y, llegando hasta las muertes, tienta la fe, viola la verdad, censura la buena fama, disipa la honradez, desata los afectos, quita la inocencia, sepulta la piedad, rompe el parentesco, socava la amistad. ¿Y qué más? Este es Mammón, señor de la iniquidad, que domina inicuamente los cuerpos y las mentes humanas.

Así pues, el administrador de este Mammón, es decir, el pueblo gentil, reo de la hacienda así disipada, es citado por el Señor mediante el Evangelio para que rinda cuenta de su administración, esto es, del bien natural. A él se le dice entonces: Ya no podrás administrar. Cuando se le anuncia el fin del siglo. En efecto, cree, según el Apóstol, que pasa la figura del mundo (1 Cor 7,31), que pasan los tiempos de la administración humana; y dentro de sí, vuelto en sí, se pregunta qué debía hacer. Dijo dentro de sí: ¿Qué haré? Gimió el corazón, sintió dolor la mente, respondió la fe, la creencia dio un consejo saludable: que el administrador volviera ya al verdadero señor, y, repartiendo a Mammón, sometiera vencedor al cruel señor a su propia servidumbre, para que se hiciera ocasión de salvación lo que había sido instrumento de perdición.

Pergit ergo villicus gentilis quondam jam Christianus, ad primum debitorem domini sui. Quem? Judaeum debitorem, quem quid quantumque domino suo debeat interrogat; quasi nesciat modum debiti. Portitor cautionis noverat jam per Evangelium, sed interrogando confessionem taliter requirebat; denique et qualitatem, et quantitatem debiti confitetur, dicens: Centum cados olei. Quare non argenti, vel auri pondus? quare non centum decem, aut nonaginta, sed centum? Ut et de debito et de numero coeleste luceat sacramentum. Debebat Judaeus oleum, quod chirographo legis ad ungendos reges, prophetas et sacerdotes, Christiani chrismatis acceperat in figuram, donec ad ipsum regum, et prophetarum, et sacerdotum principem perveniret, cui tota reddenda et infundenda erat centenaria chrismatis plenitudo. Sed quia contra cautionis fidem debitor, ne debitum redderet, occidit impius creditorem, legalis ipsa cautio pervenit ad gentes, hoc est lex: ut Judaeus convictus per gentilem, quia debitum convertit in crimen, poenitentiae solvat usuram.

Vides ergo quia villicus non fraudem, sed poenitentiam suadet: sollicitat ad acquirendam misericordiam, non impellit ad falsum, cum dicit: Accipe cautionem tuam, sede cito, et scribe quinquaginta. Quinquagesimum numerum ad misericordiam pertinere David pandit, cum psalmum quinquagesimum cantat, clamans: Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Quinquagesimus numerus patefecit misericordiam, dum quinquagesimum annum, qui est jubilaeus, lex debitorum omnium, omnium contractuum delere et solvere ligamenta perscribit. Villicus ergo iste agit, ut per misericordiam Christi idoneus sit Judaeus, qui per cautionem legis insolubilibus confusus debitis tenebatur. Debet Judaeus oleum, qui juxta Apostolum feracis in se olivae pinguedinem incredulitatis sterilitate siccaverat. Unde et evangelicae fidei calore jam tota redit in ramos Christianos, totamque reviviscit in gratiam.

Deinde alii dicebat: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Posteaquam granum tritici, quod est Christus, satum est in terra nostrae carnis, et ad ubertatem supernam per Dominicam fecundatum est sepulturam, factum est ut homo centesimum fructum suo jam debeat auctori. Nisi, inquit, granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Videns ergo villicus satis providet, cum dicit: Accipe cautionem tuam, et scribe octoginta. Quia sicut quinquagesimus misericordiam confert, ita octogesimus totam fidem praefigurat et gratiam.

Va, pues, el administrador, antes gentil, ya cristiano, al primer deudor de su señor. ¿A quién? Al deudor judío, a quien pregunta qué y cuánto debe a su señor, como si no conociera la medida de la deuda. El portador de la caución ya la conocía por el Evangelio, pero preguntando buscaba así la confesión; en efecto, el deudor confiesa la calidad y la cantidad de la deuda, diciendo: Cien tinajas de aceite. ¿Por qué no un peso de plata o de oro? ¿por qué no ciento diez, o noventa, sino cien? Para que tanto por la deuda como por el número brille un misterio celestial. Debía el judío el aceite, que por el documento de deuda de la Ley había recibido para ungir a los reyes, a los profetas y a los sacerdotes, en figura del crisma cristiano, hasta que llegara al príncipe mismo de los reyes, de los profetas y de los sacerdotes, a quien había que devolver y derramar toda la plenitud centenaria del crisma. Pero como el deudor, contra la fe de la caución, para no pagar la deuda, mató impíamente al acreedor, la caución misma de la Ley, es decir, la Ley, pasó a los gentiles: para que el judío, convicto por medio del gentil, porque convirtió la deuda en crimen, pague el interés de la penitencia.

Ves, pues, que el administrador no aconseja el fraude, sino la penitencia: incita a adquirir misericordia, no empuja a la falsedad, cuando dice: Toma tu caución, siéntate en seguida, y escribe cincuenta. Que el número quincuagésimo pertenece a la misericordia lo muestra David cuando canta el salmo quincuagésimo, clamando: Ten misericordia de mí, oh Dios, según tu gran misericordia (Sal 51,3). El número quincuagésimo descubrió la misericordia, en cuanto la Ley prescribe que el año quincuagésimo, que es el jubileo, borre y desate las ataduras de todos los deudores, de todos los contratos (Lv 25,10). Así pues, este administrador obra para que por la misericordia de Cristo el judío sea solvente, él, que por la caución de la Ley estaba retenido, confundido por deudas impagables. Debe el judío el aceite, él, que, según el Apóstol, había secado en sí la grosura del olivo fecundo con la esterilidad de la increencia (Rom 11,17). De ahí que, por el calor de la fe evangélica, toda ella vuelve ya a las ramas cristianas, y toda revive en la gracia.

Luego decía a otro: Y tú, ¿cuánto debes? Él dijo: Cien coros de trigo. Después que el grano de trigo, que es Cristo, fue sembrado en la tierra de nuestra carne, y fue fecundado para la abundancia celestial por la sepultura del Señor, sucedió que el hombre debe ya a su autor el fruto centésimo. Si el grano de trigo, dice, no muere al caer en tierra, queda solo (Jn 12,24). Viéndolo, pues, el administrador provee bien cuando dice: Toma tu caución, y escribe ochenta. Porque así como el quincuagésimo confiere misericordia, así el octogésimo prefigura toda la fe y la gracia.

Hic est numerus, in quo decalogum legis esse et ogdoadem gratiae satis gnarus legis, satis studiosus Evangelii lector intelligit. Itaque villicus cum dicit, Scribe octoginta, id agit, ut per gratiam solvat quod reddere non poterat per naturam. Bene ergo iste villicus meruit laudem domini sui, qui in chirographis non fraudem molitus est, sed salutem.

Quod autem dixit: Prudentiores sunt filii saeculi in generatione sua quam filii lucis, ita intelligendum est, quia qui erant filii saeculi quondam, id est, gentiles, nunc electi sunt Dei: et qui erant filii Dei, hoc est Judaei, nunc in filiis saeculi sunt relicti. In generatione sua. Qua renati sunt, non qua nati sunt. Scribantur haec, inquit, in generatione altera. Altera haec est generatio quaerentium Dominum. Deus autem scientiae et illuminationis illuminet corda vestra, et totam scientiae suae plenitudinem in vestrae mentis infundat arcanum.

Este es el número en el que el lector bien conocedor de la Ley, bien estudioso del Evangelio, entiende que están el decálogo de la Ley y la ogdóada de la gracia. Así pues, cuando el administrador dice: Escribe ochenta, obra para pagar por la gracia lo que no podía devolver por la naturaleza. Con razón, pues, este administrador mereció la alabanza de su señor, él, que en los documentos de deuda no maquinó fraude, sino salvación.

Lo que dijo: Los hijos del siglo son más prudentes en su generación que los hijos de la luz (Lc 16,8), ha de entenderse así: que los que en otro tiempo eran hijos del siglo, es decir, los gentiles, son ahora elegidos de Dios; y los que eran hijos de Dios, esto es, los judíos, han quedado ahora entre los hijos del siglo. En su generación. Aquella en que renacieron, no aquella en que nacieron. Escríbase esto, dice, para otra generación (Sal 102,19). Esta otra generación es la de los que buscan al Señor. Que el Dios de la ciencia y de la iluminación ilumine vuestros corazones, y derrame toda la plenitud de su ciencia en lo secreto de vuestra mente.

Sermo CXXVII.

De decollatione D. Joannis Baptistae

Hodie nobis Joannis virtus, Herodis feritas dum refertur, concussa sunt viscera, corda tremuerunt, caligavit visus, intellectus hebuit, aufugit auditus. Aut quid constat in sensibus humanis, quando perdidit virtutum magnitudinem criminum magnitudo?

Herodes, inquit, tenuit Joannem et alligavit eum, et posuit in carcere. Joannes virtutum schola, magisterium vitae, sanctitatis forma, norma justitiae, virginitatis speculum, pudicitiae titulus, castitatis exemplum, poenitentiae via, peccatorum venia, fidei disciplina; Joannes major homine, par angelis, legis summa, Evangelii sanctio, apostolorum vox, silentium prophetarum, lucerna mundi, praeco judicis, praecursor Christi, metator Domini, Dei testis, totius medius Trinitatis, datur incestae, traditur adulterae, addicitur saltatrici. Merito ergo concussa sunt viscera, corda tremuerunt.

At Herodes ipse est qui profanavit templum, sacerdotium sustulit, confudit ordinem, temeravit regnum, corrupit quidquid erat religionis; quod vitae, quod legis, quod morum, quod fidei, quod disciplinae, perdidit et confudit. Herodes sicarius in cives, in nobiles latro, populator in socios, in domesticos praedo, interemptor plebis, occisor filiorum, homicida in extraneos, in proprios parricida, inebrians cruore terram, in siti sanguinis permanebat. Hinc est quod Joannis sanguinem pium ingenti poculo crudelitatis absorbuit: sed ipsa lectio jam loquatur.

Herodes, inquit, tenuit Joannem, et alligavit eum. Qui vincula solverat peccatorum, peccatoris vinculis alligatur, ut vincta venia locum veniae non relinquat. Alligavit eum et posuit in carcere. Herodes, tu adulterium facis, et in carcerem vadit Joannes? Sic judicas sedens in loco judicis reus, in loco vindicis innocentiae persecutor? Rogo ubi rerum facies? ubi fama? ubi pudor? ubi existimatio publici cognitoris? certe ubi Deus? ubi homo? ubi fas? ubi lex? ubi ipsius jura naturae? Simul omnia sunt, Herodes, te agente, te judicante, te jubente confusa.

Sermón CXXVII.

Sobre la degollación de san Juan Bautista

Hoy, al referírsenos la virtud de Juan y la fiereza de Herodes, se nos conmovieron las entrañas, temblaron los corazones, se nubló la vista, se embotó el entendimiento, huyó el oído. ¿O qué se mantiene firme en los sentidos humanos, cuando la magnitud de los crímenes ha destruido la magnitud de las virtudes?

Herodes, dice, prendió a Juan y lo ató, y lo puso en la cárcel (Mt 14,3). Juan, escuela de virtudes, magisterio de vida, forma de santidad, norma de justicia, espejo de virginidad, título de pudicicia, ejemplo de castidad, camino de penitencia, perdón de los pecados, disciplina de la fe; Juan, mayor que el hombre, igual a los ángeles, suma de la Ley, sanción del Evangelio, voz de los apóstoles, silencio de los profetas, lámpara del mundo, heraldo del juez, precursor de Cristo, aposentador del Señor, testigo de Dios, en medio de toda la Trinidad, es dado a una incestuosa, es entregado a una adúltera, es adjudicado a una bailarina. Con razón, pues, se nos conmovieron las entrañas, temblaron los corazones.

Pero Herodes es el que profanó el templo, suprimió el sacerdocio, confundió el orden, violó el reino, corrompió todo lo que había de religión; lo que había de vida, de ley, de costumbres, de fe, de disciplina, lo destruyó y lo confundió. Herodes, sicario contra los ciudadanos, ladrón contra los nobles, devastador contra los aliados, saqueador contra los de su casa, exterminador del pueblo, asesino de sus hijos, homicida contra los extraños, parricida contra los suyos, embriagando la tierra de cruor, permanecía en su sed de sangre. De aquí que sorbió la sangre piadosa de Juan en una enorme copa de crueldad: pero hable ya la lectura misma.

Herodes, dice, prendió a Juan, y lo ató. El que había desatado las ataduras de los pecados es atado con las ataduras de un pecador, para que el perdón, atado, no deje lugar al perdón. Lo ató y lo puso en la cárcel. Herodes, ¿tú cometes adulterio, y Juan va a la cárcel? ¿Así juzgas, sentado, reo, en el lugar del juez, perseguidor de la inocencia en el lugar de su vengador? Pregunto: ¿dónde está la faz de las cosas? ¿dónde la fama? ¿dónde el pudor? ¿dónde la reputación del juez instructor público? ciertamente, ¿dónde está Dios? ¿dónde el hombre? ¿dónde lo lícito? ¿dónde la ley? ¿dónde los derechos mismos de la naturaleza? Todo a la vez, Herodes, está confundido, obrando tú, juzgando tú, mandando tú.

Tenuit, inquit, Joannem, et alligavit eum, et posuit in carcere. Herodes, te causa petit, te arguunt vincula, te carcer accusat, te divulgat producta in publicum Joannis injuria: causam custodiae qui requirit, invenit in te quod puniat, et in Joanne quod doleat. Joannes orbi notus, fama virtutis cognitus, celebratissimus sanctitate, dum trahit ad se suae inquisitores injuriae, facit ut tuus cunctis innotescat incestus; agit ut te habeat confusio publica, quem corrigere non potuit secreta correctio. Herodem Joannes monitis, non accusatione pulsabat; corrigere voluit, non perire: sed Herodes facibus libidinis ardens perire maluit quam redire, et uxorem fratris illicite possidere.

Captivis criminum, innocentiae inimicis odiosa fit semper libertas, virtus contraria vitiosis, sacrilegis exosa sanctitas, inimica castitas impudicis, corruptis integritas poena, luxuriosis adversa frugalitas, crudelibus misericordia, pietas impiis, injustis justitia non ferenda. Probat hoc evangelista cum dicit: Dicebat enim illi Joannes, non licet tibi habere uxorem Philippi fratris tui. Ecce unde Joannes offendit, ecce unde Herodes furit: malos qui monet, offendit; incurrit odium, qui arguit criminosos. Dicebat Joannes quod erat legis, quod justitiae, quod salutis; certe quod erat non odii, sed amoris: ecce qualem consecutus est ab impio pro pietate mercedem.

Volens, inquit, occidere eum, timuit populum. Facile deviat a justitia, qui in causis non Deum, sed homines pertimescit. Hic timor peccandi facultatem differre potest, auferre non potest voluntatem: unde etiam quos suspenderit a crimine, avidiores reddit ad crimen, et aestuat animo quousque perficiat, quod cogitat malum. Solus est Dei timor, qui mentes corrigit, fugat crimina, innocentiam servat, perpetem tribuit facultatem.

Sed audiamus ipsam Joannis beatissimi passionem. Die natalis Herodis saltavit Herodiadis filia in medio triclinio, et placuit Herodi: unde jurejurando pollicitus est dare ei quodcumque postulasset ab eo. At illa praemonita a matre sua, da mihi, inquit, hic in disco caput Joannis Baptistae. Haec est mulieris antiqua malitia, quae Adam ejecit de paradisi deliciis; haec coelestes homines fecit esse terrenos, haec humanum genus misit in infernum, haec vitam abstulit mundo propter unius arboris pomum. Hoc malum quod homines ducit ad mortem, hoc malum fugit Elias propheta; et cujus lingua clavis facta est coeli, tamquam reus fugit a facie mulieris; haec invenit verum laborem et pressuram, quae nunc occidit Joannem Baptistam, dejicit pueritiam, perdit juventutem, illicit et inquietat emortuam senectutem.

Prendió, dice, a Juan, y lo ató, y lo puso en la cárcel. Herodes, la causa te persigue a ti, las cadenas te arguyen a ti, la cárcel te acusa a ti, te divulga la injuria de Juan sacada a la luz pública: quien indaga la causa de la custodia, halla en ti qué castigar, y en Juan qué llorar. Juan, conocido del orbe, reconocido por la fama de su virtud, celebérrimo por su santidad, mientras atrae hacia sí a los que indagan su injuria, hace que tu incesto sea conocido de todos; logra que te posea la confusión pública, a ti, a quien no pudo corregir la corrección secreta. Juan hostigaba a Herodes con advertencias, no con acusación; quiso corregirlo, no que pereciera: pero Herodes, ardiendo en las teas de la lujuria, prefirió perecer antes que volver, y poseer ilícitamente a la mujer de su hermano.

Para los cautivos de los crímenes, para los enemigos de la inocencia, siempre es odiosa la libertad, contraria la virtud a los viciosos, aborrecida la santidad por los sacrílegos, enemiga la castidad para los impúdicos, la integridad un castigo para los corrompidos, adversa la frugalidad para los disolutos, insoportable la misericordia para los crueles, la piedad para los impíos, la justicia para los injustos. Lo prueba el evangelista cuando dice: Pues Juan le decía: No te es lícito tener a la mujer de Felipe tu hermano (Mt 14,4). He aquí por qué ofende Juan, he aquí por qué se enfurece Herodes: quien amonesta a los malos ofende; incurre en odio quien reprende a los criminales. Decía Juan lo que era de la Ley, de la justicia, de la salvación; ciertamente lo que no era de odio, sino de amor: he aquí qué recompensa obtuvo del impío por su piedad.

Queriendo, dice, matarlo, temió al pueblo (Mt 14,5). Fácilmente se desvía de la justicia quien en las causas no teme a Dios, sino a los hombres. Este temor puede diferir la facultad de pecar, no puede quitar la voluntad: de ahí que aun a los que ha retenido del crimen los vuelve más ávidos del crimen, y el hombre hierve en su ánimo hasta realizar el mal que piensa. Solo el temor de Dios corrige las mentes, ahuyenta los crímenes, guarda la inocencia, otorga una facultad perpetua.

Pero oigamos la pasión misma del beatísimo Juan. En el natalicio de Herodes bailó la hija de Herodías en medio del triclinio, y agradó a Herodes: por lo cual prometió con juramento darle cualquier cosa que le pidiera (Mt 14,6-7). Pero ella, instruida de antemano por su madre: Dame, dice, aquí en un plato la cabeza de Juan el Bautista (Mt 14,8). Esta es la antigua malicia de la mujer, que echó a Adán de las delicias del paraíso (Gn 3,23); esta hizo terrenos a los hombres celestiales, esta envió al género humano al infierno, esta quitó la vida al mundo por el fruto de un solo árbol. Este mal que lleva a los hombres a la muerte, este mal huyó el profeta Elías (1 Re 19,3); y aquel cuya lengua se hizo llave del cielo huyó como reo de la faz de una mujer; esta halló verdadera fatiga y angustia, esta que ahora mata a Juan el Bautista, abate la niñez, pierde la juventud, seduce e inquieta la vejez ya muerta.

Praemonita a matre sua, Da mihi, inquit, in disco caput Joannis Baptistae. De matris pectore dans rugitum nova bellua, contempta corporis praeda, caput ipsum truncatura pervadit. Et contristatus est rex, propter jusjurandum tamen, et propter discumbentes jussit dari, misitque decollari Joannem, et allatum est caput ejus in disco, et datum est puellae, et puella dedit matri suae. Audistis, fratres, quanta sit nata de voluptate crudelitas, de libidine impietas.

Et allatum est caput ejus in disco. In arenam vertitur domus, mensa migrat in caveam; fiunt de pransoribus spectatores, furore mutatur convivium; fit cibus caedes, vinum transit in sanguinem, finis apponitur natali; in ortu exhibetur occasus, convivium in homicidium commutatur, organa tragoediam personant saecularem; intrat bestia, non puella; quaerit amputare, non saltare; discurrit fera, non femina; spargit jubas per cervicem, non capillos; membra dilatat anfractibus, saevitiae crescit augmentis; fit grandis crudelitate, non corpore; et singularis fera usque dum capiat praedam, fremit ore, dentibus frendit; ferrum non suscipit, sed producit.

Verum ne quis existimet declamare nos velle de talibus, nos non declamare volumus, sed clamare, ut festivitatum gaudia sint cauta vestrarum, nataliumque vestrorum solemnitas teneat in exsultatione mensuram, epulis nostris intersit Christus, in facie prandeatur auctoris; honestate convivii natura ipsa, quae vos produxit, honoretur; laetitia mensae vestrae pertingat ad pauperes, familia vestra innocentiae tripudiet disciplina, luxus absistat, fugetur effusio; saltatricum pestis, lenocinia cantorum, voluptatum fomenta, ventris onera, naufragia mentium cum Herodiadis conviviis abscindantur; ut praesens gaudium vestrum ad laetitiam perveniat sempiternam.

Hodie, fratres, sermonem tulimus, non in Herodem tantum, sed etiam in Herodiadem; quia satis auditor intelligit quanta sit felicitas martyris, quando miseriam persecutoris audierit: scire tamen nos convenit quia et Joannes de morte sua natus est, et de natali suo mortuus est Herodes.

Instruida de antemano por su madre: Dame, dice, en un plato la cabeza de Juan el Bautista. Desde el pecho de su madre, lanzando un rugido, la nueva fiera, despreciada la presa del cuerpo, se lanza a la cabeza misma para cortarla. Y el rey se entristeció, pero, a causa del juramento y de los comensales, mandó que se le diera, y envió a decapitar a Juan, y fue traída su cabeza en un plato, y fue dada a la muchacha, y la muchacha se la dio a su madre (Mt 14,9-11). Habéis oído, hermanos, cuán grande crueldad nace del placer, cuán grande impiedad de la lujuria.

Y fue traída su cabeza en un plato. La casa se convierte en arena, la mesa se traslada a la gradería; los comensales se hacen espectadores, el banquete se trueca por el furor; el manjar se hace matanza, el vino pasa a sangre, se pone fin al natalicio; en el orto se exhibe el ocaso, el banquete se cambia en homicidio, los instrumentos resuenan una tragedia mundana; entra una bestia, no una muchacha; busca amputar, no bailar; corre una fiera, no una mujer; esparce melenas por la cerviz, no cabellos; dilata sus miembros en contorsiones, crece con los aumentos de su crueldad; se hace grande en crueldad, no en cuerpo; y la fiera singular, hasta que coge su presa, ruge con la boca, rechina con los dientes; no recibe el hierro, sino que lo saca.

Pero, para que nadie piense que queremos declamar sobre tales cosas, no queremos declamar, sino clamar: que las alegrías de vuestras fiestas sean cautas, y la solemnidad de vuestros natalicios guarde medida en el regocijo; que asista Cristo a nuestros banquetes, que se coma en presencia del autor; que con la honestidad del convite se honre a la naturaleza misma, que os dio el ser; que la alegría de vuestra mesa llegue a los pobres, que vuestra familia dance con la disciplina de la inocencia, que se aparte el lujo, se ahuyente el derroche; que la peste de las bailarinas, los halagos de los cantores, los fomentos de los placeres, las cargas del vientre, los naufragios de las mentes se corten junto con los banquetes de Herodías; para que vuestro gozo presente llegue a la alegría sempiterna.

Hoy, hermanos, dirigimos el sermón no solo contra Herodes, sino también contra Herodías; porque el oyente entiende bien cuán grande es la felicidad del mártir cuando ha oído la miseria del perseguidor: conviene, sin embargo, que sepamos que Juan nació de su muerte, y que de su natalicio murió Herodes.

Sermo CXXVIII.

In divum Apollinarem episcopum et martyrem

Beatus Apollinaris, primus sacerdotio, solus hanc Ecclesiam Ravennatem vernaculo atque inclyto martyrii honore decoravit. Merito Apollinaris, quia juxta mandatum Dei sui, hic perdidit animam suam, ut eam inveniret in vitam sempiternam. Beatus qui ita cursum consummavit, fidem servavit, ut vere primus a credentibus suo reperiretur in loco. Nec eum quisquam confessoris vocabulo minorem credat esse quam martyrem, quem Dei nutu quotidianum et multiplicem reversum conspicit ad agonem. Audi Paulum dicentem: Quotidie morior. Semel mori parum est eum qui potest regi suo gloriosam saepe de hostibus referre victoriam. Non tam mors quam fides et devotio martyrem facit, et sicut virtutis est in acie, in conflictu, pro regis amore succumbere, ita perfectae virtutis est diu agere et consummare certamina. Non ideo persecutus est martyrem, quia non statim intulit mortem; sed probavit martyrem, quia non elicuit fidem; injecit tela quae potuit, et omnia armorum suorum genera callidus exegit inimicus: nec tamen fortissimi ductoris movere mentem potuit, aut temerare constantiam.

Summum est, fratres, pro Domino praesentem vitam, si necesse sit, contemnere, sed gloriosum est etiam cum vita mundum suo temnere et conculcare cum principe. Festinabat Christus ad martyrem, martyr suum festinabat ad regem. Bene diximus festinabat, juxta illud prophetae: Exsurge in occursum mihi, et vide. Sed ut propugnatorem suum sibi Ecclesia sancta retineret, Christo vehementer occurrit, ut vincenti justitiae reservaret coronam, et sibi belli tempore praeliatoris sui praesentiam condonaret. Fundebat saepe confessor sanguinem suum, suisque vulneribus, fide mentis suae, testabatur auctorem.

Coelum suspiciens carnem despiciebat et terram. Vicit tamen, tenuit, et a suo desiderio retardari martyrem tenera adhuc Ecclesiae impetravit infantia. Infantiam dico, fratres, quae totum semper obtinet, quae plus lacrymis quam virium ratione contendit. Neque enim tantum vultus et sudor fortium quantum possunt lacrymae parvulorum, quia ibi corpora, hic corda franguntur; ibi mentis judicia vix moventur, hic tota pietas inclinata descendit.

Sermón CXXVIII.

Sobre san Apolinar, obispo y mártir

El bienaventurado Apolinar, primero en el sacerdocio, él solo adornó esta iglesia de Rávena con el honor nativo e ínclito del martirio. Con razón Apolinar, porque, según el mandato de su Dios, perdió aquí su alma, para encontrarla para la vida sempiterna. Bienaventurado el que así consumó su carrera, guardó la fe (2 Tim 4,7), que verdaderamente fue hallado por los creyentes el primero en su lugar. Y nadie crea que por el nombre de confesor es menor que un mártir aquel a quien ve, por disposición de Dios, vuelto cada día y muchas veces al certamen. Escucha a Pablo que dice: Cada día muero (1 Cor 15,31). Morir una vez es poco para quien puede traer a menudo a su rey una gloriosa victoria sobre los enemigos. No hace al mártir tanto la muerte como la fe y la devoción; y así como es propio de la virtud sucumbir en la línea de batalla, en el combate, por amor al rey, así es propio de la virtud perfecta luchar largo tiempo y llevar a término los certámenes. No es que no persiguiera al mártir, porque no le diera muerte en seguida; antes bien lo probó como mártir, porque no le arrancó la fe; lanzó el astuto enemigo los dardos que pudo, y agotó toda clase de sus armas: y sin embargo no pudo mover la mente de aquel fortísimo caudillo, ni violar su constancia.

Es lo sumo, hermanos, despreciar por el Señor la vida presente, si es necesario; pero es glorioso también, aun con vida, desdeñar el mundo y pisotearlo junto con su príncipe. Cristo se apresuraba hacia el mártir, el mártir se apresuraba hacia su rey. Con razón dijimos «se apresuraba», según aquello del Profeta: Levántate a mi encuentro, y mira (Sal 59,5). Pero, para retener para sí a su defensor, la santa Iglesia salió con vehemencia al encuentro de Cristo, para reservar la corona a la justicia vencedora, y concederse en tiempo de guerra la presencia de su combatiente. El confesor derramaba a menudo su sangre, y con sus heridas, por la fe de su mente, daba testimonio de su autor.

Mirando hacia el cielo, despreciaba la carne y la tierra. Sin embargo, la todavía tierna infancia de la Iglesia venció, lo retuvo, y obtuvo que el mártir fuera retardado en su deseo. Digo infancia, hermanos, que siempre lo obtiene todo, que lucha más con lágrimas que con cálculo de fuerzas. Pues no pueden tanto el semblante y el sudor de los fuertes cuanto pueden las lágrimas de los pequeños, porque allí se quiebran los cuerpos, aquí los corazones; allí apenas se mueven los juicios de la mente, aquí toda la piedad se inclina y desciende.

Et quid plura, fratres? Egit, egit Ecclesia sancta mater, ut nusquam a suo separaretur antistite. Ecce vivit, ecce ut bonus pastor suo medius assistit in grege, nec umquam separatur spiritus, qui corpore praecessit ad tempus; praecessit dico habitu, caeterum ipsa inter nos corporis sui habitatione quiescit. Exstinctus est diabolus, persecutor occubuit: ecce regnat et vivit, qui pro rege suo desideravit occidi, qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saeculorum saecula.

¿Y qué más, hermanos? La santa madre Iglesia se esforzó, se esforzó, para no separarse nunca de su prelado. He aquí que vive; he aquí que, como buen pastor, está presente en medio de su rebaño, y nunca se separa su espíritu, que se adelantó en el cuerpo por un tiempo; se adelantó, digo, en la apariencia, pero por lo demás descansa entre nosotros en la morada misma de su cuerpo. El diablo quedó extinguido, el perseguidor sucumbió: he aquí que reina y vive el que deseó ser muerto por su rey, el cual vive y reina con el Padre en la unidad del Espíritu Santo, Dios, por todos los siglos de los siglos.

Sermo CXXIX.

In D. Cyprianum martyrem

Quoniam hodie Deo in natali sancti Cypriani martyris convenimus, in quo miro certamine de diabolo triumphavit, et quia nobis virtutum suarum gloriosum reliquit exemplum; ideo exsultare nos convenit et laetari. Natalem ergo sanctorum cum auditis, charissimi, nolite putare illum dici quo nascuntur in terram de carne, sed de terra in coelum, de labore ad requiem, de tentationibus ad quietem, de cruciatibus ad delicias, non fluxas, sed fortes, et stabiles et aeternas, de mundanis risibus ad coronam et gloriam. Tales natales digne martyrum celebrantur. Cum ergo hujusmodi festivitas agitur, noli aestimare, charissime, quod in solis prandiis et profusioribus epulis natales martyrum celebrentur: sed imitandum tibi proponitur quod in memoria martyris celebras.

Aspice ergo, charissime, alacritatem populi circumstantis. In hac enim die aliquando turba astitit impiorum, cum sanctus Cyprianus jussu tyranni feriretur, turbae erant malorum, exspectantium chori; nunc multitudo fidelium ad collaetandum devota confluxit: tunc turba saevientium, nunc exsultantium; tunc desperatorum, nunc sperantium. Idcirco ergo natales martyrum annua laetitia celebrantur, ut quod semel actum est, per omne aevum in memoria maneat devotorum. Gesta res est, charissime, ne te diceres ignorare; celebrantur annua, ne dicas, oblitus sum.

Ad haec ergo imitanda vos animate, charissimi, hanc magnanimitatis gratiam concupiscite; hoc petite dari vobis, quod ille meruit adipisci. Omnes enim coelestia cupientes terrenorum bonorum laqueis irretiri non possunt, quia conversationem suam in coelestibus statuerunt: sicut ait sanctus Apostolus: Nostra autem conversatio in coelis. Dirigatur ergo cordis nostri desiderium ad habitationem coelestem, ubi cum dispersus fuerit pauperibus thesaurus vester, illic erit et cor vestrum. Thesaurus autem bonorum omnium Christus est, qui vos cum Patre et Filio et Spiritu sancto donis coelestibus, et nunc, et in aeternum cumulare et replere dignetur.

Sermón CXXIX.

Sobre san Cipriano, mártir (de autoría dudosa)

Puesto que hoy nos hemos reunido para Dios en el natalicio del santo mártir Cipriano, en el que triunfó del diablo en un admirable certamen, y puesto que nos dejó un glorioso ejemplo de sus virtudes, por eso conviene que nos regocijemos y alegremos. Así pues, cuando oís el natalicio de los santos, carísimos, no penséis que se llama así aquel día en que nacen de la carne a la tierra, sino aquel en que nacen de la tierra al cielo, del trabajo al descanso, de las tentaciones a la quietud, de los tormentos a las delicias, no fugaces, sino firmes, estables y eternas, de las risas mundanas a la corona y a la gloria. Tales natalicios de los mártires se celebran dignamente. Así pues, cuando se celebra una festividad de este tipo, no pienses, carísimo, que los natalicios de los mártires se celebran solo con comidas y con banquetes más profusos: sino que se te propone para imitarlo lo que celebras en la memoria del mártir.

Mira, pues, carísimo, la presteza del pueblo que está alrededor. Pues en este día estuvo presente en otro tiempo una turba de impíos, cuando san Cipriano era herido por orden del tirano; había turbas de malvados, coros de espectadores expectantes; ahora una multitud de fieles ha acudido con devoción a alegrarse juntos: entonces una turba de los que se ensañaban, ahora de los que se regocijan; entonces de desesperados, ahora de los que esperan. Por eso, pues, se celebran con alegría anual los natalicios de los mártires, para que lo que se hizo una vez permanezca por todos los siglos en la memoria de los devotos. El hecho sucedió, carísimo, para que no dijeras que lo ignorabas; se celebra cada año, para que no digas: «Me he olvidado».

Animaos, pues, carísimos, a imitar estas cosas; desead esta gracia de la magnanimidad; pedid que se os dé lo que él mereció alcanzar. Pues todos los que desean las cosas celestiales no pueden enredarse en los lazos de los bienes terrenos, porque pusieron su modo de vivir en los cielos: como dice el santo Apóstol: Nuestro modo de vivir, en cambio, está en los cielos (Flp 3,20). Diríjase, pues, el deseo de nuestro corazón a la morada celestial, donde, cuando vuestro tesoro haya sido repartido a los pobres, allí estará también vuestro corazón (Mt 6,21). Y el tesoro de todos los bienes es Cristo, que con el Padre y el Hijo y el Espíritu Santo se digne colmaros y llenaros de dones celestiales, ahora y para siempre.

Sermo CXXX.

In consecratione episcopi

Sicut magnae promissionis longa exspectatio accendit animum, mentem fatigat, ita sensus omnes, et interna ipse viscerum suscitat optatus promissionis effectus. Hinc est quod hodie, sicut dixit Isaias, Ecclesia mater sancta festiva, tota gaudens et compta processit, induit se tunicam jucunditatis suae; et sicut sponsa imposuit sibi mitram, ac vario se composuit et decoravit ornatu, ut coelum stellis fulget luminibus, et terra vernat floribus suis; et ut hortus producit germina sua, ita produxit laetitia in conspectu omnium filiorum suorum.

Quia juxta pollicitationem David: Hodie pro patre natus est ei filius, qui eam non pondere inclinet, non auctoritate deterreat, non commotione sollicitet, non asperitate conturbet, sed fideli sustentet obsequio; cura pervigili faciat persecuram, sollicito labore necessaria procuret, familiam blanda institutione componat, hospitibus occurrat, parentibus serviat, regibus obtemperet, potestatibus collaboret, det senibus reverentiam, pueris gratiam, fratribus amorem, parvulis impendat affectum, liberam per Christum cunctis exhibeat servitutem.

David dixit: Audi, filia, et vide. Ego dicam: Audi, mater, et vide, pro patribus tuis nati sunt tibi filii. Sint prudentia senes, gravitate patres, charitate filii, virtute juvenes, dulcedine soboles, innocentia infantes, malitia parvuli, quae mundi sunt nescientes: totam regni Dei praesentiam possidentes, attestante Domino, cum dicit: Sinite parvulos venire ad me, talium est enim regnum coelorum. Tales generat perpetuae virginitatis copula, tales generat coelestis vitae conjunctio, sexus nescia, conceptus conscia, gnara partus, corruptionis ignara, pudore integra, integritate clausa, casta pignoribus, fecunditate diffusa. Haec tam pia mater dum unius germinis sui hodie natalitia festa celebrat, sinus aperit, extendit amplexus, emittit vocem, divinis cantat in canticis, ut omnes advocet, omnes capiat, omnes ad congaudendum sibi gremio charitatis includat.

Sermón CXXX.

En la consagración de un obispo

Así como la larga espera de una gran promesa enciende el ánimo, fatiga la mente, así el cumplimiento deseado de la promesa despierta todos los sentidos y lo interior de las entrañas. De aquí que hoy, como dijo Isaías, la santa madre Iglesia, festiva, toda gozosa y engalanada, ha salido, se ha vestido la túnica de su alegría; y como esposa se puso la mitra, y se compuso y adornó con variado ornato, como el cielo resplandece con las luces de las estrellas, y la tierra florece con sus flores; y como el huerto produce sus brotes, así produjo ella con alegría a la vista de todos sus hijos (Is 61,10-11).

Porque, según la promesa de David, hoy en lugar del padre le ha nacido un hijo (Sal 45,17), que no la doblegue con el peso, no la atemorice con la autoridad, no la inquiete con la agitación, no la turbe con la aspereza, sino que la sostenga con fiel servicio; que con cuidado vigilante la haga del todo segura, procure lo necesario con trabajo solícito, ordene la familia con suave instrucción, salga al encuentro de los huéspedes, sirva a los padres, obedezca a los reyes, colabore con las potestades, dé a los ancianos reverencia, a los niños gracia, a los hermanos amor, dispense afecto a los pequeños, muestre a todos por Cristo una servidumbre libre.

David dijo: Escucha, hija, y mira (Sal 45,11). Yo diré: «Escucha, madre, y mira»: en lugar de tus padres te nacieron hijos (Sal 45,17). Sean ancianos en prudencia, padres en gravedad, hijos en caridad, jóvenes en virtud, descendencia en dulzura, infantes en inocencia, pequeños en malicia, ignorando las cosas del mundo: poseyendo toda la presencia del reino de Dios, como atestigua el Señor cuando dice: Dejad que los pequeños vengan a mí, porque de los tales es el reino de los cielos (Mt 19,14). Tales engendra el vínculo de la perpetua virginidad, tales engendra la unión de la vida celestial, que no conoce el sexo, consciente de la concepción, sabedora del parto, ignorante de la corrupción, íntegra en el pudor, cerrada en la integridad, casta en sus prendas, difundida en la fecundidad. Esta madre tan piadosa, mientras hoy celebra la fiesta natalicia de uno de sus brotes, abre su seno, extiende sus abrazos, emite su voz, canta en cánticos divinos, para llamar a todos, acoger a todos, encerrar a todos en el regazo de la caridad para que se alegren con ella.

Adest ipsa etiam mater Christiani perennis et fidelis imperii, quae dum fide, opere misericordiae, sanctitate in honore Trinitatis beatam sectatur et imitatur Ecclesiam, procreare, amplecti, possidere, augustam meruit Trinitatem. Sic remunerat Trinitas in sui amore et ardore ferventes, ista meruit ut daret sibi honorem, gauderet quod sibi fecit Dei gratia religionem consimilem. Ista meruit ut genitricis dignitas per genitricem redundaret in posteros. Orate, fratres, ut Christiani principes, quia pia devotione dignantur nostris occurrere gaudiis, nostris solemnitatibus interesse, ipsos quoque pari gratia omnium sacerdotum longo in tempore obsecratio devota commendet.

Está presente también la madre misma del imperio cristiano, perenne y fiel, la cual, mientras con la fe, con las obras de misericordia, con la santidad, en honor de la Trinidad, sigue e imita a la bienaventurada Iglesia, mereció procrear, abrazar, poseer una augusta trinidad. Así recompensa la Trinidad a los que arden en su amor y en su ardor: esta mereció que se le diera honor, que se alegrara de que la gracia de Dios le hiciera una religión semejante a la suya. Esta mereció que la dignidad de la progenitora redundara por la progenitora en sus descendientes. Orad, hermanos, para que también a los príncipes cristianos, que con piadosa devoción se dignan acudir a nuestras alegrías, asistir a nuestras solemnidades, los encomiende por largo tiempo, con igual gracia, la devota súplica de todos los sacerdotes.

Sermo CXXXI.

De Deo, ut videatur; de livore et pertinacia Judaeorum, deque hominis morte

Saepe diximus quod Deus corporeis oculis non videtur, quod divinitas non clauditur mente carnali, quod humana ratio rerum non capit conditorem, sed Deum sola fides attingit, credulitas sentit tota, nec quantus est, sed quia est, hominis, quantuscumque est, intuetur aspectus. Denique Moyses, qui de servo in amicum, de homine promovetur in Deum, Dei faciem quaerit, sed non invenit; petit, sed non accipit; et ut posteriora tantum Dei videat, admonetur: quatenus homo Deum quaerat sequi, non praecedere; neque ante Deum quae sint quaerere praesumat; sed quod per Deum sint omnia adorator agnoscat.

Crebro Deus hominibus formam hominis demonstrat, et magnitudinem suam tantam, brevem nostri operis colligit in figuram, ut praesentiam divinam possit infirmus noster oculus intueri, angustus noster recipere possit aspectus. Sic ad Abraham Deus venit in hominis forma, succedit hospitis in figura, et lassi viatoris in morem accepit pedibus suis aquam; sed et invitatus ad mensam vituli et panis appositione saturatur: et ita se totus humano credit et committit obsequio, ut ipso tactu, visu, verum hominem videatur explere, et hoc eo tempore quo verus Deus sterilitati extremae senis desperatae patefactis visceribus in partum sobolem largiturus advenit. Sic Jacob vianti conviator occurrit, et ita se humano collegio socium praebet, ut provocanti homini Deus totus in luctam inseratur, et tunc videbatur nervis aut lacertis vincere, quando victor coelestia dat dona, munera dat divina.

Sic Isaias Deum regali habitu sedere conspexit, ut agnosceret nisi a Deo rege regantur reges, ipsos cum sint homines, nihil regere posse rectores. Sic Daniel Deum Patrem, crine niveo, senectute reverenda, antiquitate terribilem, septum angelis, ignitum sede, ad judicandum residere conspicit. Sic ipsum Filium Dei in hominis filio venientem cum coeli nubibus intuetur, ut ignotum ante tantis perfidis Christum, fidelibus notum semper fuisse cognoscat. Si toties Deus ab hominibus in figura hominis videtur, quid est quod Judaeus modo hominem videns Christum, sic exasperatur, nisi forte figura, honor, veritas, putatur injuria?

Sermón CXXXI.

Sobre Dios, cómo es visto; sobre el rencor y la obstinación de los judíos; y sobre la muerte del hombre

Muchas veces hemos dicho que Dios no se ve con los ojos corporales, que la divinidad no se encierra en la mente carnal, que la razón humana no abarca al Hacedor de las cosas, sino que solo la fe alcanza a Dios, la creencia entera lo percibe, y la mirada del hombre, por grande que sea, contempla no cuán grande es, sino que es. En efecto, Moisés, que de siervo es promovido a amigo, de hombre hasta Dios, busca el rostro de Dios, pero no lo encuentra; pide, pero no recibe; y se le advierte que vea solo la espalda de Dios (Ex 33,23): para que el hombre busque seguir a Dios, no precederlo; ni presuma buscar qué cosas haya antes de Dios; sino que reconozca, adorándolo, que todo existe por Dios.

Con frecuencia Dios muestra a los hombres la forma de hombre, y recoge su magnitud tan grande en la breve figura de nuestra hechura, para que nuestro débil ojo pueda contemplar la presencia divina, nuestra estrecha mirada pueda recibirla. Así vino Dios a Abraham en forma de hombre, se presenta en figura de huésped, y a la manera de un caminante fatigado recibió agua para sus pies; y además, invitado a la mesa, se sacia con lo que se le sirve del ternero y del pan: y así se confía y se entrega todo al servicio humano, que con el tacto mismo, con la vista, parece cumplir en todo a un hombre verdadero, y esto en el tiempo en que el Dios verdadero vino para dar descendencia a la extrema esterilidad de una anciana sin esperanza, abriéndole las entrañas para el parto (Gn 18,1-10). Así sale al encuentro de Jacob, compañero de camino del caminante, y de tal modo se ofrece como socio en compañía humana, que Dios entero se mete en la lucha con el hombre que lo provoca, y entonces parecía vencer por nervios o músculos, cuando el vencedor da dones celestiales, da regalos divinos (Gn 32,25-30).

Así vio Isaías a Dios sentado con atavío real (Is 6,1), para que reconociera que, si los reyes no son regidos por Dios rey, los gobernantes mismos, siendo hombres, nada pueden regir. Así ve Daniel a Dios Padre, de cabello níveo, de venerable ancianidad, terrible por su antigüedad, rodeado de ángeles, ígneo en su sede, sentado para juzgar (Dan 7,9-10). Así contempla al Hijo mismo de Dios que viene en el hijo del hombre con las nubes del cielo (Dan 7,13), para que conociera que Cristo, desconocido antes para tantos incrédulos, siempre había sido conocido por los fieles. Si tantas veces Dios es visto por los hombres en figura de hombre, ¿por qué el judío, viendo ahora a Cristo hombre, se exaspera así, a no ser que acaso la figura, el honor, la verdad se tenga por injuria?

Retulit evangelista hodie Christum dixisse: Si quis sermonem meum servaverit, non videbit mortem in aeternum. Ad quod verbum responderunt Judaei: Nunc cognovimus quia daemonium habes: Abraham pater noster mortuus est et prophetae; et tu dicis: Si quis sermonem meum servaverit, non gustabit mortem in aeternum. Numquid tu major es patre nostro Abraham? Quem teipsum facis?

Omnes perfidia qualiter excepit! o qualiter oculos claudit livor! quantum judicium cordis nequitia praejudicata confundit! o quam dure amputat obstinatio rationem! sensus humanus perversus audire non potest, quod semel statuit odisse, malis bonitas exosa, justitia injustis inimica. Hinc est quod homines mendaces cognoscere nequeunt veritatem, judex animus invenire verum non potest inter nuntia falsitatum. Quod vult, non quod est, audit semper, qui decrevit errare. Dixerat Christus: Si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in aeternum. Judaeus non discutit audita, interpretari sibi dicta non quaerit: quod ipse impossibile aestimat, exigit ut ille astruat qui promittit; sed mox de conceptu mentis blasphemiam parturit, serit injurias, maledicta diffundit, et auctoritatem dicentis ita contumeliis vacuare nititur, ut et aeterna dare posse mortalibus non credatur, qui sic humanis videtur subjacere.

Nunc scimus quoniam daemonium habes. Daemon mali auctor, mala promittit, non bona; occidere, non vivificare consuevit; nec vult aeternos esse homines, quos nec temporales esse permittit. Ergo non est daemon, sed Deus est Christus, qui redonat quam donaverat vitam, et verbo suo aeternos facit homines, quos diabolus persuasione sua fecerat temporales.

Abraham, inquit, mortuus est et prophetae, et tu dicis: Si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in aeternum. Audiat fidelis, ut fide revelante cognoscat quod infidelis nescit audire, quod videre non potest qui semet incredulitatis demersit obscuro. Dixit Christus: Mortem non videbit. Obstinatio tua, Judaee, merito dicere falsitatem quaerit. Abraham et prophetae verbum audientes tenaciter servaverunt, sed tamen mortui sunt, sed non in aeternum. Ergo cum dicit: Mortem non videbit, et addidit In aeternum, resurrectionem promittit, non temporaliter negat esse morituros. Judaee, quos mors in praesenti saeculo faciebat non esse, nos resurrectio perpetuos reficit in futurum. Audi apertius hoc dicentem: Omnis qui crediderit, non morietur in aeternum, sed transibit de morte ad vitam. Quomodo non moritur? Quia de morte transit ad vitam. Moritur ergo, moritur omnis qui nascitur de conditione mortali; sed vivit, et in aeternum vivit, omnis qui renascitur de generatione vitali.

Nos refirió hoy el evangelista que Cristo dijo: Si alguno guarda mi palabra, no verá la muerte eternamente (Jn 8,51). A esta palabra respondieron los judíos: Ahora conocemos que tienes un demonio: Abraham nuestro padre murió, y los profetas; y tú dices: Si alguno guarda mi palabra, no gustará la muerte eternamente (Jn 8,52). ¿Acaso eres tú mayor que nuestro padre Abraham? (Jn 8,53) ¿Quién te haces a ti mismo?

¡Cómo se apoderó de todos la incredulidad! ¡oh, cómo cierra los ojos el rencor! ¡cuánto confunde el juicio del corazón la maldad que ha juzgado de antemano! ¡oh, cuán duramente amputa la obstinación la razón! el sentido humano pervertido no puede oír lo que una vez decidió odiar: a los malos les es odiosa la bondad, la justicia es enemiga de los injustos. De aquí que los hombres mentirosos no pueden conocer la verdad, y el ánimo, como juez, no puede hallar lo verdadero entre los mensajes de las falsedades. Quien decidió errar oye siempre lo que quiere, no lo que es. Había dicho Cristo: Si alguno guarda mi palabra, no verá la muerte eternamente. El judío no examina lo oído, no busca interpretarse lo dicho: lo que él estima imposible, exige que lo pruebe el que lo promete; sino que en seguida, de la concepción de su mente, pare la blasfemia, siembra injurias, esparce maldiciones, y se esfuerza por vaciar con ultrajes la autoridad del que habla, de modo que no se crea que puede dar lo eterno a los mortales el que así parece sujeto a las cosas humanas.

Ahora sabemos que tienes un demonio. El demonio, autor del mal, promete males, no bienes; suele matar, no vivificar; ni quiere que los hombres sean eternos, a quienes ni siquiera permite ser temporales. Luego Cristo no es un demonio, sino Dios, que devuelve la vida que había dado, y con su palabra hace eternos a los hombres, a quienes el diablo con su persuasión había hecho temporales.

Abraham, dice, murió, y los profetas, y tú dices: Si alguno guarda mi palabra, no verá la muerte eternamente. Oiga el fiel, para conocer por la revelación de la fe lo que el infiel no sabe oír, lo que no puede ver quien se sumergió en la oscuridad de la increencia. Dijo Cristo: No verá la muerte. Tu obstinación, judío, con razón busca llamarlo falsedad. Abraham y los profetas, oyendo la palabra, la guardaron tenazmente, y sin embargo murieron, pero no eternamente. Así pues, cuando dice: No verá la muerte, y añadió: eternamente, promete la resurrección; no niega que hayan de morir temporalmente. Judío, a nosotros, a quienes la muerte en el siglo presente hacía no ser, la resurrección nos rehace perpetuos para el futuro. Óyele decir esto más abiertamente: Todo el que crea no morirá eternamente, sino que pasará de la muerte a la vida (Jn 5,24; 11,26). ¿Cómo no muere? Porque pasa de la muerte a la vida. Muere, pues, muere todo el que nace de condición mortal; pero vive, y vive eternamente, todo el que renace de la generación vital.

Sed dico, qui potuit auferre mortem, quare hominem voluit transire per mortem? gratior enim videtur medicus qui anticipat morbos, quam qui morbis ingerit seram et non sine dolore medicinam. Judaee, fecisset et hoc medicus Christus, si medico aegrotus non fuisset ingratus. Ille et vitam dedit, et homini mortem venire praedixit: sed ille qui adversa non senserat, prospera servare nescivit. Bona, quam sint bona, scire, nisi malorum cognitione non possumus. Ergo magnificabitur Christus, qui et ante inhabitam vitam dedit, et perditam modo reddit: et homo plus gnarus vitae, erit sibi cautior, erit plus gratus auctori.

Numquid major es, inquit, patre nostro Abraham? Plane major et tanto major, quantum servo dominus, quantum Deus homine, quantum factura factor, quantum vivificans mortuo, quantum suscitans suscitato. Respondit Jesus, Abraham exsultavit ut videret diem meum; vidit, et gavisus est. Ille, ut ostenderet vivere Abraham, dixit illum vidisse diem suum, id est diem quo mundo natus est Christus. Dierum conditor non tenetur die, temporis auctor tempora nescit; sed Christus propter hominem homo natus, et diem suscepit et tempus. Abraham exsultavit ut videret diem meum. Si Moyses et Elias in monte occurrunt, ut promissum conspicerent Christum, quomodo nec Abraham occurrit ad partum Virginis, ut promissam benedictionem in gentibus, id est, in semine suo, patientissimus exspectator intenderet?

Amen, amen, inquit, dico vobis quia ante Abraham ego sum. Si omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, et hic est cui Pater dixit: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, quomodo Abraham non vidit? Faciamus hominem ad imaginem, et similitudinem nostram. Angelus et Deus, ut diversa est substantia, sic imago. Ergo non nisi ad Filium loquitur Pater, cum dicit: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, quibus est imago eadem, eademque substantia.

Tulerunt lapides, ut mitterent in illum. Et aedificantes turrem, ut altius caderent, ipsi sibi lapides providerunt; et isti lapides, non ut Deum occiderent, sed unde se occiderent, miserabiles attulerunt. Jesus abscondit se. Non timens, sed ignoscens: Deus peccatorem cum fugit, parcit; Deus rebellem non vult perdere, cum declinat.

Pero digo: ¿por qué el que pudo quitar la muerte quiso que el hombre pasara por la muerte? pues parece más grato el médico que se anticipa a las enfermedades que el que aplica a las enfermedades una medicina tardía y no sin dolor. Judío, también esto lo habría hecho el médico Cristo, si el enfermo no hubiera sido ingrato con el médico. Él dio la vida y predijo al hombre que vendría la muerte: pero aquel que no había sentido la adversidad no supo conservar la prosperidad. Cuán buenos son los bienes no podemos saberlo sino por el conocimiento de los males. Así pues, será engrandecido Cristo, que dio la vida antes, cuando aún no se poseía, y ahora la devuelve perdida: y el hombre, más conocedor de la vida, será más cauto consigo, será más agradecido a su autor.

¿Acaso eres tú mayor, dice, que nuestro padre Abraham? Mayor sin duda, y tanto mayor cuanto el señor que el siervo, cuanto Dios que el hombre, cuanto el hacedor que la hechura, cuanto el que vivifica que el muerto, cuanto el que resucita que el resucitado. Respondió Jesús: Abraham se regocijó por ver mi día; lo vio, y se alegró (Jn 8,56). Él, para mostrar que Abraham vive, dijo que había visto su día, es decir, el día en que Cristo nació al mundo. El Hacedor de los días no está sujeto al día, el autor del tiempo no conoce tiempos; pero Cristo, nacido hombre por el hombre, asumió el día y el tiempo. Abraham se regocijó por ver mi día. Si Moisés y Elías acuden al monte para contemplar al Cristo prometido (Mt 17,3), ¿cómo no iba a acudir también Abraham al parto de la Virgen, para fijar sus ojos, pacientísimo esperador, en la bendición prometida en las naciones, es decir, en su descendencia?

En verdad, en verdad, dice, os digo que antes que Abraham, yo soy (Jn 8,58). Si todo fue hecho por él, y sin él nada fue hecho (Jn 1,3), y este es aquel a quien el Padre dijo: Hagamos al hombre a nuestra imagen y semejanza (Gn 1,26), ¿cómo no lo vio Abraham? Hagamos al hombre a nuestra imagen, y semejanza. El ángel y Dios, así como es diversa su sustancia, así lo es su imagen. Luego no habla el Padre sino al Hijo, cuando dice: Hagamos al hombre a nuestra imagen y semejanza, ellos, que tienen una misma imagen y una misma sustancia.

Tomaron piedras para arrojárselas (Jn 8,59). También los que edificaban la torre, para caer desde más alto, se proveyeron ellos mismos de piedras; y estos miserables trajeron piedras, no para matar a Dios, sino con que matarse a sí mismos. Jesús se escondió. No por temor, sino por perdonar: Dios, cuando huye del pecador, lo perdona; Dios no quiere perder al rebelde cuando se aparta.

Sermo CXXXII.

De unitate fidelium

Si perfecta omnia, si robusta, si nullius indiga gigneret et proferret natura, profecto aboleretur pietas, ingenium deficeret, ars periret, aurum obscuraretur in terra, gemma occultaretur in lapide: utraque tamen invenit, purgat, distinguit, elimat opifex disciplina; et ars eadem usque ad murenulae pretiosae speciem, gratiamque perducit; et quod terra naturae largo de fonte producit, aut asperatur sentibus, aut agresti luxuria dominante silvescit, nisi illud ad cultum suum solers agricolae revocet industria; et ne longius evagemur, uno et vernaculo ea in quibus nitimur afferamus exemplo. In cunabulis jam natus homo in homine est, sed latet; est corpus, et non est; membra videntur, et non sunt; vivunt quae non vigent sensu; inclinatur pietas, desudat industria, ars laborat; et ut plenius dicam, quot membra hominis, tot magisteria ut hominem perficiant, elaborant. Et quid plura? cuncta quae natura generat vel producit, pietas nutrit, industria excolit, ars decorat.

Et quid mirum, fratres, si Deus, qui pati propter hominem voluit, ut hominis honoraret industriam, in rebus praesentibus infirmari voluit et naturam? Hinc est quod sensus in littera latet, occultatur divinum in humano sermone mysterium; ut quae credentibus adhuc futura jam patent, perfidis et non credentibus obscurentur, ac si infidelium poena fidelium redundet ad gloriam. Non enim parvi est cruciatus visa non cernere, audita nescire, salutifera velut noxia declinare, virtutes quasi vitia sic cavere, dicente ipso Domino: In parabolis loquor, ut videntes non videant, et audientes non audiant; et ad fideles: Vobis autem datum est nosse mysterium Dei.

Nulli ergo, fratres, simplicitate sua aut communis aut vilis sermo evangelicus habeatur, praesertim cum ipsa personans evangelicae lectionis tuba bene petentibus et pie cupientibus praedixerit denegandum, dicendo: Quia si duo ex vobis convenerint super terram, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo. Audistis quantum possit et praevaleat sanctae petitionis assensus: non dixit illud aut illud, sed totum se promittit quidquid unitas postulationis concupierit, praestaturum, cum dicit: De omni re, quamcumque petierint, fiet illis.

Sermón CXXXII.

Sobre la unidad de los fieles

Si la naturaleza engendrara y produjera todas las cosas perfectas, todas robustas, sin carecer de nada, sin duda se aboliría la piedad, faltaría el ingenio, perecería el arte, el oro quedaría oscuro en la tierra, la gema escondida en la piedra: pero a ambos los halla, limpia, distingue, pule la disciplina del artífice; y el mismo arte los lleva hasta la belleza y la gracia de un precioso collar; y lo que la tierra produce del generoso manantial de la naturaleza, o se eriza de espinos, o se vuelve selva bajo una lozanía agreste que la domina, si la diligente industria del agricultor no lo hace volver a su cultivo; y, para no divagar más, aduzcamos con un solo ejemplo, y doméstico, aquello en que nos apoyamos. En la cuna, el hombre recién nacido ya es hombre en el hombre, pero está escondido; hay cuerpo, y no lo hay; se ven miembros, y no lo son; viven cosas que no tienen vigor de sentido; se inclina la piedad, se afana la industria, trabaja el arte; y, para decirlo más plenamente, cuantos miembros tiene el hombre, tantos magisterios se afanan por perfeccionar al hombre. ¿Y qué más? todo lo que la naturaleza engendra o produce, la piedad lo nutre, la industria lo cultiva, el arte lo adorna.

¿Y qué tiene de extraño, hermanos, que Dios, que quiso padecer por el hombre para honrar la industria del hombre, quisiera que en las cosas presentes también la naturaleza fuera débil? De aquí que el sentido se esconde en la letra, se oculta el misterio divino en el lenguaje humano; para que lo que a los creyentes, aunque todavía futuro, ya les es patente, se oscurezca para los incrédulos y para los que no creen, como si el castigo de los infieles redundara en gloria de los fieles. Pues no es pequeño tormento no percibir lo visto, no saber lo oído, rehuir lo saludable como nocivo, guardarse de las virtudes como de vicios, pues dice el Señor mismo: Hablo en parábolas, para que viendo no vean, y oyendo no oigan (Lc 8,10); y a los fieles: Pero a vosotros se os ha dado conocer el misterio de Dios (Mc 4,11).

Que nadie, pues, hermanos, tenga por común o vil, a causa de su sencillez, la palabra del Evangelio, sobre todo cuando la misma trompeta de la lectura evangélica, resonando, ha proclamado de antemano lo que no ha de negarse a los que piden bien y desean piadosamente, diciendo: Si dos de vosotros se ponen de acuerdo sobre la tierra acerca de cualquier cosa que pidan, les será hecha por mi Padre (Mt 18,19). Habéis oído cuánto puede y prevalece el acuerdo de la santa petición: no dijo esto o aquello, sino que promete concederlo todo, cuanto desee la unidad de la petición, cuando dice: Acerca de cualquier cosa que pidan, les será hecha.

Salva tamen ea cautela et reverentia, ut a Deo, quae Deo digna sunt, postulentur; qui enim mala a Deo postulat, Deum mali judicat et sentit auctorem: et quia vilia et indigna precatur, praestantis potestatem et potentiam degener petitor ignorat. Non ergo impia, sed pia; non terrena, sed coelestia; non illecebris, sed virtuti congrua; non digna odiis, sed apta concordiae, a tali semper exoranda sunt largitore.

Ubi sunt qui praesumunt Ecclesiae conventum posse contemni, et solitarias preces venerandae congregationi autumant anteferri, si duobus vel tribus simul positis medium se futurum, et omnia se promittit quae postulatus fuerit praestaturum? Qui nil negat tam paucis, quid in conciliis et congregatione sanctorum poscentibus denegabit? Sic credens propheta hoc adeptum se gloriatur cum dicit: Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo, in concilio justorum et congregatione. Toto corde confitetur, qui totum sibi in concilio sanctorum quod poposcerit, audit esse praestandum.

Sed nonnulli sub specie fidei, contemptus sui excusare nituntur ignaviam; ut neglecto venerandi coetus et congregationis ardore, illud se tempus orationi deputasse confingant, quod domesticis dederint et impenderint curis; et dum propriis desideriis mancipantur, divina contemnunt et despiciunt instituta. Isti sunt qui corpus Christi dissipant, membra dispergunt: nec ad decorem suum patiuntur formam Dominici habitus pervenire, quam propheta cum vidisset in spiritu, sic canebat: Speciosus forma prae filiis hominum. Habent quidem singula membra proprium sui munus officii, quod tamen tunc implere poterunt, si connexa sibi et compaginata perfecti corporis perveniant ad decorem. Hoc ergo interest inter congregationis plenitudinem gloriosam, et separationis praesumptam de ignorantia aut negligentia vanitatem; quod in salute et honore integri corporis species est unitas membrorum et in separatione viscerum est foeda, lethalis et horrenda pernicies.

Homo, quid aliud te docuit in tuo corpore, aut sic divisa conjunctio, aut tam conjuncta divisio, nisi ut ex multis unus, et unus in multis viveres? Est membrorum commercio salutari pretiosus oculus, sed si perseverat in corpore; alioqui ubi corpori defuerit, sibi non aderit: debent illi membra omnia suae lucis obsequium; sed et ipse oculus sentit corpori se debere quod lux est, qui utique cum omnibus membris ministerium membrorum provideat, evulsus a corpore nec videt. Quisquis ille est qui se putat esse aliquid, tali institutus exemplo maneat in Ecclesia, ut sit aliquid; alioqui ubi defuerit illi, sibi esse mox definit. Quod qui plenius nosse desiderat, Apostoli de corpore Christi loquentis perlegat instituta, quia nos illa percurrere sermonis brevitas amica non patitur.

Salvadas, sin embargo, esta cautela y reverencia: que se pida a Dios lo que es digno de Dios; pues quien pide a Dios males, juzga y tiene a Dios por autor del mal: y como ruega por cosas viles e indignas, el peticionario degenerado ignora la potestad y la potencia del que da. No cosas impías, pues, sino piadosas; no terrenas, sino celestiales; no conformes a los halagos, sino a la virtud; no dignas de odio, sino aptas para la concordia, han de implorarse siempre de tal dador.

¿Dónde están los que presumen que puede despreciarse la asamblea de la Iglesia, y afirman que las oraciones solitarias han de preferirse a la venerable congregación, cuando él promete que estará en medio de dos o tres reunidos, y que concederá todo lo que se le pida (Mt 18,20)? El que nada niega a tan pocos, ¿qué negará a los que piden en las asambleas y en la congregación de los santos? Así el Profeta, creyéndolo, se gloría de haberlo obtenido, cuando dice: Te confesaré, Señor, con todo mi corazón, en la asamblea de los justos y en la congregación (Sal 111,1). Confiesa con todo el corazón quien oye que se le ha de conceder todo lo que haya pedido en la asamblea de los santos.

Pero algunos, bajo apariencia de fe, se esfuerzan por excusar la desidia de su desprecio; de modo que, descuidado el ardor de la venerable reunión y congregación, fingen haber destinado a la oración el tiempo que dieron y emplearon en los cuidados domésticos; y mientras son esclavos de sus propios deseos, desprecian y desdeñan las instituciones divinas. Estos son los que disipan el cuerpo de Cristo, dispersan sus miembros: ni permiten que la forma de la condición del Señor llegue a su hermosura, la cual el Profeta, cuando la vio en espíritu, cantaba así: Hermoso en forma más que los hijos de los hombres (Sal 45,3). Cada miembro tiene, sin duda, la tarea propia de su oficio, que, sin embargo, solo podrán cumplir si, conectados entre sí y ensamblados, llegan a la hermosura de un cuerpo perfecto. Esta es, pues, la diferencia entre la gloriosa plenitud de la congregación y la vanidad de la separación, presumida por ignorancia o negligencia: que en la salud y en el honor de un cuerpo entero su hermosura es la unidad de los miembros, y en la separación de las entrañas hay una ruina fea, mortal y horrenda.

Hombre, ¿qué otra cosa te enseñó en tu cuerpo, o una unión tan dividida, o una división tan unida, sino que vivieras uno de muchos, y uno en muchos? Es precioso el ojo por el comercio saludable de los miembros, pero si permanece en el cuerpo; de otro modo, cuando falte al cuerpo, no estará presente para sí: todos los miembros le deben el servicio de su luz; pero también el ojo mismo siente que debe al cuerpo el ser luz, pues, aunque provee con todos los miembros al ministerio de los miembros, arrancado del cuerpo ni siquiera ve. Quienquiera que sea el que se cree ser algo, instruido por tal ejemplo, permanezca en la Iglesia, para ser algo; de otro modo, cuando le falte a ella, al punto deja de ser algo para sí. El que desee conocer esto más plenamente, lea las enseñanzas del Apóstol que habla del cuerpo de Cristo (1 Cor 12,12-27), porque la amable brevedad del sermón no nos permite recorrerlas.

Lex est data non uni, sed omnibus. Christus non pro uno, nec ad unum, sed ad omnes, et pro omnibus venit; ut redintegraret omnes in unum, solum bonum, solum jucundum propheta futuri praescius, sic proclamat: Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum. Quia Deo non singularitas est accepta, sed unitas. Spiritus sanctus apostolis in unum congregatis ubertate tota sui fontis illabitur, cujus ut simul discipuli operirentur adventum Dominica sunt praeceptione commoniti. Fratres, amittit divina munera, perdit gratiae largitatem, charitatis fraudatur bonis, unitatis illum benedictio non manebit, qui de se maleficus, et ex defectu suo stulte sibi sufficiens, sic praeter Ecclesiam vitam quaerit, quam in ipsa tantum esse propheta testatur, dicendo: Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum; quia illic mandavit Dominus benedictionem et vitam usque in saeculum.

La Ley fue dada no a uno, sino a todos. Cristo no vino por uno, ni a uno, sino a todos, y por todos; para reintegrar a todos en uno: este único bien, este único gozo lo proclama así el Profeta, presciente del futuro: Mirad qué bueno y qué agradable es que los hermanos habiten en unidad (Sal 133,1). Porque a Dios no le es acepta la singularidad, sino la unidad. El Espíritu Santo se derrama con toda la abundancia de su fuente sobre los apóstoles reunidos en uno (Hch 2,1-4), cuya venida, por precepto del Señor, se advirtió a los discípulos que esperaran juntos (Hch 1,4). Hermanos, pierde los dones divinos, pierde la largueza de la gracia, queda defraudado de los bienes de la caridad, no permanecerá en él la bendición de la unidad, el que, malhechor por sí mismo, y neciamente suficiente para sí desde su propia falta, busca así la vida fuera de la Iglesia, la vida que el Profeta atestigua que está solo en ella, diciendo: Mirad qué bueno y qué agradable es que los hermanos habiten en unidad; porque allí mandó el Señor la bendición y la vida para siempre (Sal 133,1.3).

Sermo CXXXIII.

In D. Andream apostolum

Beatus Andreas merito natus hodie creditur, quando non ad praesentem vitam materno est effusus ex utero, sed conceptu fidei, martyrii partu, coelestem noscitur generatus ad gloriam. Quando non eum materna cunabula suscepere vagientem, sed superna triumphantem secreta receperunt; quando non infirmum lactis pastum genitricis trahit ex pectore, sed pro rege suo devotissimus miles virtutis sanguinem fudit. Vivit, quia mortem coelestis militiae bellator occidit.

Sequitur hic moriendo Domino aestuans et anhelans, ac toto virtutis gradu Dominicis incumbit haerere vestigiis, ne eum cursus faciat disparem fratri, quem natura similem, vocatio socium, parem gratia ipsa perfecerat. Ad unam vocem Domini sicut ille patrem, patriam, censum reliquit: laboribus, opprobriis, itineribus, contumeliis, vigiliis, Christo largiente, se indefesse germani societati donavit: solum est quod tempore Dominicae Passionis fugit, sed neque hoc impar, quia fugit. Negare autem si aliqua putatur culpa, non est gravius fugere quam negare. Sed tacenda sunt alia: aequavit, fratres, venia, quos sic discreverat culpa.

Et subsecutus martyrii fervor devotos perprobavit, quos metus improbaverat antecedens. Nam crucem quam refugerant, postea conjunctis viribus ardenter invadunt, ut unde reatum sumpserant, inde conscenderent coelum, inde praemium sumerent et coronam. Petrus namque crucem, arborem conscendit Andreas; ut qui Christo compati gestiebant, in semetipsis figuram formamque ipsius exprimerent passionis; et redempti ligno, consummarentur ad palmam. Sic Andreas noster etsi cedit ordini, praemio tamen non cedit et labori.

Sermón CXXXIII.

Sobre san Andrés, apóstol

Con razón se cree que el bienaventurado Andrés nació hoy, pues no fue derramado del seno materno a la vida presente, sino que se sabe que fue engendrado para la gloria celestial por la concepción de la fe y el parto del martirio. Pues no lo acogió llorando una cuna materna, sino que lo recibieron triunfante las moradas secretas de lo alto; pues no saca del pecho de su progenitora el débil alimento de la leche, sino que, como soldado devotísimo de la virtud, derramó su sangre por su rey. Vive, porque como guerrero de la milicia celestial dio muerte a la muerte.

Sigue aquí al Señor muriendo, ardiendo y anhelante, y con todo el paso de su virtud se empeña en adherirse a las huellas del Señor, para que su carrera no lo hiciera desigual a su hermano, a quien la naturaleza había hecho semejante, la vocación compañero, la gracia misma igual. A una sola palabra del Señor, como él, dejó padre, patria y caudal: en trabajos, oprobios, viajes, afrentas y vigilias, por largueza de Cristo, se entregó sin descanso a la compañía de su hermano: lo único es que en el tiempo de la Pasión del Señor huyó; pero ni en esto fue desigual, porque huyó. Pero si negar se tiene por alguna culpa, no es más grave huir que negar. Pero lo demás hay que callarlo: el perdón, hermanos, igualó a quienes la culpa había separado así.

Y el fervor del martirio que vino después probó plenamente devotos a aquellos a quienes el miedo que lo precedió había reprobado. Pues la cruz de la que habían huido, después la acometen ardientemente con fuerzas unidas, para que de donde habían contraído la culpabilidad, de allí subieran al cielo, de allí recibieran el premio y la corona. Pues Pedro subió a una cruz, Andrés a un árbol; para que los que ansiaban padecer con Cristo expresaran en sí mismos la figura y la forma de su Pasión, y, redimidos por el leño, fueran consumados en la palma. Así nuestro Andrés, aunque cede en el orden, no cede, sin embargo, en el premio y en el trabajo.

Sermo CXXXIV.

In D. Felicitatem martyrem

Quoniam varios martyrum multiplicesve triumphos, quos persecutoris crudelitas toties illusa cumulavit, tempus nos dinumerare non patitur, ad illam tota nostri sermonis confugit oratio, quae meruit filios tot habere quot dies mundus accepit. Vere mater luminum, fons dierum, quae septenario corusco germinis sui toto orbe splendet. Beata, quae non solum pro lege patitur, sed ipsius legis heptalismum meruit mater sancta generare: heptalismum, fratres, qui non unius et temporalis tabernaculi illustraret arcanum, sed Ecclesiam sempiternam sacro illuminaret incenso. Felix, quae meruit portare tot virtutum pignora quot illa arca praeceptorum volumina sacrata gestavit; et ut illa verbo, ita haec doceret exemplo. Jam tunc eos, fratres, martyres genuit, quando eos partus sui septenario numero consecravit et mystico.

Huc, huc sanctus Paulus veniat, qui adhuc parturit donec Christus formetur in homine. Ecce mulier iterum atque iterum parturit, donec in virtutem mutetur infirmitas, caro transcendat in spiritum, terra transferatur in coelum. Ardebat, anhelabat, ut eos uno die sacros martyres pareret, quos vix parvulos per annorum curricula generabat. Ecce mulier, ecce mater, quam vita filiorum fecit anxiam, mors securam. Beata, cui in futura gloria tot astant candelabra, quot germina; beata, quae tot praemisit ad regnum; beatior, quae suum in saeculo nil amisit. Discurrebat laetior inter confossa cadavera quam inter cunabula chara filiorum, quia internis oculis tot cernebat bravia quot vulnera; quot tormenta, tot praemia; quot victimas, tot coronas. Et quid plura, fratres? Non est, non est vera mater, quae nescit filios sic amare.

Sermón CXXXIV.

Sobre santa Felicidad, mártir

Como el tiempo no nos permite enumerar los variados y múltiples triunfos de los mártires, que la crueldad del perseguidor, burlada tantas veces, ha acumulado, todo el discurso de nuestro sermón se refugia en aquella que mereció tener tantos hijos como días recibió el mundo. Verdaderamente madre de las luces, fuente de los días, que resplandece en todo el orbe con el fulgor séptuple de su descendencia. Bienaventurada la que no solo padece por la Ley, sino que, madre santa, mereció engendrar el septenario de la Ley misma: un septenario, hermanos, que iluminara no el arcano de un solo tabernáculo temporal, sino que alumbrara a la Iglesia sempiterna con sagrado incienso. Dichosa la que mereció llevar tantas prendas de virtudes como los sagrados volúmenes de los preceptos que llevó aquella arca (Ex 25); y como aquella enseñaba con la palabra, así esta enseñara con el ejemplo. Ya entonces, hermanos, los dio a luz mártires, cuando los consagró con el número siete, y místico, de sus partos.

Venga acá, acá san Pablo, que todavía está de parto hasta que Cristo se forme en el hombre (Gál 4,19). He aquí una mujer que una y otra vez está de parto, hasta que la debilidad se cambie en poder, la carne pase al espíritu, la tierra sea trasladada al cielo. Ardía, anhelaba dar a luz en un solo día como santos mártires a los que, pequeñuelos, apenas había engendrado en el curso de los años. He aquí la mujer, he aquí la madre, a quien la vida de sus hijos hizo inquieta, la muerte segura. Bienaventurada aquella junto a quien en la gloria futura están tantos candelabros como vástagos; bienaventurada la que envió delante tantos al reino; más bienaventurada la que nada suyo perdió en este mundo. Corría de un lado a otro más alegre entre los cadáveres traspasados que entre las queridas cunas de sus hijos, porque con los ojos interiores veía tantos premios como heridas; tantas recompensas como tormentos; tantas coronas como víctimas. ¿Y qué más, hermanos? No es, no es verdadera madre la que no sabe amar así a sus hijos.

Sermo CXXXV.

In D. Laurentium

Hodiernus dies baptismi martyris Laurentii corona illustratur, cujus egregii martyris merita nulla pars Romani orbis ignorat. Passus est in ipso capite gentium, id est, in ipsa urbe Romana. Ibi enim diaconus ministravit, et in ipso juventutis suae flore decorem juventutis suae sanguine purpuravit. Passio ejus insignis est, multumque mirabilis: hanc breviter, Domino adjuvante, narrabo.

Illo tunc archidiacono beatus Sixtus erat episcopus, cujus triumphus martyrii ante triduum fuit. Cum ergo sanctus Laurentius episcopum suum Sixtum pergentem ad martyrium sequeretur, fide fultus, tristis affectu, non quia ille patiebatur, sed quia ab illo ipse deserebatur, respexit venerabilis senex venerabilem juvenem, et ait illi: Noli esse tristis, fili, post triduum me sequeris. Tunc ille ebibita prophetia, jam corde paratissimus, ex spiritu ebrius, certum speravit futurum quod praedixerat ille qui noverat.

Deinde apprehensus, est adductus: et quoniam erat archidiaconus, apud illum esse utique credebantur opes Ecclesiae, quas desiderabat persecutor, non tam avarus quam furiosus. Oderat quem occidebat: sed amabat apud eum quod ille contemnebat. Erat autem sanctus Laurentius pauper opibus, dives moribus: non se negavit Ecclesiae habere divitias, sed ut eas ostenderet, tridui dilationem petiit, deinde mandavit congregari agmina pauperum. Tunc deinde ipso die coronae suae praesentatus examini, tamquam demonstraturus quod ille quaerebat, demonstravit quod habebat. Tunc ait persecutor: Ubi sunt Ecclesiae facultates? At ille manum extendens in pauperes: Hae sunt, inquit, Ecclesiae facultates.

Verum dixit, sed amarum. Quid autem mirum, si veritas auxit odium? Irrisum se dolens crudelis tyrannus et avarus inimicus, qui forte mitiorem poenam cogitaverat, ferro interficere venerabilem juvenem, parari flammas praecepit; plus ardebat quam urebat; urebat in carne, ardebat in corde. Supplicium ejus tanto erat gravius, quanto interius. Tunc oblata est torrenda, et ut verius dicam, assanda martyrio nobilis illa Laurentii craticula: astrictus est ferro, sed ille craticulam supplicii, lectum quietis putabat: supplicium dixi, secundum animum punientis, non secundum conscientiam patientis. Nullum est enim supplicium damnati, ubi non est poena peccati. Itaque beatissimus martyr ostendens quam quiete jaceret in illo ignito ferro, ait circumstantibus: Jam me versate, et si una pars cocta est, vorate.

Sermón CXXXV.

Sobre san Lorenzo

El día de hoy se ilustra con la corona del bautismo del mártir Lorenzo, egregio mártir cuyos méritos no ignora ninguna parte del orbe romano. Padeció en la cabeza misma de las naciones, es decir, en la ciudad misma de Roma. Pues allí sirvió como diácono, y en la flor misma de su juventud tiñó de púrpura con su sangre la hermosura de su juventud. Su pasión es insigne y muy admirable: la narraré brevemente, con la ayuda del Señor.

Siendo él entonces arcediano, era obispo el bienaventurado Sixto, cuyo triunfo de martirio fue tres días antes. Cuando, pues, san Lorenzo seguía a su obispo Sixto, que marchaba al martirio, sostenido por la fe, triste en su afecto, no porque aquel padecía, sino porque él mismo era abandonado por él, el venerable anciano se volvió a mirar al venerable joven y le dijo: «No estés triste, hijo; dentro de tres días me seguirás». Entonces él, bebida la profecía, ya prontísimo en el corazón, ebrio por el espíritu, esperó como cierto el futuro que había predicho aquel que lo conocía.

Después fue apresado y conducido: y como era arcediano, se creía sin duda que en su poder estaban las riquezas de la Iglesia, que deseaba el perseguidor, no tan avaro como furioso. Odiaba al que mataba: pero amaba lo que había en su poder y que aquel despreciaba. Era san Lorenzo pobre en riquezas, rico en costumbres: no negó que tuviera las riquezas de la Iglesia, sino que, para mostrarlas, pidió un plazo de tres días, y luego mandó que se reunieran las multitudes de los pobres. Entonces, en el mismo día de su corona, presentado para el interrogatorio, como si fuera a mostrar lo que aquel buscaba, mostró lo que él tenía. Entonces dice el perseguidor: «¿Dónde están los bienes de la Iglesia?». Pero él, extendiendo la mano hacia los pobres: «Estos son —dice— los bienes de la Iglesia».

Dijo la verdad, pero amarga. Pero ¿qué tiene de extraño que la verdad aumentara el odio? El cruel tirano y avaro enemigo, escocido por haber sido burlado, que tal vez había pensado en una pena más suave, matar al venerable joven con la espada, mandó preparar las llamas; más ardía que quemaba; quemaba en la carne, ardía en el corazón. Su suplicio era tanto más grave cuanto más interior. Entonces se trajo, para tostar y, por decirlo con más verdad, para asar para el martirio, aquella noble parrilla de Lorenzo: fue atado al hierro, pero él tenía la parrilla del suplicio por lecho de descanso: dije suplicio según el ánimo del que castigaba, no según la conciencia del que padecía. Pues no hay suplicio del condenado donde no hay pena del pecado. Y así el beatísimo mártir, mostrando con qué quietud yacía sobre aquel hierro encendido, dijo a los que estaban alrededor: «Dadme ya la vuelta, y si un lado está cocido, comed».

Miramur patientiam, donum Dei miremur. Ibi fides non solum non arsit, sed et consolabatur ardentem. Quare fides consolabatur ardentem? Quia fidelem tenebat promittentem. Ut fides non deficeret, ut spes non averteretur, ut charitas inter poenas igneas corporales plus accenderetur, Dei dona erant. Fratres mei, nemo arroget potentiae suae quod non dat nisi Deus. Merito Apostolus alloquens martyres, ut in Epistola ejus hodie cum legeretur, audistis: Vobis, inquit, donatum est pro Christo, non solum ut credatis in eum, sed etiam ut patiamini pro eo. Ergo martyrum merita velut Dei dona laudemus, amemus, oremus, subinferamus voluntatem nostram. Voluntas enim sequitur, non praevenit. Sed tamen non deest charitas, si non desit voluntas; ipsa enim ardens voluntas vocatur charitas. Quis est qui timeat volens? quis est qui amet nolens? ferveat oratio, et festum martyris celebretur: sed ut non sit inanis qui celebrat, imitetur.

Admiramos su paciencia: admiremos el don de Dios. Allí la fe no solo no ardió, sino que además consolaba al que ardía. ¿Por qué la fe consolaba al que ardía? Porque tenía asido como fiel al que prometía. Que la fe no desfalleciera, que la esperanza no se apartara, que la caridad se encendiera más entre las penas corporales del fuego, eran dones de Dios. Hermanos míos, que nadie atribuya a su propio poder lo que no da sino Dios. Con razón el Apóstol, hablando a los mártires, como oísteis cuando hoy se leía en su Epístola: A vosotros, dice, se os ha concedido por Cristo, no solo que creáis en él, sino también que padezcáis por él (Flp 1,29). Alabemos, pues, los méritos de los mártires como dones de Dios, amémoslos, oremos, añadamos después nuestra voluntad. Porque la voluntad sigue, no precede. Pero, con todo, no falta la caridad si no falta la voluntad; pues la misma voluntad ardiente se llama caridad. ¿Quién hay que tema queriendo? ¿quién hay que ame sin querer? que hierva la oración y se celebre la fiesta del mártir: pero, para que no sea vano el que celebra, imite.

Sermo CXXXVII.

De praedicatione D. Joannis Baptistae

Posteaquam legis vomere et jugi cultu exinanita Judaici cespitis est ubertas, beatus Joannes gentium convolans ad desertum, sentes criminum spiritus igne succendens, infructuosas arbores excidens ultionis securi, complanans asperos superbiae colles, humilitatis convalles erigens exaequando, et planitiem terrae totam (gramine perdito) aptans, nutricibus submittens irrigua Jordanis: ac sic Evangelico semini novalia diffusa praeparat, fecunda componit. Factum est, inquit, verbum Domini super Joannem Zachariae filium in deserto. Verbum caro factum est, et habitavit in nobis. Super Joannem? Quare non ad Joannem, sed super Joannem? Quia quod desursum est, super omnes est. Factum est verbum Domini super Joannem. Quia Joannes vox est, Deus Verbum. Factum est verbum Domini super Joannem. Deus super Joannem, super servum Dominus, super vocem verbum. Sed dicis mihi: Quid, quod vox praecedit verbum? Praecedit, sed non praecellit: antecedit ad sequentis obsequium, non ad propriae potestatis indicium. Vox non est ipsa judex, sed est nuntia judicantis: verbum judicat, vox praetonat: jubentem potestas respicit, non clamantem. Sed hoc fateatur, testetur, asserat vox ipsa, praeco ipse, qui clamat: Qui post me venit, inquit, fortior me est. Quare? Quia in me terror est, in illo est sententia.

Venit in omnem regionem Jordanis. Venit ad Jordanem, quia Judaicas sordes non poterat hydria jam lavare, sed flumen. Sicut scriptum est: Erant, inquit, hydriae lapideae secundum purificationem Judaeorum. Venit ad Jordanem. Ut poenitentes portaret aqua, non vino. Venit in omnem regionem Jordanis, praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum. Erat penes Joannem venia, sed non sine poenitentia; erat remissio, sed luctibus comparata; erat cura vulneris cum dolore; erat baptisma quod culpam tolleret, conscientiam non deleret. Et quid plura? Per baptisma Joannis purificabatur homo ad poenitentiam, non promovebatur ad gratiam. At vero Christi baptisma sic regenerat, sic immutat, sic hominem reddit ex vetere novum, ut praeterita nesciat, non recordetur antiqua, qui de terreno coelestis jam coelestia possidet et divina.

Sermón CXXXVII.

Sobre la predicación de san Juan Bautista

Después de que la fertilidad del suelo judío quedó agotada por la reja de la Ley y por el cultivo continuo, el bienaventurado Juan, volando al desierto de los gentiles, prendiendo con el fuego del espíritu las zarzas de los crímenes, cortando con el hacha de la venganza los árboles infructuosos, allanando las ásperas colinas de la soberbia, levantando al igualarlos los valles de la humildad, y disponiendo toda la llanura de la tierra (perdida la hierba), poniendo debajo las aguas del Jordán para que la nutrieran: y así prepara para la semilla del Evangelio extensos barbechos, los dispone fecundos. Vino, dice, la palabra del Señor sobre Juan, hijo de Zacarías, en el desierto (Lc 3,2). El Verbo se hizo carne, y habitó en nosotros (Jn 1,14). ¿Sobre Juan? ¿Por qué no a Juan, sino sobre Juan? Porque lo que es de arriba está sobre todos. Vino la palabra del Señor sobre Juan. Porque Juan es voz, Dios el Verbo. Vino la palabra del Señor sobre Juan. Dios sobre Juan, el Señor sobre el siervo, la palabra sobre la voz. Pero tú me dices: «¿Y qué de que la voz preceda a la palabra?». Precede, pero no prevalece: va delante para el homenaje del que la sigue, no como indicio de su propia potestad. La voz no es ella misma el juez, sino mensajera del que juzga: la palabra juzga, la voz truena antes: la potestad mira al que manda, no al que clama. Pero que lo reconozca, lo atestigüe, lo afirme la voz misma, el heraldo mismo, que clama: El que viene después de mí, dice, es más fuerte que yo (Mt 3,11). ¿Por qué? Porque en mí está el terror, en él está la sentencia.

Vino a toda la región del Jordán (Lc 3,3). Vino al Jordán, porque las inmundicias judías ya no podía lavarlas una tinaja, sino un río. Como está escrito: Había, dice, unas tinajas de piedra, según la purificación de los judíos (Jn 2,6). Vino al Jordán. Para llevar a los penitentes con agua, no con vino. Vino a toda la región del Jordán, predicando un bautismo de penitencia para la remisión de los pecados (Lc 3,3). En Juan había perdón, pero no sin penitencia; había remisión, pero comprada con llantos; había curación de la herida, con dolor; había un bautismo que quitara la culpa, pero no borrara la conciencia. ¿Y qué más? Por el bautismo de Juan el hombre era purificado para la penitencia, no era promovido a la gracia. Pero el bautismo de Cristo de tal modo regenera, de tal modo transforma, de tal modo hace al hombre nuevo a partir del viejo, que no conoce lo pasado, no recuerda lo antiguo, el que, de terreno hecho celestial, posee ya lo celestial y divino.

Hinc est, quod redeunti post luxuriam filio pater immortalitatis reddit stolam primam, annulum libertatis imponit, occidit vitulum saginatum, aquas poenitentiae, gratiae convertit in vinum, ut convivium gratiae jam pocula mera satiarent: quatenus conscientiae dolores, poenitentiae gemitus, peccatorum lamenta, sobria Dominici calicis aboleret ebrietas: dicente propheta: Et calix tuus inebrians, quam praeclarus est. Quantum enim terrena ebrietas est deformis, tantum praeclara et decora ebrietas est coelestis.

Dicebat ergo ad turbas quae exibant ut ab illo baptizarentur: Progenies viperarum, quis ostendit vobis fugere ab ira ventura? Facite ergo dignos fructus poenitentiae, et ne coeperitis dicere, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quod potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae. Jam enim securis ad radices arborum posita est. Omnis arbor non faciens fructum bonum excidetur, et in ignem mittetur. Progenies viperarum. Exemplo corripit, comparatione notat, figura prodit, ut jam non mores solum, sed ipsam naturam possit venenosi germinis immutare. Progenies viperarum. Quia quos Deus creaverat homines, fecerat filios Abrahae, malitia peperit et convertit in viperas; et quos conditor coelestis dulcedine pietatis infuderat, hos impietas amara fecit lethales vomitus, serpentinum virus effundere; et infando crudelitatis auspicio de morte patris concipi, matris de morte generari. Progenies viperarum. Soboles ingrata naturae, cujus ortus est genitoris exitium, cujus vita est mors parentis.

Progenies viperarum. Vipera conceptus sui tempore intra os suum receptum caput conjugis refertur abscindere, ut per cruenta oscula non fetum concipiat illa, sed crimen; ac si carnifices sceleris sui pariat filios, vindictae ordine, non naturae. Nam genimina patris concepta de caede, sanguinis antequam lactis exigunt nutrimentum, et ultionem petunt; matris namque uterum viperae dicuntur exscindere, et scelestum conceptus sui domicilium adhuc immaturis visceribus, maturo furore confringere, ut hoc sit illis vivere, matrem suam, matrem quae illos tales genuit, non videre. Compulsi latius comparationis quam sanctus Joannes fecerat typum descripsimus et figuram, ut non maledicti, sed veritatis sit, quod ab illo Judaei taliter nuncupantur.

De aquí que al hijo que vuelve después de su vida disoluta el padre le devuelve la primera túnica de la inmortalidad, le pone el anillo de la libertad, mata el ternero cebado (Lc 15,22-23), convierte las aguas de la penitencia en el vino de la gracia, para que copas de vino puro saciaran ya el banquete de la gracia: de modo que la sobria embriaguez del cáliz del Señor aboliera los dolores de la conciencia, los gemidos de la penitencia, los lamentos por los pecados: como dice el profeta: Y tu cáliz que embriaga, ¡qué excelente es! (Sal 23,5) Pues cuanto es deforme la embriaguez terrena, tanto es excelente y hermosa la embriaguez celestial.

Decía, pues, a las multitudes que salían para ser bautizadas por él: Raza de víboras, ¿quién os enseñó a huir de la ira venidera? (Lc 3,7) Haced, pues, frutos dignos de penitencia, y no comencéis a decir: Tenemos por padre a Abraham (Lc 3,8). Porque os digo que Dios es poderoso para suscitar de estas piedras hijos a Abraham (Lc 3,8). Porque ya el hacha está puesta a la raíz de los árboles (Lc 3,9). Todo árbol que no da buen fruto será cortado y arrojado al fuego (Lc 3,9). Raza de víboras. Reprende con un ejemplo, señala con una comparación, descubre con una figura, para poder transformar ya no solo las costumbres, sino la naturaleza misma de esa casta venenosa. Raza de víboras. Porque a los que Dios había creado hombres, había hecho hijos de Abraham, la malicia los parió y convirtió en víboras; y a los que el Hacedor celestial había colmado con la dulzura de la piedad, la amarga impiedad los hizo derramar vómitos mortales, veneno de serpiente; y, con un augurio nefando de crueldad, ser concebidos de la muerte del padre, ser engendrados de la muerte de la madre. Raza de víboras. Prole ingrata a la naturaleza, cuyo nacimiento es la ruina de su engendrador, cuya vida es la muerte de su madre.

Raza de víboras. Se cuenta que la víbora, en el tiempo de su concepción, arranca de un mordisco la cabeza de su cónyuge, recibida dentro de su boca, para concebir por besos sangrientos no un feto, sino un crimen; como si diera a luz hijos verdugos de su propia maldad, por orden de la venganza, no de la naturaleza. Pues las crías, concebidas de la matanza del padre, exigen el alimento de la sangre antes que el de la leche, y piden venganza; pues se dice que las víboras rasgan el seno de la madre y, con entrañas todavía inmaduras, con madura furia, rompen el domicilio criminal de su concepción, de modo que para ellas vivir es esto: no ver a su madre, a la madre que las engendró tales. Obligados, hemos descrito con más extensión el tipo y la figura de la comparación que había hecho san Juan, para que sea cosa no de insulto, sino de verdad, que los judíos sean llamados así por él.

Progenies viperarum. Synagogam, fratres, ejusque filios tales fuisse demonstrat, ad quam Christus affectu conjugis cum venisset, dicente Joanne: Qui sponsam habet, sponsus est: inter amplexus et oscula cruenta Judae, Christi caput est expetitum, et ore petitum, cum dicitur: Crucifige, crucifige. Unde pignora sanguine concepta, tanto mox ad matris armantur interitum, ut disrupto synagogae utero, ad vocem Joannis concurrerent et regenerarentur ad Dei progeniem. Progenies viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Quae est ista ira ventura? Illa quae non habet finem, quae hominem non absolvit morte, sed colligat: nec jam veniae spem habere permittit, quam semel tartari deputarit ad poenam.

Admoniti taliter, cognoscunt et genus, et crimen, et ideo responderunt, dicentes: Quid faciemus ut salvemur? Qui respondens, ait illis. Quod dicturus est, fratres, timeo dicere, ne quot auditores hodie video contemptores, ille tot faciat contumaces. Quid faciam? Dicere timeo, tacere non possum: aliud me prohibet pietas, ad aliud impellit utilitas: pietas, ne auditor dum contemnit, incurrat: utilitas, ne qui facturus sit non audiat, et per hoc doctor offendat. Dico, fratres, ut et nudus se vestiat, et ego me exuam. Qui habet, inquit, duas tunicas, det non habenti; et qui habet escas, similiter faciat. Putasne satis petit, qui de duabus tunicis unam petit? Non satis petit, quia non petit gemmam, sed tunicam; non aurum, sed panem. Et si qui de duabus tunicis non dederit unam, reus est; qualis est unam de plurimis qui negarit, qui ad hoc vestes suas carcerat, et panem claudit, ut pauper fame pereat, frigore consumetur? Ille vestes sepelit, non reponit; non credit diligentiae, sed sepulcris: qui quod negat pauperi, dat tineis: et ipse vestibus suis corporis vorator est, dicente Domino: Vermis eorum non morietur, quia Christum concussit pauperis fames; dolor hominis Dei prosilivit ad viscera, captivi gemitus ad Christi penetravit interna, inopis contemptus ad creatoris sui redundavit injuriam, profitente ipso, cum dicit: Esurivi, et non dedistis mihi manducare, nudus fui, et non vestistis me.

Venerunt et Publicani dicentes: Quid faciemus? Audiant publicani: Nihil amplius quam constitutum est vobis petatis. Prodidit quae res reum faciat publicanum, ne amplius petatis. Qui plus petit, fraudis exactor est, non tributi: cogitent quam Deo reus est, qui defessum et depressum publicat; magis ac magis sua fraude deprimit et fatigat, et ad debita vix sufficienti superimponit, et auget indebita. Venerunt et milites, dicentes. Audiant et milites quid etiam militibus interrogantibus responderit hic magister: Et nos quid faciemus?

Raza de víboras. Muestra, hermanos, que tales fueron la Sinagoga y sus hijos, a la cual Cristo había venido con afecto de cónyuge, como dice Juan: El que tiene a la esposa es el esposo (Jn 3,29): entre abrazos y los besos sangrientos de Judas, la cabeza de Cristo fue reclamada, y pedida con la boca, cuando se dice: Crucifícalo, crucifícalo (Jn 19,6). De ahí que las prendas concebidas en sangre se armen enseguida para la ruina de la madre de tal modo que, desgarrado el seno de la Sinagoga, acudieran juntas a la voz de Juan y renacieran para la descendencia de Dios. Raza de víboras, ¿quién os enseñó a huir de la ira venidera? ¿Cuál es esa ira venidera? Aquella que no tiene fin, que no libra al hombre con la muerte, sino que lo ata: y no permite ya tener esperanza de perdón a quien una vez ha destinado a la pena del Tártaro.

Advertidos así, reconocen su linaje y su crimen, y por eso respondieron diciendo: ¿Qué haremos para salvarnos? (Lc 3,10) Y él, respondiendo, les dijo (Lc 3,11). Lo que va a decir, hermanos, temo decirlo, no sea que haga tantos rebeldes cuantos oyentes veo hoy despreciadores. ¿Qué haré? Temo hablar, no puedo callar: la piedad me prohíbe una cosa, la utilidad me empuja a otra: la piedad, para que el oyente, mientras desprecia, no caiga bajo ello; la utilidad, para que el que lo habría de hacer no deje de oírlo y por ello el maestro falte. Hablo, hermanos, para que también el desnudo se vista, y yo me despoje. El que tiene dos túnicas, dice, dé al que no tiene; y el que tiene alimentos, haga lo mismo (Lc 3,11). ¿Piensas que pide mucho el que de dos túnicas pide una? No pide mucho, porque no pide una joya, sino una túnica; no oro, sino pan. Y si el que de dos túnicas no da una es reo, ¿qué es el que ha negado una de muchísimas, el que encarcela sus vestidos y encierra su pan con este fin, que el pobre perezca de hambre, se consuma de frío? Ese sepulta sus vestidos, no los guarda; no los confía al cuidado, sino a los sepulcros: lo que niega al pobre lo da a las polillas: y él mismo, por sus vestidos, es devorador de su propio cuerpo, como dice el Señor: Su gusano no morirá (Is 66,24); porque el hambre del pobre ha golpeado a Cristo; el dolor del hombre ha saltado a las entrañas de Dios, el gemido del cautivo ha penetrado hasta lo íntimo de Cristo, el desprecio del necesitado ha redundado en injuria de su Creador, como él mismo declara cuando dice: Tuve hambre, y no me disteis de comer; estuve desnudo, y no me vestisteis (Mt 25,42-43).

Vinieron también los publicanos, diciendo: ¿Qué haremos? (Lc 3,12) Escuchen los publicanos: No pidáis nada más de lo que os está establecido (Lc 3,13). Ha descubierto qué hace reo al publicano: que no pidáis más. El que pide más es exactor de fraude, no de tributo: piensen cuán reo es ante Dios el que embarga al cansado y al oprimido; más y más lo hunde y lo agota con su fraude, y al que apenas alcanza para sus deudas le impone más, y aumenta lo que no se debe. Vinieron también los soldados, diciendo. Escuchen también los soldados qué respondió este maestro también a los soldados que le preguntaban: Y nosotros, ¿qué haremos? (Lc 3,14)

Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniemini, contenti estote stipendiis vestris. Verus miles est, qui non concutit, sed defendit; qui calumniam non ingerit, sed repellit; qui currit ad regis stipendia, non qui currit ad praedam.

Beatus Joannes sic divina docuit, ut non turbaret humana: instituit rempublicam, non dimovit; probavit a Deo ordinata esse quae docuit, posse facere et servare justitiam. Quid sit autem inter baptisma Joannis, et Christi baptisma, quia latius explanandum est, nunc tacemus.

Y les dijo: No hagáis extorsión a nadie, ni calumniéis; contentaos con vuestra soldada. Es verdadero soldado el que no hace extorsión, sino que defiende; el que no infiere calumnia, sino que la rechaza; el que corre a la soldada del rey, no el que corre al botín.

El bienaventurado Juan enseñó lo divino de tal modo que no perturbó lo humano: ordenó la cosa pública, no la trastornó; probó que lo que enseñó estaba ordenado por Dios, que es posible hacer y guardar la justicia. Pero qué hay entre el bautismo de Juan y el bautismo de Cristo, puesto que hay que explicarlo con más amplitud, ahora lo callamos.

Sermo CXXXIX.

De remittendo fratri delicto

Sicut in terra latet aurum, ita divinus sensus verbis celatur humanis: et ideo quoties Dominica nobis eloquia panduntur, mens evigilet, animus intendat, ut intellectus possit scientiae coelestis intrare secretum. Quare Dominus hodie sic coeperit, audiamus. Attendite, inquit, vobis. Quid sibi ista novitas elocutionis? Quo ista tendit admonitio praeter usum? Attendite, inquit, vobis. Ille attendit sibi, qui non alienis actibus importunus, impudens, curiosus intendit. Attendite, inquit, vobis. Vagus oculus, lascivus intuitus, improbus aspectus, suas non respicit ad ruinas, alienos currit, et decurrit ad lapsus; sua caecus ad crimina, ad aliena errata perlucet; malorum suorum nescius, alienorum est accusator et testis; suum tepidus ad reatum, ad alterius et innocentis flammatur et excandescit examen. Et ne multis, sicut dixit Dominus: Oculus in se trabem non videns, videt in alio festucam. Nonne oculus praevaricationis est auctor? Et vidit, inquit, mulier quod bonum esset lignum ad manducandum, et quod gratum oculis ad videndum. Mortis janua, invidiae fax, livoris caminus, toto cupiditatis incendio velocius per aliena percurrit, quam currit ignis arida et terrena per gramina. Dei est quod oculus in orbem sic apertus arctatur angustissimus in pupillam, quatenus moderate visum videat, non invideat; praevideat, non proripiat; prospiciat, non despiciat: oculus sit animae fenestra, speculum sit mentis, sit lumen corporis, membrorum dux sit, non introitus vitiorum.

Sed ad praefata redeamus. Attendite, inquit, vobis. Vobis, non dixit tibi, quia quidquid alii attenderit homo, attendit sibi; et quantum videbit ipse alteri, videbit alter ipsi, sicut ex sequentibus elucescit: Si peccaverit, inquit, in te frater tuus, increpa illum; et si poenitentiam egerit, dimitte illi. Age, homo, mandante Deo, dimitte, dimitte peccata: esto misericors ad delicta, in te commissorum tu remissor esto peccatorum, tu modo ne perdas in te divinae infulas potestatis; quidquid in alio tu non remiseris, tibi in alio tu negabis.

Sermón CXXXIX.

Sobre remitir al hermano su delito

Como el oro está escondido en la tierra, así el sentido divino se oculta en palabras humanas: y por eso, siempre que se nos abren los dichos del Señor, que la mente despierte, que el ánimo atienda, para que el entendimiento pueda entrar en el secreto de la ciencia celestial. Oigamos por qué el Señor comenzó así hoy. Mirad por vosotros, dice (Lc 17,3). ¿Qué significa esta novedad de expresión? ¿A dónde apunta esta advertencia fuera de lo acostumbrado? Mirad por vosotros, dice. Mira por sí el que no se entromete en los actos ajenos, importuno, desvergonzado, curioso. Mirad por vosotros, dice. El ojo errante, la mirada lasciva, la vista desvergonzada no mira a sus propias ruinas, corre y se precipita a las caídas ajenas; ciego para sus propios crímenes, ve con claridad los errores ajenos; ignorante de sus males, es acusador y testigo de los ajenos; tibio ante su propia culpabilidad, se inflama y arde en el examen de la de otro, y de un inocente. Y, por no extenderme, como dijo el Señor: El ojo que no ve la viga en sí ve la paja en otro (Mt 7,3). ¿No es el ojo el autor de la prevaricación? Y vio la mujer, dice, que el árbol era bueno para comer, y grato a los ojos para mirarlo (Gn 3,6). Puerta de la muerte, antorcha de la envidia, horno del rencor, con todo el incendio de la codicia recorre lo ajeno más deprisa que corre el fuego por la hierba seca y terrena. Es obra de Dios que el ojo, abierto así en esfera, se estreche angostísimo en la pupila, para que vea con mesura lo que ve, no lo envidie; prevea, no arrebate; mire adelante, no mire con desprecio: que el ojo sea ventana del alma, espejo de la mente, luz del cuerpo, guía de los miembros, no entrada de los vicios.

Pero volvamos a lo dicho antes. Mirad por vosotros, dice. Por vosotros: no dijo «por ti», porque todo lo que el hombre mire por otro, lo mira por sí; y cuanto él vea por el otro, tanto verá el otro por él, como se aclara por lo que sigue: Si tu hermano peca contra ti, dice, repréndelo; y si hace penitencia, perdónalo (Lc 17,3). Ea, hombre, por mandato de Dios, perdona, perdona los pecados: sé misericordioso con los delitos, sé tú el remisor de los pecados cometidos contra ti; solo no pierdas en ti las ínfulas de la potestad divina; todo lo que no remitas en otro, te lo negarás a ti en otro.

Si peccaverit in te frater tuus, inquit, increpa illum. Increpa ut judex, ut frater remitte, quia juncta libertati charitas, charitati mixta libertas, et terrorem comprimit, et suscitat fratrem: fratrem frater est in febre cum laedit, est in furore proximo cum delinquit, est sui nescius, est humanitatis extraneus: huic qui per compassionem non subvenit, hunc qui per patientiam non curat, non per veniam sanat, sanus non est, aegrotat, infirmatur, viscera non habet, et ab humano sensu monstratur alienus. Furit frater, ascribe aegritudini, tu illum juva ut frater; ascribe tu, quod sic geritur, febri, et fratri non poteris imputare commissum; dabisque tu prudenter infirmitati culpam, fratri veniam; ut illius sanitas ad tuam gloriam recurrat, illius venia tuum redundet ad praemium.

Si peccaverit, inquit, in te frater tuus, increpa illum; si poenitentiam egerit, dimitte illi. Nemo ista audiens censuram sibi remittens assumat, et imponat fratri delinquenti vana praesumptione personam: ac sic durum putet remittere delicta. Se peccatorem, peccaturum se homo cogitet: et tunc incipit amare veniam, non amare vindictam. Audis tu quia remittere debeas, et quia tibi remitti debeat non audis. Peccabis et tu illi cras, qui tibi hodie peccavit; et erit tibi judex, qui tibi erat reus ante, et reddet tibi veniam, si dedisti: si non dedisti, aut negabit veniam, aut si dederit, imputabit amplius quam donabit. Remitte peccanti, remitte poenitenti, ut cum tu peccaveris, repensetur in venia, non donetur. Bona semper venia, sed tunc dulcissima cum debetur. Vicit poenam, judicem praevenit, evasit judicium, qui remittendo ante sibi veniam quam delinqueret jam providit.

Et si septies, inquit, in die peccaverit in te, et septies in die conversus fuerit ad te, dicens: Poenitet me, dimittes illi. Quare veniam lege constringit, angustat numero, fine concludit, quam sic pulsat per misericordiam, per gratiam sic relaxat: si septies, si octies? vincit numerus gratiam? bonitati calculus obsistit? et addicit una culpa poenae quem commissa septem veniae jam dederunt? Absit. Nam sicut felix ille qui septies remisit, ita felicior est iste septuagies septies qui remisit. Petrus mandati immemor hujus interrogat Dominum, dicens: Si peccaverit in me frater meus, quoties remittam illi? septies? Respondit Dominus: Non solum septies, sed septuagies septies. Praescriptus ergo numerus non angustat veniam, sed dilatat, et quod praecepto finit, sine fine relinquit arbitrio; ut si quantum jusserit remiseris, et tantum sit obedientiae, sit praemii.

Si tu hermano peca contra ti, dice, repréndelo. Reprende como juez, como hermano remite, porque la caridad unida a la franqueza, la franqueza mezclada con la caridad, a la vez reprime el terror y levanta al hermano: el hermano está con fiebre cuando hiere a su hermano, está en furor cuando falta contra el prójimo, no se conoce a sí mismo, es ajeno a la humanidad: el que no lo socorre por compasión, el que no lo cura con paciencia, no lo sana con el perdón, no está sano, está enfermo, está débil, no tiene entrañas, y se muestra ajeno al sentir humano. Se enfurece el hermano: atribúyelo a la enfermedad, ayúdalo como hermano; atribuye a la fiebre lo que así sucede, y no podrás imputar a tu hermano lo cometido; y darás con prudencia la culpa a la enfermedad, el perdón al hermano; para que su salud revierta en tu gloria, su perdón redunde en tu premio.

Si tu hermano peca contra ti, dice, repréndelo; si hace penitencia, perdónalo. Que nadie, al oír esto, remitiéndose a sí mismo la censura, tome con vana presunción un papel y lo imponga al hermano que falta: y así juzgue duro remitir los delitos. Piense el hombre que es pecador, que pecará: y entonces empieza a amar el perdón, no a amar la venganza. Oyes que debes remitir, y no oyes que se te debe remitir a ti. También tú pecarás mañana contra aquel que hoy pecó contra ti; y será tu juez el que antes era tu reo, y te devolverá el perdón si lo diste: si no lo diste, o negará el perdón o, si lo da, te imputará más de lo que perdone. Remite al que peca, remite al que se arrepiente, para que, cuando tú peques, se te devuelva en perdón, no se te regale. Siempre es bueno el perdón, pero dulcísimo cuando se debe. Ha vencido la pena, se ha adelantado al juez, ha escapado del juicio el que, remitiendo, se ha procurado ya el perdón antes de faltar.

Y si siete veces al día, dice, peca contra ti, y siete veces al día se vuelve a ti, diciendo: Me arrepiento, lo perdonarás (Lc 17,4). ¿Por qué ata con una ley, estrecha con un número, encierra con un límite el perdón al que así impulsa por la misericordia, así suelta por la gracia: si siete veces, si ocho veces? ¿vence el número a la gracia? ¿se opone la cuenta a la bondad? ¿y una sola culpa entrega a la pena a aquel a quien siete faltas cometidas entregaron ya al perdón? De ningún modo. Pues así como es dichoso el que remitió siete veces, así es más dichoso el que remitió setenta veces siete. Pedro, olvidado de este mandato, pregunta al Señor, diciendo: Si mi hermano peca contra mí, ¿cuántas veces le remitiré? ¿Siete veces? (Mt 18,21) Respondió el Señor: No solo siete veces, sino setenta veces siete (Mt 18,22). El número prescrito, pues, no estrecha el perdón, sino que lo dilata, y lo que termina por precepto lo deja sin término al albedrío; de modo que, si has remitido cuanto él mandó, haya otro tanto de obediencia, y de premio.

Verum septimus numerus, qui numerus videtur parvus, invenitur amplissimus sacramento: nam septimus numerus per dies gradiens sabbatum facit, quod benedixit Dominus, et deputavit ad requiem, tam sui operis quam laboris humani. Septimus numerus per ogdoadas currens, sic septemplicat septimanas, ut Pentecosten nobis impletam mysterii solemnitate concludat, totumque sancti Spiritus imbrem in ecclesiasticam segetem coelesti sonitu tunc effundat. Septimus numerus, cum per menses properat, septimi mensis festa consecrat tota nobis jejunii sanctitate. Septimus numerus cum vadit per annos, septimanas facit, facit annum qui requiem dat terrae, nexus omnes fraternae obligationis absolvit. Septimus numerus annorum cum circuit septimanas, annum quinquagesimum, qui jubilaeus vocatur, ad plenitudinem totam veniae et remissionis adducit; ut tollatur servitus, redeat libertas; ut cautionum documenta et monumenta rumpantur; resurgat debitor, debitum sit sepultum; redeat ut ager pauperis, ut pereat divitis totus de cupiditate contractus.

Et si septimus numerus septemplicatus per dies, per menses, per annos, totum contulit remissionis et veniae, septemplicatus septuagies septies septimus numerus quid afferre possit, Christianus aestimet et advertat auditor. Tunc vere cessabit crediti contractus et debiti, tunc vere abolebitur tota conditio servitutis, tunc illa, illa veniet sine fine libertas, tunc aeternus ager victurus semper remeabit. Veniet, veniet remissio tunc vera, quando abolebitur etiam necessitas ipsa peccandi, quando pereunte immunditia vere mundus jam vocabitur mundus, quando redeunte vita mors non erit, quando regnante Christo diabolus jam peribit. Orate, fratres, et ut nobis Dominus augeat fidem, quatenus haec bona credere, videre, et tenere possimus.

Pero el número séptimo, número que parece pequeño, se halla amplísimo en misterio: pues el número séptimo, avanzando por los días, hace el sábado, que el Señor bendijo y destinó al descanso, tanto de su obra como del trabajo humano. El número séptimo, corriendo por ogdóadas, multiplica por siete las semanas de tal modo que nos cierra el Pentecostés cumplido con la solemnidad del misterio, y derrama entonces con sonido celestial toda la lluvia del Espíritu Santo sobre la mies de la Iglesia. El número séptimo, cuando se apresura por los meses, nos consagra las fiestas del séptimo mes con toda la santidad del ayuno (Lv 23). El número séptimo, cuando va por los años, hace semanas, hace el año que da descanso a la tierra, desata todos los lazos de la obligación fraterna (Dt 15). El número séptimo de los años, cuando recorre las semanas, lleva el año quincuagésimo, que se llama jubileo, a toda la plenitud del perdón y de la remisión (Lv 25); para que se quite la servidumbre, vuelva la libertad; para que se rompan los documentos y registros de las cauciones; resucite el deudor, quede sepultada la deuda; vuelva el campo del pobre, perezca todo el contrato del rico hecho por codicia.

Y si el número séptimo, multiplicado por siete a través de los días, de los meses, de los años, otorgó toda la remisión y el perdón, estime y considere el oyente cristiano qué puede traer el número séptimo multiplicado setenta veces siete. Entonces de verdad cesará el contrato de lo prestado y de lo debido, entonces de verdad será abolida toda la condición de servidumbre, entonces vendrá aquella, aquella libertad sin fin, entonces volverá el campo eterno, para vivir siempre. Vendrá, vendrá entonces la verdadera remisión, cuando sea abolida incluso la necesidad misma de pecar, cuando, pereciendo la inmundicia, el mundo (mundus) será llamado ya verdaderamente limpio (mundus), cuando, volviendo la vida, no habrá muerte, cuando, reinando Cristo, el diablo perecerá ya. Orad, hermanos, para que el Señor nos aumente también la fe, de modo que podamos creer, ver y poseer estos bienes.

Sermo CXL.

De Annuntiatione D. Mariae Virginis

Satis modo sit oculorum nostrorum pura acies, ut possit in divini ortus intendere claritatem: nam si nascentis jubar solis oculorum nostrorum vix suffert sanitas tota, vel puritas, quanta interni visus est praeparanda sinceritas, ut splendorem sui ferre possit orientis et radiantis auctoris? In Sexto autem mense missus est, inquit, angelus Gabriel in civitatem Galilaeae cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Joseph. Locum, tempus, personam, sanctus evangelista designat, ut relationis veritas manifestis ipsarum rerum comprobetur indiciis.

Missus est, inquit, angelus ad virginem desponsatam. Ad virginem Deus aligerum portitorem mittit: nam dat arrham, dotem suscipit, qui fert gratiam; fidem refert, et tradit munera virtutis, qui mox virginei consensus resolvit sponsionem. Pervolat ad sponsam festinus interpres, ut a Dei sponsa humanae desponsationis arceat et suspendat affectum, neque auferat a Joseph virginem, sed reddat Christo, cui est in utero pignorata cum fieret. Christus ergo suam sponsam recipit, non praeripit alienam; nec separationem facit, quando suam sibi totam jungit in uno corpore creaturam.

Sed quid egerit angelus audiamus: Ingressus ad eam, dicit: Ave, gratia plena, Dominus tecum. In hac voce oblatio est, oblatio muneris, non simplex salutationis officium. Ave. Hoc est accipe gratiam. Ne trepides, ne sis sollicita de natura. Gratia plena. Quia in aliis gratia, in te tota gratiae pariter veniet plenitudo. Dominus tecum. Quid est in te Dominus? Quia ad te non visitandi studio venit, sed in te novo nascendi illabitur sacramento. Adjecit congrue: Benedicta tu in mulieribus. Quia in quibus Eva maledicta puniebat viscera, tunc in illis gaudet, honoratur, suspicitur Maria benedicta. Et facta est vere nunc mater viventium per gratiam, quae mater exstitit morientium per naturam.

Sermón CXL.

Sobre la Anunciación de santa María Virgen

Sea ahora bastante pura la mirada de nuestros ojos para poder fijarse en la claridad del orto divino: pues si toda la salud o pureza de nuestros ojos apenas soporta el fulgor del sol que nace, ¿cuánta limpieza de la vista interior hay que preparar para que pueda soportar el esplendor del autor que surge y resplandece? Pero en el sexto mes, dice, fue enviado el ángel Gabriel a una ciudad de Galilea llamada Nazaret, a una virgen desposada con un varón que se llamaba José (Lc 1,26-27). El santo evangelista señala el lugar, el tiempo, la persona, para que la verdad del relato quede probada por los indicios manifiestos de los hechos mismos.

Fue enviado, dice, el ángel a una virgen desposada. Dios envía a la virgen un portador alado: pues da las arras y recibe la dote el que trae la gracia; devuelve la fe y entrega los dones del poder el que enseguida desata el compromiso del consentimiento virginal. Vuela presuroso el intérprete a la esposa, para apartar y suspender de la esposa de Dios el afecto de un desposorio humano, y no para quitar la virgen a José, sino para devolverla a Cristo, a quien fue dada en prenda en el seno cuando era formada. Cristo, pues, recibe a su propia esposa, no arrebata la ajena; ni hace separación cuando junta consigo en un solo cuerpo a su criatura entera.

Pero oigamos qué hizo el ángel: Entrando a ella, dice: Salve, llena de gracia, el Señor está contigo (Lc 1,28). En esta palabra hay una ofrenda, la ofrenda de un don, no el simple oficio de un saludo. Salve. Es decir: recibe la gracia. No tiembles, no estés solícita por la naturaleza. Llena de gracia. Porque en otras hay gracia, en ti vendrá a la vez toda la plenitud de la gracia. El Señor está contigo. ¿Qué es esto: el Señor en ti? Porque viene a ti no con el propósito de visitarte, sino que desciende a ti por un nuevo misterio de nacimiento. Añadió con propiedad: Bendita tú entre las mujeres (Lc 1,28). Porque en aquellas en quienes Eva, maldita, castigaba las entrañas, en ellas se alegra ahora, es honrada, es admirada María, bendita. Y fue hecha ahora verdaderamente madre de los vivientes por la gracia la que fue madre de los que mueren por la naturaleza.

Quae cum audisset, turbata est in sermone ejus. Quid est quod personam videt, et de sermone turbatur? Quia venerat angelus blandus in specie, fortis in bello, mitis in habitu, in sermone terribilis, humana proferens, divina repromittens. Unde et virginem, quam leviter visus sollicitaverat, nimium turbavit auditus; et quam missi praesentia parum moverat, concussit toto pondere mittentis auctoritas. Et quid plura? Mox sensit in se supernum suscipi Judicem, ubi ante jam coelestem vidit et contemplata est metatorem. Quamvis enim blando motu, affectu pio, virginem sibi Deus in matrem, servam sibi verteret Dominus in parentem, turbata sunt tamen viscera, mens refugit, ipsa est tremefacta conditio, cum Deus, quem tota creatura non capit, totum se intra pectus recepit et condidit humanum.

Et cogitabat, ait, Virgo quae esset ista salutatio. Advertat vestra charitas, ut diximus, consensisse Virginem salutationi, non verborum, sed rerum; et vocem fuisse non communis obsequii, sed supernae vim totam fuisse virtutis. Cogitat ergo Virgo, quia cito respondere est facilitatis humanae, cogitare vero ponderis est maximi et judicii permaturi. Quantus sit Deus satis ignorat ille qui hujus Virginis mentem non stupet, animum non miratur: pavet coelum, tremunt angeli, creatura non sustinet, natura non sufficit, una puella sic Deum in sui pectoris capit, recipit, oblectat hospitio, ut pacem terris, coelis gloriam, salutem perditis, vitam mortuis, terrenis cum coelestibus parentelam, ipsius Dei cum carne commercium, pro ipsa domus exigat pensione, pro ipsius uteri mercede conquirat, et impleat illud prophetae: Ecce haereditas Domini, filii merces fructus ventris. Sed jam se concludat sermo, ut de partu Virginis, donante Deo, et indulgente tempore, gratius proloquamur.

Ella, al oírlo, se turbó por sus palabras (Lc 1,29). ¿Qué es esto, que ve a la persona y se turba por las palabras? Porque el ángel había venido amable en el aspecto, fuerte en la guerra, apacible en el porte, terrible en la palabra, profiriendo cosas humanas, prometiendo cosas divinas. Por eso también a la virgen, a quien la vista había inquietado levemente, la turbó sobremanera el oído; y a la que la presencia del enviado había conmovido poco, la sacudió con todo su peso la autoridad del que enviaba. ¿Y qué más? Enseguida sintió que era recibido en ella el Juez de lo alto, cuando ya antes había visto y contemplado al aposentador celestial. Pues aunque con suave impulso, con afecto piadoso, Dios convertía para sí a una virgen en madre, el Señor a una sierva en engendradora, se turbaron sin embargo sus entrañas, su mente retrocedió, su misma condición se estremeció, cuando Dios, a quien no abarca toda la creación, se recogió y se escondió entero dentro de un pecho humano.

Y la Virgen, dice, pensaba qué saludo era este (Lc 1,29). Advierta vuestra caridad, como dijimos, que la Virgen consintió a un saludo no de palabras, sino de hechos; y que la voz no fue de homenaje común, sino que fue toda la fuerza del poder de lo alto. Piensa, pues, la Virgen, porque responder pronto es propio de la ligereza humana, pero pensar es propio de un peso grandísimo y de un juicio maduro. Mucho ignora cuán grande es Dios el que no se pasma ante la mente de esta Virgen, no admira su ánimo: el cielo se llena de pavor, tiemblan los ángeles, la creación no lo soporta, la naturaleza no basta, una sola muchacha abarca de tal modo a Dios en su pecho, lo recibe, lo agasaja con hospitalidad, que como alquiler por esa casa exige paz para la tierra, gloria para los cielos, salvación para los perdidos, vida para los muertos, parentesco de lo terreno con lo celestial, comercio de Dios mismo con la carne, lo gana como paga por ese mismo seno, y cumple aquello del Profeta: He aquí la herencia del Señor, los hijos; la recompensa, el fruto del vientre (Sal 127,3). Pero cierre ya el sermón, para que, por don de Dios y si el tiempo lo permite, hablemos con más agrado del parto de la Virgen.

Sermo CXLI.

De Incarnatione Christi

Quantum secretum cubiculi sit regalis, quali reverentia, quo tremore locus habeatur, ubi ipsa principis requiescit potestas, quam nulli extraneo, immundo nemini, nulli infideli pateat illuc et permittatur accessus; quam munda, quam casta, quam fidelia, ibidem praestolentur obsequia, imperialis aulae manifestis docetur insignibus. Quis ad ipsas palatii fores vilis, quis propinquat indignus? Certe ad thalamum sponsi nisi satis proximus, nisi satis intimus, nisi bonae conscientiae, nisi laudabilis famae, nisi probabilis vitae nullus admittitur. Intra thalamum vero ipsum virginem Deus capit solam, suscipitur sola virginitas illibata.

Unde, o homo, his admonitus exemplis, aestima quis sis, quantus sis, qualis sis, et tunc demum cogita utrum possis Dominicae nativitatis penetrare secretum, utrum merearis ad illius pectoris cubiculum pervenire, ubi tota superni Regis, tota divinitatis requiescit majestas; utrum debeas humanis oculis, corporeis sensibus, conceptum virginis temerarius discussor attendere; utrum possis ipsas Dei manus operantes sanctum sibi corporis templum intra alvum genitricis audax et curiosus arbiter intueri, conspectibus tuis absconditum saeculis nudare mysterium, revelare tibi ipsis angelis invisibile sacramentum; et ita coelesti fabricae praesidere, ut deprehendas liquido tu quomodo Deus penetrale clausae carnis intraverit, quemadmodum sacri corporis in illo venerabili utero praeter Virginis conscientiam lineamenta pinxerit, quomodo praeter concipientis sensum mansura saeculis ossa solidaverit; qualiter, praeter hominis ordinem, hominis veram produxerit formam; quemadmodum, praeter carnis sollicitudinem, totam carnis assumpserit veritatem; qua ratione, praeter naturam nostrae carnis, integram susceperit qualitatem: et si ad haec tibi liber non perpatuerit accessus, jam Deus ex carne nunc assumere non potuit, quod in principio assumpsit ex limo? Immo quia totum Deo est possibile, et tibi ne ad minima quidem operum Dei possibile est pervenire, conceptum Virginis noli discutere, sed crede; Deum voluisse nasci pie senti, quia facis injuriam si requiris; magnum Dominicae nativitatis sacramentum fide percipe, quia ne minima quidem operum Dei assequi poteris sine fide, dicente Scriptura: Omnia opera ejus in fide.

Sermón CXLI.

Sobre la Encarnación de Cristo

Cuán grande es el secreto de la alcoba regia, con qué reverencia, con qué temblor se tiene el lugar donde reposa la potestad misma del príncipe, cómo a ningún extraño, a ningún impuro, a ningún infiel se abre y se permite allí el acceso; cuán limpios, cuán castos, cuán fieles homenajes aguardan allí: lo enseñan las insignias manifiestas de la corte imperial. ¿Quién, siendo vil, quién, siendo indigno, se acerca a las puertas mismas del palacio? Ciertamente a la cámara del esposo nadie es admitido si no es muy cercano, muy íntimo, de buena conciencia, de fama loable, de vida probada. Pero dentro de esa misma cámara Dios toma solo a la virgen; solo es recibida la virginidad intacta.

Por eso, oh hombre, advertido por estos ejemplos, estima quién eres, cuán grande eres, cómo eres, y solo entonces considera si puedes penetrar el secreto del nacimiento del Señor, si mereces llegar a la cámara de aquel pecho donde reposa toda la majestad del Rey de lo alto, toda la majestad de la divinidad; si debes, examinador temerario, fijarte con ojos humanos, con sentidos corporales, en la concepción de la virgen; si puedes, árbitro audaz y curioso, contemplar las manos mismas de Dios que obran para sí el santo templo de un cuerpo dentro del seno de la progenitora, desnudar a tus miradas el misterio escondido a los siglos, revelarte el sacramento invisible a los ángeles mismos; y presidir así la fábrica celestial hasta comprender con claridad cómo Dios entró en el santuario de una carne cerrada, cómo en aquel venerable seno pintó los rasgos del sagrado cuerpo sin que la Virgen lo advirtiera, cómo sin que lo sintiera la que concebía consolidó los huesos que habían de durar por los siglos; cómo, fuera del orden del hombre, produjo la verdadera forma de un hombre; cómo, sin la solicitud de la carne, asumió toda la verdad de la carne; por qué razón, fuera de la naturaleza de nuestra carne, asumió su cualidad entera: y si no se te ha abierto libre acceso a estas cosas, ¿no pudo Dios asumir ahora de la carne lo que en el principio asumió del limo? Más bien, porque todo es posible para Dios, y a ti no te es posible llegar ni siquiera a la menor de las obras de Dios, no examines la concepción de la Virgen, sino cree; piensa piadosamente que Dios quiso nacer, porque haces injuria si lo indagas; percibe por la fe el gran misterio del nacimiento del Señor, porque ni siquiera la menor de las obras de Dios podrás alcanzar sin la fe, como dice la Escritura: Todas sus obras son en la fe (Sal 33,4).

Sed tu hic totum vis de ratione constare, ubi totum consistit ex fide, quod tamen non sine ratione subsistit, sed ratione Dei, non tua, homo. Quid tam rationabile, nisi ut Deus quidquid voluerit possit? Qui quod vult non potest, Deus non est. Quae ergo mandat Deus, exsequitur angelus, implet Spiritus, efficit virtus, Virgo credit, natura suscipit, coeli narrant, annuntiat firmamentum, ostendunt stellae, magi praedicant, pastores adorant, pecora cognoscunt, attestante propheta: Cognovit bos possessorem suum, et asinus praesepe Domini sui. Tu homo, si non mox cum angelis, agnosce vel tardissime cum jumentis; ne dum moraris, ipsis jumentis, quibus ante comparatus fueras, postponaris. Ecce jumenta adulantur caudis, blandiuntur auribus, linguis lambunt, et motu quo possunt auctorem suum fatentur contra naturam in tuam venisse naturam; et tu cum Judaeis discutis, carpis, qui excluserunt a diversoriis suis Dominum suum, quem jumenta suis in praesepibus susceperunt. Unde si tandem vel angelis es pium praestaturus auditum, quae ab angelo dicenda sunt, si non feliciter vel dignanter admitte: quod nos hodie differre, et sequenti referre sermone, sancti fratres, satis vobis necessarius sermo compellit.

Pero tú quieres que aquí todo conste por la razón, donde todo consiste en la fe; la cual, sin embargo, no subsiste sin razón, sino por la razón de Dios, no por la tuya, hombre. ¿Qué hay tan razonable como que Dios pueda cuanto haya querido? El que no puede lo que quiere no es Dios. Lo que Dios manda, pues, lo ejecuta el ángel, lo cumple el Espíritu, lo efectúa el poder, lo cree la Virgen, lo recibe la naturaleza, lo narran los cielos, lo anuncia el firmamento, lo muestran las estrellas, lo predican los Magos, lo adoran los pastores, lo conocen los ganados, atestiguándolo el profeta: Conoció el buey a su dueño, y el asno el pesebre de su Señor (Is 1,3). Tú, hombre, si no enseguida con los ángeles, reconócelo al menos muy tarde con las bestias; no sea que, mientras te demoras, quedes pospuesto a las mismas bestias a las que antes habías sido comparado. Mira, las bestias halagan con la cola, acarician con las orejas, lamen con la lengua, y con el movimiento que pueden reconocen que su autor ha venido, contra la naturaleza, a tu naturaleza; y tú, con los judíos, examinas y criticas, los cuales excluyeron de sus posadas a su Señor, a quien las bestias recibieron en sus pesebres. Por eso, si al fin vas a prestar oído piadoso al menos a los ángeles, admite, si no con dicha, al menos con dignación, lo que el ángel ha de decir: cosa que un discurso bien necesario para vosotros nos obliga, santos hermanos, a diferir hoy y a referir en el sermón siguiente.

Sermo CXLII.

De Annuntiatione D. Mariae Virginis

Audistis hodie, fratres charissimi, angelum cum muliere de hominis reparatione tractantem. Audistis agi, ut homo cursibus eisdem quibus dilapsus fuerat ad mortem, rediret ad vitam. Agit, agit cum Maria angelus de salute, quia cum Eva angelus egerat de ruina. Audistis angelum de carnis nostrae limo templum divinae majestatis arte ineffabili construentem. Audistis in terris Deum, in coelis hominem sacramento incomprehensibili collocari. Audistis inaudita ratione in uno corpore Deum hominemque misceri. Audistis fragilem nostrae carnis naturam ad portandam totam deitatis gloriam angelica exhortatione roborari.

Denique ne tanto ponderi coelestis fabricae in Maria, subtilis nostri corporis arena succumberet, et in virgine totius generis humani portatura fructum virga tenuis frangeretur, fugatura metum vox angeli mox praecessit, dicens: Ne timeas, Maria. Ante causam dignitas virginis annuntiatur ex nomine: nam Maria Hebraeo sermone, Latine, domina nuncupatur: vocat ergo angelus dominam, ut dominatoris genitricem trepidatio deserat servitutis, quam nasci, et vocari dominam ipsa sui germinis fecit et impetravit auctoritas.

Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam. Verum est, quia qui invenit gratiam, nescit timere. Invenisti gratiam. Apud quem? Apud Deum. Beata quae inter homines audire sola meruit prae omnibus. Invenisti gratiam. Quantam? quantam superius dixerat: plenam. Et vere plenam, quae largo imbre totam funderet et infunderet creaturam. Invenisti enim gratiam apud Deum. Haec cum dicit, et ipse angelus miratur, aut feminam tantum, aut omnes homines vitam meruisse per feminam: stupet angelus totum Deum venire intra virginalis uteri angustias, cui tota simul angusta est creatura. Hinc est quod remoratur angelus, hinc est quod Virginem vocat de merito, de gratia compellat, vix causam prodit audienti, sane ut sensum promoveat, vix longa trepidatione componit. Aestimate, fratres, qua reverentia, quo tremore nos tanto interesse deceat et conveniat sacramento, quando ipse angelus non sine metu metum discutit audientis.

Sermón CXLII.

Sobre la Anunciación de santa María Virgen

Habéis oído hoy, hermanos carísimos, al ángel tratando con una mujer de la restauración del hombre. Habéis oído que se trataba de que el hombre, por los mismos caminos por los que se había deslizado a la muerte, volviera a la vida. Trata, trata el ángel con María de la salvación, porque un ángel había tratado con Eva de la ruina. Habéis oído al ángel construyendo con arte inefable, del limo de nuestra carne, un templo de la majestad divina. Habéis oído que Dios es colocado en la tierra, el hombre en el cielo, por un misterio incomprensible. Habéis oído que, de un modo inaudito, Dios y el hombre se mezclan en un solo cuerpo. Habéis oído que la frágil naturaleza de nuestra carne es fortalecida por la exhortación del ángel para llevar toda la gloria de la deidad.

En efecto, para que la fina arena de nuestro cuerpo no sucumbiera en María bajo tan gran peso de la fábrica celestial, y para que en la virgen no se quebrara la tenue vara que había de llevar el fruto de todo el género humano, la voz del ángel, para ahuyentar el miedo, se adelantó enseguida, diciendo: No temas, María (Lc 1,30). Antes de la causa se anuncia por el nombre la dignidad de la virgen: pues María en lengua hebrea se llama en latín señora (domina): el ángel, pues, la llama señora, para que el temblor de la servidumbre abandone a la progenitora del Dominador (dominator), a la que la autoridad misma de su vástago hizo y obtuvo que naciera y se llamara señora.

No temas, María, porque has hallado gracia (Lc 1,30). Es verdad que el que ha hallado gracia no sabe temer. Has hallado gracia. ¿Ante quién? Ante Dios. Bienaventurada la que, sola entre los hombres, mereció oírlo antes que todos. Has hallado gracia. ¿Cuánta? cuanta había dicho más arriba: llena. Y verdaderamente llena, pues con lluvia abundante había de derramarse sobre toda la creación e infundirse en ella. Porque has hallado gracia ante Dios. Al decir esto, el ángel mismo se admira de que o bien una mujer sola, o bien todos los hombres por una mujer, hayan merecido la vida: se pasma el ángel de que Dios entero venga a las estrecheces de un seno virginal, Dios para quien toda la creación junta es estrecha. De aquí que el ángel se detenga, de aquí que llame a la Virgen por su mérito, la interpele por la gracia, apenas le descubra la causa mientras escucha, para hacer avanzar su entendimiento, apenas la componga, con largo temblor. Considerad, hermanos, con qué reverencia, con qué temblor conviene y corresponde que asistamos a tan gran misterio, cuando el ángel mismo, no sin miedo, disipa el miedo de la que escucha.

Ecce concipies in utero. Bene concipies, quod caro nescit, conditio non habet, non admittit natura. Ecce concipies in utero. Quis ante ad fructum pervenit quam terrae laborem sentiat et sudorem? Quis ante poma carpit quam plantae suam tribuat et impendat industriam? Quis praeter viam ad ullam pervenit mansionem? Quis praeter naturam naturae suscipit incrementum? Beata ergo et vere beata Maria, quae praeter generandi curas, praeter materni doloris fastidia, tantam germinis pervenit ad gloriam. Beata, quam divinum pignus sic suo suscepit et servavit in pectore, ut illud tota corporis externa nesciret. Beata, quae quod de supernis angelo referente susceperat sic menti suae solae commisit et credidit. Intra domum Virginis negotium coeleste sic geritur, ut manentibus claustris, ipsa domus septa non sentiant.

Concipies, et paries filium. Qui ingreditur et egreditur, et introitus sui et exitus nulla vestigia relinquit, divinus habitator est, non humanus; et qui conceptu suo virginem servat, et ortu suo relinquit virginem, non terrenus homo est, sed coelestis. Nostrae ergo carnis ordo secedat; hic sibi natura nostra nil vindicet, ubi ad divinam progeniem coelestis ordo divinam instituitur in naturam. Conceptus et partus sermo audientis animum non fatiget, nec leviter sensum moveat Christiani, ubi ad coelestem progeniem virtutis Dei divina peraguntur insignia.

Concipies et paries filium. Non dixit tibi, dixit tuum. Quare? Quia sanctum vocabitur Filius Dei. Virgo te gratia matrem praestitit, non natura; genitricem te dici pietas voluit, quam non sinebat integritas; in tuo conceptu, in tuo partu crevit pudor, aucta est castitas, integritas roborata est, est solidata virginitas, omnes perseveravere virtutes. Virgo, si tibi salva sunt omnia, quid dedisti? Si virgo, quomodo mater? Si sponsa, genitrix quomodo? Ille, quo tibi aucta sunt omnia, nil minuit, Virgo. Virgo, concipitur ex te auctor tuus, tua ex te oritur origo, in tuo germine est genitor tuus, in tua carne est Deus tuus, et ipse lucem mundi per te recepit qui lucem mundo dedit. Monita ergo per angelum, Virgo, ne praesumas hunc vocare filium tuum, sed mox ut genueris, invoca salvatorem: quia virginitas non sibi parit filium, sed parit pignus auctoris, et integritas suum gestat dominum, non alumnum, dicente angelo: Et vocabis nomen ejus Jesum, quod Salvator Latino vocabulo nuncupatur.

Dixit autem Maria ad angelum, Quomodo fiet istud? Ecce Maria interrogat: et si qui interrogat, dubitat, cur solus Zacharias velut querulus percunctator incurrit? Quia pectorum cognitor non verba, sed corda pervidit; non quid dixerint, sed quid senserint, judicavit; erat enim interrogantium causa dissimilis, species perdivisa.

He aquí que concebirás en el seno (Lc 1,31). Con razón concebirás lo que la carne no conoce, la condición no tiene, la naturaleza no admite. He aquí que concebirás en el seno. ¿Quién llega al fruto antes de sentir el trabajo y el sudor de la tierra? ¿Quién coge las manzanas antes de dedicar y emplear en la planta su industria? ¿Quién llega a alguna morada fuera del camino? ¿Quién, fuera de la naturaleza, recibe el crecimiento de la naturaleza? Bienaventurada, pues, y verdaderamente bienaventurada María, que, sin los cuidados del engendrar, sin las molestias del dolor de madre, llegó a tan grande gloria de descendencia. Bienaventurada la que de tal modo recibió y guardó en su propio pecho la prenda divina, que todo lo exterior del cuerpo no lo supo. Bienaventurada la que lo que había recibido de lo alto, al referírselo el ángel, de tal modo lo confió y encomendó a su mente sola. Dentro de la casa de la Virgen se lleva a cabo el negocio celestial de tal modo que, permaneciendo los cerrojos, los recintos mismos de la casa no lo sienten.

Concebirás, y darás a luz un hijo (Lc 1,31). El que entra y sale, y no deja huella alguna de su entrada ni de su salida, es un morador divino, no humano; y el que con su concepción guarda virgen a la virgen y con su nacimiento la deja virgen no es un hombre terreno, sino celestial. Apártese, pues, el orden de nuestra carne; nada reivindique aquí para sí nuestra naturaleza, donde para una descendencia divina se instituye un orden celestial en una naturaleza divina. Que las palabras concepción y parto no fatiguen el ánimo del oyente, ni muevan a la ligera el sentir del cristiano, donde para una descendencia celestial se cumplen las divinas insignias del poder de Dios.

Concebirás y darás a luz un hijo. No dijo «para ti»; dijo «tuyo». ¿Por qué? Porque lo santo será llamado Hijo de Dios (Lc 1,35). Virgen, la gracia te hizo madre, no la naturaleza; la piedad quiso que se te llamara progenitora, lo que la integridad no permitía; en tu concepción, en tu parto creció el pudor, aumentó la castidad, se robusteció la integridad, se consolidó la virginidad, perseveraron todas las virtudes. Virgen, si todo se te conserva intacto, ¿qué diste? Si virgen, ¿cómo madre? Si esposa, ¿cómo progenitora? Aquel por quien todo se te acrecentó no menguó nada, Virgen. Virgen, tu autor es concebido de ti, tu origen nace de ti, en tu vástago está tu progenitor, en tu carne está tu Dios, y recibió por ti la luz del mundo el que dio la luz al mundo. Advertida, pues, por el ángel, Virgen, no te atrevas a llamarlo hijo tuyo, sino que, en cuanto lo hayas engendrado, invoca al salvador: porque la virginidad no da a luz un hijo para sí, sino que da a luz la prenda del autor, y la integridad lleva a su señor, no a un niño de crianza, como dice el ángel: Y le pondrás por nombre Jesús (Lc 1,31), que en la palabra latina se llama Salvador.

Y dijo María al ángel: ¿Cómo será esto? (Lc 1,34) He aquí que María pregunta: y si el que pregunta duda, ¿por qué solo Zacarías incurre en reproche como un preguntón quejumbroso? Porque el juez instructor de los pechos penetró no las palabras, sino los corazones; juzgó no lo que dijeron, sino lo que sintieron; pues era distinta la causa de los que preguntaban, del todo diversa la manera.

Haec contra naturam credidit, ille dubitat pro natura; haec integrae rei ordinem quaerit, ille quae Deus jubet fieri non posse perscribit; ille impellentibus exemplis non accedit ad fidem, haec sine exemplo percurrit ad fidem; haec miratur de partu virginis, ille de conceptu disputat conjugali. Merito ergo haec loquitur, haec Deum suo cognoscit et confitetur in corpore; ille tacet, donec Joannem quem negabat, convictus proprio redderet ex corpore.

Quomodo fiet istud? Quare? Quia virum non cognosco. Mulier, quem virum quaeris? quem tu in Paradiso perdidisti? Redde virum, mulier, redde depositum Dei, redde ex te quem perdidisti per te: praetermitte naturae ordinem, recognosce ordinem Creatoris. Ille ex te assumet et faciet virum, qui in principio te fecit et assumpsit ex viro; ne quaeras virum, cesset opus hominis, quia ad reparationem hominis sufficit ars divina. Hinc est quod Deus ipse ad te venit, quia te poenituit ad hominem pervenisse.

Nec jam caro ad carnem; sed Spiritus sanctus superveniet in te. Quia quod de carne natum est, caro est; et quod de Spiritu, spiritus est. Qui ergo de Spiritu nascitur, sine controversia Deus est, quia Spiritus est Deus. Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Obumbrat Dei virtus, ne portatura Deum, fragilitas humana succumbat. Et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Aestus nostri corporis nescit quam divinae protegit umbra virtutis; nec secretum mundanae habitationis inquirit, quae se septam superni splendoris circumspicit velamento.

Propterea quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Nemo hic communiter accipiat sanctum, sed illa singularitate qua clamatur in coelestibus: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Mittitur autem Maria ad Elisabeth, virgo ad sterilem, infans ad anum, ut certamine pio sumant ambae, percipiant pariter, altera de novitate fidem, altera de necessitate virtutem.

His auditis, respondit Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Quae vocatur ab angelo domina, ipsa se cognoscit et confitetur ancillam. Quia devotus animus infulis beneficiorum crescit ad obsequium: augetur ad gratiam, non ad arrogantiam prosilit, non ad superbiam pertumescit. Fiat mihi secundum verbum tuum. Quae credit verbo, merito concipit Verbum: In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum; et ad totam rem pervenit, quae secretum fidei consentit auditu. Quantum peccat haereticus, qui post causam non credit, cum tantum hanc credidisse conspicit ante causam?

Ella creyó contra la naturaleza, él duda en favor de la naturaleza; ella pregunta el orden de una cosa que queda íntegra, él da por escrito que no puede hacerse lo que Dios manda; él, con ejemplos que lo empujan, no llega a la fe, ella sin ejemplo corre hasta la fe; ella se admira del parto de una virgen, él discute sobre una concepción conyugal. Con razón, pues, ella habla, ella conoce y confiesa a Dios en su cuerpo; él calla, hasta que, convicto, devolviera de su propio cuerpo a Juan, a quien había negado.

¿Cómo será esto? ¿Por qué? Puesto que no conozco varón (Lc 1,34). Mujer, ¿qué varón buscas? ¿el que tú perdiste en el Paraíso? Devuelve el varón, mujer, devuelve el depósito de Dios, devuelve de ti al que perdiste por ti: deja a un lado el orden de la naturaleza, reconoce el orden del Creador. Él asumirá de ti y hará un varón, el que en el principio te hizo y te asumió del varón; no busques varón, cese la obra del hombre, porque para la restauración del hombre basta el arte divino. De aquí que Dios mismo venga a ti, porque te arrepentiste de haber llegado al hombre.

Ya no la carne a la carne; sino que el Espíritu Santo vendrá sobre ti (Lc 1,35). Porque lo que nace de la carne es carne; y lo que nace del Espíritu es espíritu (Jn 3,6). El que nace, pues, del Espíritu es sin discusión Dios, porque el Espíritu es Dios. El Espíritu Santo vendrá sobre ti, y el poder del Altísimo te cubrirá con su sombra (Lc 1,35). La cubre con su sombra el poder de Dios, para que la fragilidad humana, que va a llevar a Dios, no sucumba. Y el poder del Altísimo te cubrirá con su sombra. No conoce el ardor de nuestro cuerpo aquella a quien protege la sombra del poder divino; ni busca el secreto de una morada mundana la que se ve rodeada con el velo del esplendor de lo alto.

Por eso lo santo que nacerá de ti será llamado Hijo de Dios (Lc 1,35). Que nadie tome aquí «santo» en sentido común, sino con aquella singularidad con que se clama en los cielos: Santo, Santo, Santo, Señor Dios Sabaot (Is 6,3). María, por su parte, es enviada a Isabel, la virgen a la estéril, la niña a la anciana, para que en piadosa competencia ambas tomen, reciban por igual, una la fe a partir de la novedad, la otra el poder a partir de la necesidad.

Oído esto, respondió María: He aquí la esclava del Señor; hágase en mí según tu palabra (Lc 1,38). La que es llamada señora por el ángel se reconoce y se confiesa ella misma esclava. Porque el ánimo devoto crece hacia el homenaje con los lazos de los beneficios: se acrecienta hacia la gracia, no salta a la arrogancia, no se hincha hasta la soberbia. Hágase en mí según tu palabra. La que cree a la palabra con razón concibe al Verbo: En el principio era el Verbo, y el Verbo estaba junto a Dios, y el Verbo era Dios (Jn 1,1); y llega a la cosa entera la que con el oído consiente al secreto de la fe. ¡Cuánto peca el hereje que no cree después del hecho, cuando ve que ella lo creyó tanto antes del hecho!

Sermo CXLIII.

De eadem

Debetur quidem vobis natalitius sermo, sed ineffabile Nativitatis Dominicae sacramentum credere magis convenit quam referre. Virgo peperit. Quod natura non habet, usus nescit, ignorat ratio, mens non capit, pavet coelum, stupet terra, creatura miratur, quomodo sermo narrabit humanus? Denique evangelista conceptum Virginis, Virginis partum sicut humano sermone pandit, ita divino claudit arcano: et hoc facit ut homo, quod credere jussus est, discutere non praesumat. Quis attingit arcanum Dei, partum Virginis, rerum causas, saeculorum negotium, commercium divinitatis et carnis, hominem Deumque unum Deum?

Evangelista sic ait: Missus est angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae cui nomen erat Nazareth, ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Joseph, et nomen virginis Maria. Missus est angelus a Deo; ubi mediator est angelus, humana cesset opinio; ubi coelestis est nuntius, interpretatio terrena pellatur. Curiositas humana torpescat, ubi supernus habetur interpres. Missus est angelus a Deo. Qui audit attentius, quia a Deo missus sit, deitatis refugit perscrutari secretum. Quod per angelum Deus mandat, ille meretur scire, qui timet scire. Audi Dominum dicentem: Super quem respiciam nisi super humilem, et mansuetum, et trementem verba mea? Humilem, et mansuetum: quantum mansuetus est ille qui jussis obtemperat, immansuetus tantum est ille qui jussa discutit.

Missus est angelus ad virginem. Quia semper est angelis cognata virginitas. In carne praeter carnem vivere non terrena vita est, sed coelestis. Et si vultis scire, angelicam gloriam acquirere majus est quam habere; esse angelum felicitatis est, virginem esse virtutis; virginitas enim hoc obtinet viribus quod habet angelus ex natura. Angelus ergo et virgo divinum agunt officium, non humanum.

Ingressus, inquit, angelus ad eam dixit: Ave, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres. Ave, gratia plena, Dominus tecum: videtis quibus est virgo oppignorata muneribus. Ave, gratia plena, Dominus tecum. Ave, hoc est accipe. Quid? Virtutes munerum, non pudoris. Ave, gratia plena. Haec est gratia quae dedit coelis gloriam, terris Deum, fidem gentibus, finem vitiis, vitae ordinem, moribus disciplinam. Hanc gratiam detulit angelus, accepit Virgo salutem saeculis redditura. Ave, gratia plena.

Sermón CXLIII.

Sobre lo mismo

Se os debe, ciertamente, un sermón del nacimiento, pero el inefable misterio de la Natividad del Señor conviene más creerlo que referirlo. La Virgen dio a luz. Lo que la naturaleza no tiene, la costumbre no conoce, la razón ignora, la mente no abarca, el cielo se llena de pavor, la tierra contempla con pasmo, la creación admira, ¿cómo lo narrará la palabra humana? En efecto, el evangelista, así como abre con palabra humana la concepción de la Virgen, el parto de la Virgen, así lo cierra con un arcano divino: y lo hace para que el hombre no se atreva a examinar lo que se le ha mandado creer. ¿Quién alcanza el arcano de Dios, el parto de la Virgen, las causas de las cosas, el negocio de los siglos, el comercio de la divinidad y de la carne, hombre y Dios un solo Dios?

El evangelista dice así: Fue enviado por Dios el ángel Gabriel a una ciudad de Galilea cuyo nombre era Nazaret, a una virgen desposada con un varón cuyo nombre era José, y el nombre de la virgen era María (Lc 1,26-27). Fue enviado el ángel por Dios; donde el mediador es un ángel, cese la opinión humana; donde el mensajero es celestial, sea rechazada la interpretación terrena. Entorpézcase la curiosidad humana donde el intérprete es de lo alto. Fue enviado el ángel por Dios. El que oye con más atención que fue enviado por Dios rehúye escudriñar el secreto de la deidad. Lo que Dios manda por medio de un ángel merece saberlo el que teme saberlo. Escucha al Señor que dice: ¿Sobre quién miraré, sino sobre el humilde y el manso, y el que tiembla ante mis palabras? (Is 66,2) El humilde y el manso: cuanto es manso el que obedece a lo mandado, tanto es no manso el que examina lo mandado.

Fue enviado el ángel a una virgen. Porque la virginidad es siempre pariente de los ángeles. Vivir en la carne fuera de la carne no es vida terrena, sino celestial. Y si queréis saberlo, adquirir la gloria angélica es más que tenerla; ser ángel es cosa de felicidad, ser virgen cosa de virtud; pues la virginidad obtiene con sus fuerzas lo que el ángel tiene por naturaleza. El ángel, pues, y la virgen cumplen un oficio divino, no humano.

Entrando, dice, el ángel a ella, le dijo: Salve, llena de gracia, el Señor está contigo, bendita tú entre las mujeres (Lc 1,28). Salve, llena de gracia, el Señor está contigo: veis con qué dones ha sido dada en prenda la virgen. Salve, llena de gracia, el Señor está contigo. Salve: es decir, recibe. ¿Qué? Los poderes de los dones, no del pudor. Salve, llena de gracia. Esta es la gracia que dio gloria a los cielos, Dios a la tierra, fe a las naciones, fin a los vicios, orden a la vida, disciplina a las costumbres. Esta gracia la trajo el ángel, la recibió la Virgen, para devolver la salvación a los siglos. Salve, llena de gracia.

Quia singulis gratia se est largita per partes, Mariae vero simul se totam dedit gratiae plenitudo. Omnes, inquit evangelista, de plenitudine ejus accepimus. Unde et David dicit: Descendit sicut pluvia in vellus. Vellus cum sit de corpore, nescit corporis passiones; sic virginitas cum sit in carne, vitia carnis ignorat. Coelestis ergo imber virgineum in vellus placido se fudit illapsu, et tota divinitatis unda bibulo se nostrae carnis celavit in vellere, donec per patibulum crucis expressum terris omnibus in pluviam salutis effunderet. Et sicut stillicidia stillantia super terram. Ut vitalibus partita stillicidiis tempora fidei rigarent germina, non necarent.

Ave, gratia plena, Dominus tecum. Missus est angelus a Deo, et quid dicit? Dominus tecum. Ergo erat cum Virgine, qui ad Virginem miserat. Praecessit nuntium suum Deus, sed a Deo non recessit: teneri locis non potest, qui omnibus habetur in locis; et totus ubique est, sine quo nihil est totum. Benedicta tu inter mulieres. Vere benedicta virgo, quae et virginitatis possidet decus, matris et pertulit dignitatem. Vere benedicta, quae et superni conceptus meruit gratiam, et sustulit integritatis coronam. Vere benedicta, quae et divini germinis suscepit gloriam, et regina totius exstitit castitatis. Vere benedicta, quae fuit major coelo, fortior terra, orbe latior; nam Deum quem mundus non capit, sola cepit. Portavit eum qui portat orbem, genuit genitorem suum, nutrivit omnium viventium nutritorem.

Sed videamus quid ait evangelista: Maria, inquit, ut vidit angelum, turbata est in sermone ejus. Turbata est caro, concussa sunt viscera, mens tremuit, tota cordis obstupuit altitudo: quia in ingressu angeli virgo sensit divinitatis ingressum. Turbabatur humani corporis templum, et carnalis domicilii movebantur angustiae, cum se in virgineo pectore tota Dei conderet magnitudo.

Sed si placet, priusquam fidei Christianae penetremus arcanum, loquamur ad eos qui partum virginis, qui magnum pietatis sacramentum, qui reparationem salutis humanae referunt ad divinitatis injuriam. Venit ad virginem Deus, hoc est, ad opus suum opifex, creator ad creaturam suam. Quando ad opificis honorem operis restauratio non redundat? Quando honor non deputatur ad gloriam, si factor facturam suam reparet? Ne amittat quis opus suum, nonne cum veterascit revocat, et cum cadit erigit, et cum destruitur in melius non reformat?

Porque a cada uno la gracia se ha dado por partes, pero a María la plenitud de la gracia se le dio toda entera a la vez. Todos, dice el evangelista, hemos recibido de su plenitud (Jn 1,16). Por eso dice también David: Descendió como la lluvia sobre el vellón (Sal 72,6). El vellón, aunque procede de un cuerpo, no conoce las pasiones del cuerpo; así la virginidad, aunque está en la carne, ignora los vicios de la carne. La lluvia celestial, pues, se derramó con plácido descenso sobre el vellón virginal, y toda la ola de la divinidad se escondió en el vellón absorbente de nuestra carne, hasta que, exprimida por el patíbulo de la cruz, se derramara sobre todas las tierras como lluvia de salvación. Y como gotas que destilan sobre la tierra (Sal 72,6). Para que los tiempos, repartidos por gotas vivificantes, regaran los brotes de la fe, no los ahogaran.

Salve, llena de gracia, el Señor está contigo. Fue enviado el ángel por Dios, ¿y qué dice? El Señor está contigo. Luego estaba con la Virgen el que había enviado a la Virgen. Dios precedió a su mensajero, pero no se apartó de Dios: no puede ser contenido por los lugares el que se halla en todos los lugares; y está entero en todas partes aquel sin quien nada está entero. Bendita tú entre las mujeres. Verdaderamente bendita la virgen, que posee el decoro de la virginidad y ha llevado la dignidad de madre. Verdaderamente bendita la que mereció la gracia de una concepción de lo alto y se llevó la corona de la integridad. Verdaderamente bendita la que recibió la gloria de un vástago divino y se mostró reina de toda la castidad. Verdaderamente bendita la que fue mayor que el cielo, más fuerte que la tierra, más ancha que el orbe; pues a Dios, a quien el mundo no abarca, ella sola lo abarcó. Llevó al que lleva el orbe, engendró a su progenitor, alimentó al que alimenta a todos los vivientes.

Pero veamos qué dice el evangelista: María, dice, al ver al ángel, se turbó por sus palabras (Lc 1,29). Se turbó la carne, se sacudieron las entrañas, tembló la mente, quedó atónita toda la profundidad del corazón: porque en la entrada del ángel sintió la virgen la entrada de la divinidad. Se turbaba el templo del cuerpo humano, y se conmovían las estrecheces del domicilio carnal, cuando toda la grandeza de Dios se escondía en un pecho virginal.

Pero, si os parece, antes de penetrar el arcano de la fe cristiana, hablemos a los que atribuyen el parto de la virgen, el gran misterio de la piedad (1 Tim 3,16), la restauración de la salvación humana, a una injuria de la divinidad. Dios vino a la virgen, es decir, el artífice a su obra, el Creador a su criatura. ¿Cuándo la restauración de la obra no redunda en honor del artífice? ¿Cuándo no se tiene por honor y gloria que el hacedor repare su hechura? Para no perder su obra, ¿no la recobra uno cuando envejece, y la levanta cuando cae, y la reforma para mejor cuando se destruye?

Ergo quod in partu virginis agitur, non est Creatoris injuria, sed salus est creaturae. Si Deus fecit hominem, quis arguit cur refecit? et quod ex limo formasse digne creditur, quare ex carne reformasse judicatur indignum? Quid pretiosius, caro aut limus? Ergo reparationis nostrae quanto pretiosior materia, tanto major est gloria.

Aut quando Deus non in utero plasmator est hominis? Audi Job: Manus tuae fecerunt et finxerunt me. Et post: Ut caseum coagulasti me: ossibus et nervis inseruisti me, vitam et misericordiam dedisti mihi Et David: Tu formasti me, et posuisti super me manum tuam. Et ad Jeremiam Deus: Priusquam esses in utero, novi te, et in vulva sanctificavi te. Si ergo parentis in alvo Job lineamenta depinxit, si matris in utero David membra compegit, si Jeremiam genitricis sanctificavit in vulva, si Joannem sterilis in utero replevit Spiritu sancto, quid mirum modo, si virginis habitavit in utero, qui mulierem hominis sumpsit ex latere? Ipse hominem mulieris resumpsit ex utero, qui virginem viri formavit ex corpore; ac perinde, homo, quae tibi videntur nova, Deo habentur antiqua.

Sed dicis: Quae nascendi necessitas Deo cui suppetit faciendi potestas? Quae? Ut ipsam naturam nascendo reficeret, quam fecerat operando: quia quae facta fuerat ut generaret ad vitam, ipsa generabat ad mortem. Per peccatum primi hominis natura lethale vulnus accepit, et coepit esse origo mortis, quae erat initium vitae. Hoc ergo negotium nativitatis quod nasci compulit Christum, ut naturae curam nativitas daret auctoris, et naturae curatio esset vivificatio filiorum.

Por tanto, lo que se hace en el parto de la virgen no es injuria del Creador, sino que es salvación de la criatura. Si Dios hizo al hombre, ¿quién le reprocha que lo rehiciera? y si se cree dignamente que lo formó del limo, ¿por qué se juzga indigno que lo reformara de la carne? ¿Qué es más precioso, la carne o el limo? Por tanto, cuanto más preciosa es la materia de nuestra restauración, tanto mayor es la gloria.

¿O cuándo no es Dios el plasmador del hombre en el seno? Escucha a Job: Tus manos me hicieron y me plasmaron (Job 10,8). Y después: Como queso me cuajaste: con huesos y nervios me entretejiste, me diste vida y misericordia (Job 10,10-12). Y David: Tú me formaste, y pusiste sobre mí tu mano (Sal 139,5). Y Dios a Jeremías: Antes de que estuvieras en el seno te conocí, y en el seno te santifiqué (Jer 1,5). Si, pues, dibujó los rasgos de Job en el vientre de su engendradora, si ensambló los miembros de David en el seno de su madre, si santificó a Jeremías en el seno de su progenitora, si llenó a Juan del Espíritu Santo en el seno de una estéril, ¿qué tiene de extraño ahora que habitara en el seno de una virgen el que tomó a la mujer del costado del hombre? Él volvió a tomar al hombre del seno de la mujer, él que formó a la virgen del cuerpo del varón; y por consiguiente, hombre, lo que a ti te parece nuevo para Dios es antiguo.

Pero dices: «¿Qué necesidad de nacer tenía Dios, que tiene a mano la potestad de hacer?». ¿Qué necesidad? Que rehiciera naciendo la naturaleza misma que había hecho obrando: porque la que había sido hecha para engendrar para la vida, ella misma engendraba para la muerte. Por el pecado del primer hombre la naturaleza recibió una herida mortal, y comenzó a ser origen de muerte la que era principio de vida. Este es, pues, el negocio de la natividad que impulsó a Cristo a nacer: que la natividad del autor diera a la naturaleza su curación, y que la curación de la naturaleza fuera la vivificación de los hijos.

Sermo CXLIV.

De eadem

De nativitate Christi nos comperendinare sermonem altitudo rei facit, et cogit mysterii magnitudo. Virgo peperit, quis loquetur? Verbum caro factum est, quis narrabit? Si Verbum Dei infantiae dat vagitum, homo imperfectus quomodo clamabit in verbo? Quantam stella magis nocte dedit quaerentibus lucem, tantam doctoris sermo ortus Dominici praebet audientibus claritatem: ut Christum invenisse gaudeant, discurrere non praesumant, honorent muneribus infantiam, non minorent. Sed orate, fratres, ut qui nostro sensim crevit in corpore, paulatim nostro crescere dignetur in verbo.

Evangelista hodie angelum retulit sic locutum: Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum. Ne timeas, Maria, quare? Quia invenisti gratiam. Timet non qui invenit, sed qui perdit. Invenit, invenit haec concipiendo superni germinis gratiam, quae pariendo non perdidit virginitatis insignia. Ne timeas, Maria. Quid timet, quae securitatem rerum concipit, parit gaudia saeculorum? Timor non est, ubi divinum est negotium, non humanum; ubi virtutis conscientia est, non pudoris. Quid timet, quae suscepit eum quem timent omnia quae timentur? Quid timet, cui judex causae est assertor, integritas testis innocentiae? Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum. Quod erat in principio apud Deum, Verbum Deum intra se virgo reperit, et factum est magnum deitatis templum, quae erat pusillum humanitatis hospitium, et quem non capiebat pusillitas humani corporis, coepit virginalis uteri magnitudo.

Ecce inquit, concipies in utero. Propter reverentiam dixisse suffecerat concipies; quod exaggerat, in utero, quid est? Ut conceptus esset veritas, non figura; ut partus esset proprietas, non imago, ut sicut de Deo vero Deus verus natus est, sic de vero conceptu veritas humani corporis nasceretur. In ortu Christi, fratres, humani corporis injuria sublata est, non natura; nec est creatura deleta, sed culpa damnata. Est ergo haeresis, quae Christum aerium corpus assumpsisse mentitur: nec habuisse carnem, sed hominem simulasse confingit.

Sermón CXLIV.

Sobre lo mismo

La profundidad del asunto nos hace aplazar el sermón sobre el nacimiento de Cristo, y nos obliga a ello la grandeza del misterio. La Virgen dio a luz: ¿quién lo dirá? El Verbo se hizo carne (Jn 1,14): ¿quién lo narrará? Si el Verbo de Dios da a la infancia el vagido, ¿cómo clamará en palabras el hombre imperfecto? Cuanta luz dio la estrella de noche a los Magos que buscaban, tanta claridad ofrece a los oyentes el sermón del maestro sobre el nacimiento del Señor: para que se alegren de haber encontrado a Cristo, no se atrevan a divagar, honren con dones la infancia, no la disminuyan. Pero orad, hermanos, para que el que poco a poco creció en nuestro cuerpo se digne crecer poco a poco en nuestra palabra.

El evangelista refirió hoy que el ángel habló así: No temas, María, porque has hallado gracia ante Dios (Lc 1,30). No temas, María: ¿por qué? Porque has hallado gracia. No teme el que encuentra, sino el que pierde. Halló, halló esta, concibiendo, la gracia de un vástago de lo alto, ella que al dar a luz no perdió las insignias de la virginidad. No temas, María. ¿Qué teme la que concibe la seguridad del universo, da a luz los gozos de los siglos? No hay temor donde el negocio es divino, no humano; donde hay conciencia de virtud, no de vergüenza. ¿Qué teme la que recibió a aquel a quien temen todas las cosas que son temidas? ¿Qué teme aquella cuyo defensor es el juez de la causa, y la integridad testigo de su inocencia? No temas, María, porque has hallado gracia ante Dios. Lo que en el principio estaba junto a Dios, el Verbo, Dios, la virgen lo halló dentro de sí, y fue hecha gran templo de la deidad la que era pequeño hospedaje de la humanidad; y a aquel a quien no contenía la pequeñez del cuerpo humano comenzó a contenerlo la grandeza de un seno virginal.

He aquí, dice, que concebirás en el seno (Lc 1,31). Por reverencia habría bastado decir «concebirás»; lo que encarece, «en el seno», ¿qué es? Que la concepción fuera verdad, no figura; que el parto fuera la realidad, no imagen; que, así como de Dios verdadero nació Dios verdadero, así de una concepción verdadera naciera la verdad de un cuerpo humano. En el nacimiento de Cristo, hermanos, se quitó la injuria del cuerpo humano, no su naturaleza; ni fue destruida la criatura, sino condenada la culpa. Hay, pues, una herejía que miente diciendo que Cristo asumió un cuerpo aéreo: finge que no tuvo carne, sino que simuló un hombre.

Concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Quod Hebraice Jesus, Graece Σωτὴρ, hoc dicitur Latine Salvator. Merito ergo Virgini salva sunt omnia, quae omnium genuit Salvatorem. Et vocabis nomen ejus Jesum, quia in hoc nomine deitatis tota adoratur majestas: omnes qui commorantur in coelis, universi qui habitant terram, cuncti qui in profundo tenentur inferni, huic prosternuntur nomini, hoc adorant. Audi Apostolum dicentem: Ut in nomine Jesu omne genu flectatur, coelestium, terrestrium et infernorum. Hoc nomen quod dedit caecis visum, auditum surdis, claudis cursum, sermonem mutis, vitam mortuis, totamque diaboli potestatem de obsessis corporibus virtus hujus nominis effugavit. Et si nomen tantum est, quanta potestas? Sed quis est iste qui vocatur hoc nomine? Jam dicat angelus. Et Filius Altissimi vocabitur. Videtis quia quod concipit Virgo, non terrenum germen est, sed coeleste. Virgo peperit, sed Deus suscepit Filium. Ergo qui de hac nativitate humano modo disputat, ad omnem tendit tanti genitoris injuriam.

Et dabit, inquit, ei Dominus sedem David patris sui. Hinc haereticus generat perfidiae suae nebulas, hinc sibi fingit erroris materiam. Ecce, inquit, non ego dico, sed angelus, Dabit illi Dominus Deus; numquid non major est qui dat, quam qui accipit? et qui accipit, antequam acciperet non habebat. Sed nos ista, fratres, audiamus, non ut perfidi, sed ut fideles; et sit nobis argumentum fidei, quod illis est erroris occasio. Dabit illi Dominus Deus. Quis dat, aut cui dat? utique Deus homini dat, divinitas carni. Dabit illi Dominus Deus. Quis Deus? utique Verbum quod erat in principio semper Deus. Cui dat? quod caro factum est, et habitavit in nobis. Audi Apostolum dicentem: Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Sibi utique non alii. Hic ergo Deus, qui in Christo erat, regnum sibi dabat in Christo, et conferebat suscepto corpori quod semper sua divinitate possederat, sicut ex ipso angeli probatur eloquio.

Dabit illi Dominus Deus sedem David patris sui. Vides, quia quando accipit, David filius dicitur; quando dat, Dei Filius nuncupatur, ipse dixit: Omnia quae habet Pater, mea sunt. Et quae necessitas accipiendi, ubi est habendi potestas? Ait, omnia quae habet Pater, mea sunt. Quis accipit quae sua sunt? Aut in gratia dantis est, si accipientis est quod donatur?

Concebirás en el seno, y darás a luz un hijo, y le pondrás por nombre Jesús. Lo que en hebreo es Jesús, en griego Soter, se dice en latín Salvator. Con razón, pues, se le conserva todo intacto (salva) a la Virgen que engendró al Salvador (Salvatorem) de todos. Y le pondrás por nombre Jesús, porque en este nombre se adora toda la majestad de la deidad: todos los que moran en los cielos, todos los que habitan la tierra, todos los que están retenidos en la profundidad del infierno, se postran ante este nombre, lo adoran. Escucha al Apóstol que dice: Que al nombre de Jesús se doble toda rodilla, de los del cielo, de la tierra y de los infiernos (Flp 2,10). Este nombre, que dio vista a los ciegos, oído a los sordos, carrera a los cojos, habla a los mudos, vida a los muertos, y el poder de este nombre ahuyentó toda la potestad del diablo de los cuerpos poseídos. Y si el nombre es tan grande, ¿cuán grande será la potestad? Pero ¿quién es este que es llamado con este nombre? Que lo diga ya el ángel. Y será llamado Hijo del Altísimo (Lc 1,32). Veis que lo que concibe la Virgen no es un vástago terreno, sino celestial. La Virgen dio a luz, pero Dios recibió al Hijo. Por tanto, el que discute sobre esta natividad de modo humano apunta a toda injuria contra tan gran Progenitor.

Y el Señor, dice, le dará el trono de David su padre (Lc 1,32). De aquí el hereje engendra las nieblas de su incredulidad, de aquí se fabrica la materia de su error. «He aquí —dice— que no lo digo yo, sino el ángel: El Señor Dios le dará; ¿acaso no es mayor el que da que el que recibe? y el que recibe, antes de recibir no tenía». Pero nosotros, hermanos, oigamos esto no como incrédulos, sino como fieles; y sea para nosotros argumento de fe lo que para ellos es ocasión de error. El Señor Dios le dará. ¿Quién da, o a quién da? Sin duda Dios da al hombre, la divinidad a la carne. El Señor Dios le dará. ¿Qué Dios? Sin duda el Verbo que era en el principio, siempre Dios. ¿A quién da? A lo que se hizo carne, y habitó en nosotros (Jn 1,14). Escucha al Apóstol que dice: Dios estaba en Cristo reconciliando consigo el mundo (2 Cor 5,19). Consigo, sin duda, no con otro. Este Dios, pues, que estaba en Cristo, se daba a sí mismo el reino en Cristo, y confería al cuerpo asumido lo que siempre había poseído por su divinidad, como se prueba por las palabras mismas del ángel.

El Señor Dios le dará el trono de David su padre. Ves que cuando recibe se le llama hijo de David; cuando da, se le nombra Hijo de Dios; él mismo dijo: Todo lo que tiene el Padre es mío (Jn 16,15). ¿Y qué necesidad hay de recibir donde está la potestad de tener? Dice: Todo lo que tiene el Padre es mío. ¿Quién recibe lo que es suyo? ¿O es gracia del que da, si es del que recibe lo que se dona?

Fatemur quia accepit, sed iste qui natus est, qui suscepit carnem, qui suscepit infantiam, qui cunabula pertulit, qui suscepit aetates, qui laborem sustinuit, qui famem sensit, qui sitim passus est, qui tot injuriarum genera non refugit, qui ascendit crucem, qui subiit mortem, qui intravit sepulcrum: haeretice, huic quod accepit ascribe. At putas quod honorem a Deo dedignatur accipere, qui ab hominibus tantas accepit injurias? Aut existimas quod conferri sibi regnum a patre fastidit, qui ab inimicis poenas, mortemque suscepit? Haeretice, quod est injuriae, quod infantiae, quod aetatis, quod temporis, quod dati, quod accepti, quod minorationis, quod mortis, si intellexeris non esse divinitatis, sed corporis, tu nullam Filio irrogabis injuriam, nullam tu facies in Trinitate distantiam.

Sed revertamur ad nos, et quae sunt nostra jam loquamur. Dabit illi, inquit, Dominus Deus sedem David patris sui, et regnabit in domo Jacob in aeternum, et regni ejus non erit finis. Qui in coelo semper consedit Patri, nunc sedem David accepit in terra: qui regnabit sibi semper, modo nobis in domo Jacob regnum sortitus est aeternum. Gaudeamus, fratres, quia qui sibi regnavit regnaturus est nobis; gaudeamus, quia venit regnaturus in terra, ut nos cum illo regnare possimus in coelo. Audi Apostolum: Si compatimur, et conregnabimus. Nobis natus est, nobis utique regnum venit donaturus, ipso promittente, cum dicit: Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Vobis dixit, non mihi. Venit, ut sit nobiscum semper, ut nostris sit semper in oculis, qui nunc tantum nostris habetur in cordibus. Veniet, ut quibus est gloria de regno, sit de familiaritate fiducia.

Et regni ejus non erit finis. Qui ejus adventum credis, gaude, quia regnum sine fine promisit, ubi est sine successore militia, ubi sunt perpetuae dignitates. Sed quid est quod permansura non ambiunt qui ambiunt transitura? Quid est? Quid est quod caducos honores auro comparant, et nolunt gratis accipere sempiternos? Fratres, hic parantur officia, hic decernuntur loca, hic honores designantur, hic qui non de Evangelii fide acceperit codicillos, ibi aeternarum infulas non habebit dignitatum. Ergo si delectat militia, si volumus semper militare, arripiamus arma Christi, vigilemus, sobrii simus, vincamus diabolum, prosternamus vitia, ut possimus accipere praemia pariter et coronas ab ipso Domino nostro Jesu Christo, qui cum Deo Patre regnat nunc et semper, et per omnia saecula saeculorum. Amen.

Reconocemos que recibió, pero es este que nació, que asumió la carne, que asumió la infancia, que soportó la cuna, que asumió las edades, que sostuvo el trabajo, que sintió el hambre, que padeció la sed, que no rehuyó tantos géneros de injurias, que subió a la cruz, que sufrió la muerte, que entró en el sepulcro: hereje, atribuye a este lo que recibió. ¿Pero piensas que desdeña recibir honor de Dios el que recibió de los hombres tantas injurias? ¿O crees que tiene a menos que un padre le confiera el reino el que asumió de enemigos las penas y la muerte? Hereje, lo que es de la injuria, lo que es de la infancia, lo que es de la edad, lo que es del tiempo, lo que es de lo dado, lo que es de lo recibido, lo que es de la disminución, lo que es de la muerte, si entiendes que no es de la divinidad, sino del cuerpo, no infligirás injuria alguna al Hijo, no harás distancia alguna en la Trinidad.

Pero volvamos a nosotros, y hablemos ya de lo que es nuestro. El Señor Dios, dice, le dará el trono de David su padre, y reinará en la casa de Jacob para siempre, y su reino no tendrá fin (Lc 1,32-33). El que en el cielo estuvo siempre sentado con el Padre recibió ahora el trono de David en la tierra: el que reinará siempre para sí ha obtenido ahora para nosotros, en la casa de Jacob, un reino eterno. Alegrémonos, hermanos, porque el que reinó para sí va a reinar para nosotros; alegrémonos, porque vino a reinar en la tierra para que nosotros podamos reinar con él en el cielo. Escucha al Apóstol: Si padecemos con él, también reinaremos con él (2 Tim 2,12). Para nosotros nació, para nosotros sin duda vino a dar el reino, como él mismo lo promete cuando dice: Venid, benditos de mi Padre, recibid el reino que os ha sido preparado desde el origen del mundo (Mt 25,34). Dijo «para vosotros», no «para mí». Viene para estar siempre con nosotros, para estar siempre ante nuestros ojos el que ahora solo es tenido en nuestros corazones. Vendrá, para que aquellos que tienen gloria por el reino tengan confianza por la familiaridad.

Y su reino no tendrá fin. Tú que crees en su venida, alégrate, porque prometió un reino sin fin, donde hay milicia sin sucesor, donde las dignidades son perpetuas. Pero ¿qué es esto, que los que ambicionan lo que ha de pasar no ambicionan lo que ha de permanecer? ¿Qué es esto? ¿Qué es esto, que compran con oro honores caducos y no quieren recibir gratuitamente los sempiternos? Hermanos, aquí se preparan los cargos, aquí se decretan los puestos, aquí se asignan los honores; aquí, el que no haya recibido los nombramientos de la fe del Evangelio no tendrá allá las ínfulas de las dignidades eternas. Por tanto, si nos agrada la milicia, si queremos militar siempre, empuñemos las armas de Cristo, velemos, seamos sobrios, venzamos al diablo, derribemos los vicios, para que podamos recibir premios y coronas a la vez de nuestro Señor Jesucristo mismo, que reina con Dios Padre ahora y siempre, y por todos los siglos de los siglos. Amén.

Sermo CXLV.

De generatione Christi, et de Joseph Mariam dimittere volente

Audituri estis hodie, fratres, quemadmodum nobis beatus evangelista generationis Christi retulit sacramentum. Christi, inquit, generatio sic erat: Cum esset desponsata mater ejus Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto; Joseph autem vir ejus cum esset justus, et nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Et quomodo justus, qui conceptum sponsae duxit non discutere? Suspecti non exquirit causam pudoris, conjugii famam non vindicat, sed requirit? Voluit occulte dimittere eam. Hoc pio magis videtur convenire quam justo; sed humano judicio, non divino. Penes Deum neque pietas sine justitia est, neque sine pietate justitia; coelesti sensu sine bonitate aequitas, sine aequitate bonitas non habetur. Virtutes si separatae fuerint, dilabuntur; aequitas sine bonitate saevitia est, et justitia sine pietate crudelitas. Joseph ergo merito justus, quia pius; et pius, quia justus. Denique dum pietatem cogitat, crudelitate caruit; dum causam temperat, judicium custodivit; dum vindictam differt, crimen evasit; dum refugit accusatorem, fugit sententiam. Aestuabat animus sanctus negotii novitate perculsus, stabat sponsa praegnans sed virgo; stabat plena pignore, sed non vacua pudore; stabat de conceptu sollicita, sed de integritate secura; stabat vestita materno munere, sed non honore virginitatis exclusa.

Sponsus quid faceret ad ista? Accusaret de crimine? Sed erat ipse innocentiae testis. Culpam diceret? Sed erat ipse custos pudoris. Urgeret adulterium? Sed erat ipse virginitatis assertor. Quid faceret ad ista? Cogitat dimittere, quia non poterat vel foris prodere, vel intus quod evenerat continere. Cogitat dimittere, et dicit Deo totum, quia quod homini diceret non habebat. Et nos, fratres, quoties res turbat, fallit species, facit color negotii interna nescire, declinemus judicium, subtrahamus vindictam, sententiam fugiamus, dicamus Deo totum, ne dum facile innocentum forte gestimus in poenam, ipsi nobis noxiam sententiam proferamus, dicente Domino: In quo judicio judicaveritis, judicabitur de vobis.

Sermón CXLV.

Sobre la generación de Cristo, y sobre José, que quería repudiar a María

Vais a oír hoy, hermanos, cómo el bienaventurado evangelista nos refirió el misterio de la generación de Cristo. La generación de Cristo, dice, era así: Estando desposada su madre María con José, antes de que convivieran, se halló que tenía en el seno del Espíritu Santo; pero José, su marido, como era justo y no quería exponerla, quiso repudiarla en secreto (Mt 1,18-19). ¿Y cómo es justo el que decidió no examinar la concepción de su esposa? ¿No indaga la causa de un pudor sospechoso, no vindica la fama del matrimonio, sino que la echa de menos? Quiso repudiarla en secreto. Esto parece convenir más al piadoso que al justo; pero a juicio humano, no divino. Ante Dios ni la piedad existe sin la justicia, ni la justicia sin la piedad; en el sentir celestial no se tiene la equidad sin la bondad, ni la bondad sin la equidad. Las virtudes, si se separan, se desmoronan; la equidad sin bondad es fiereza, y la justicia sin piedad es crueldad. José, pues, con razón era justo, porque era piadoso; y piadoso, porque justo. En efecto, porque piensa en la piedad, estuvo libre de crueldad; porque modera la causa, guardó el juicio; porque difiere la venganza, evitó el crimen; porque rehúye al acusador, huyó de la sentencia. Hervía su santo ánimo, herido por la novedad del asunto; estaba allí la esposa encinta, pero virgen; estaba llena de una prenda, pero no vacía de pudor; estaba inquieta por la concepción, pero segura de su integridad; estaba vestida con el don de madre, pero no excluida del honor de la virginidad.

¿Qué iba a hacer el esposo ante esto? ¿Acusarla de crimen? Pero él mismo era testigo de su inocencia. ¿Hablar de culpa? Pero él mismo era el guardián de su pudor. ¿Insistir en el adulterio? Pero él mismo era el defensor de su virginidad. ¿Qué iba a hacer ante esto? Piensa en repudiarla, porque no podía ni descubrirlo fuera ni guardar dentro lo que había sucedido. Piensa en repudiarla, y se lo dice todo a Dios, porque no tenía qué decir al hombre. Y nosotros, hermanos, siempre que el asunto turba, la apariencia engaña, el color del negocio hace ignorar lo interior, declinemos el juicio, sustraigamos la venganza, huyamos de la sentencia, digámoslo todo a Dios; no sea que, mientras quizá ansiamos con ligereza el castigo de los inocentes, pronunciemos contra nosotros mismos una sentencia dañosa, como dice el Señor: Con el juicio con que juzguéis, se juzgará de vosotros (Mt 7,2).

Certe si nos tacuerimus, clamabit Deus, respondebit angelus, qui Joseph, ne innocentiam desereret, sic praevenit: Joseph, inquit, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, et vocabis nomen ejus Jesum; ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Joseph fili David. Videtis, fratres, in persona genus vocari, videtis in uno totam prosapiam nuncupari, videtis in Joseph seriem Davidici stemmatis jam citari. Joseph fili David. Vicesima octava generatione natus, quomodo David filius dicitur, nisi quia generis aperitur arcanum, fides promissionis impletur, superna conceptio coelestis partus virginea jam signatur in carne? Joseph fili David. Tali voce ad David prolata fuerat promissio Dei Patris: Juravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Quod factum quidem tali gloriatur in cantico: Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis. De fructu ventris tui, bene fructus ventris tui, bene de utero, quia coelestis hospes, supernus habitator sic in uteri descendit hospitium, ut corporis claustra nesciret; sic de habitaculo ventris exiit, ut virginalis janua non pateret, et impleretur illud quod cantatur in Cantico Canticorum: Hortus clausus, soror mea sponsa; hortus clausus, fons signatus.

Joseph fili David, noli timere. Sponsae causas sponsus ne timeat admonetur; et vere pius animus dum compatitur, plus pavescit. Joseph fili David, noli timere. Ne cum de conscientia securus sis, de sacramenti cognitione succumbas. Joseph fili David, noli timere. Quam vides virtus est ista, non crimen; hic non humanus lapsus est, sed est divinus illapsus; hic praemium est, non reatus; hic incrementum coeli est, non corporis detrimentum; hic non est proditio personae, judicis est secretum; hic palma cognitoris est, non supplicii poena; hic hominis furtum non est, thesaurus est Dei; hic non est mortis causa, sed vitae. Et ideo noli timere quia quae vitam parturit, non meretur occidi. Joseph fili David, noli timere Mariam conjugem tuam accipere. Sponsam vocari conjugem legis est hoc divinae: sicut ergo manente virginitate mater est, ita conjux dicitur pudore permanente.

Joseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Veniant, audiant, qui requirunt quis sit quem Maria genuit. Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est. Veniant, audiant, qui Graeco turbine Latinam nubilare nisi sunt puritatem, ἀνθρωποτόκον, χριστοτόκον, ut θεοτόκον tollerent, blasphemantes. Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est. Et quod de Spiritu sancto natum est, spiritus est, quia Deus spiritus est.

Ciertamente, si nosotros callamos, clamará Dios, responderá el ángel, que se adelantó así a José para que no abandonara la inocencia: José, dice, hijo de David, no temas recibir a María tu cónyuge; porque lo que en ella ha nacido es del Espíritu Santo (Mt 1,20). Dará a luz un hijo, y le pondrás por nombre Jesús; porque él salvará a su pueblo de sus pecados (Mt 1,21). José, hijo de David. Veis, hermanos, que en una persona se llama a un linaje, veis que en uno se nombra a toda una estirpe, veis que en José se cita ya la serie de la genealogía de David. José, hijo de David. Nacido en la vigésima octava generación, ¿cómo se le llama hijo de David, sino porque se abre el arcano del linaje, se cumple la fe de la promesa, la concepción de lo alto del parto celestial queda ya sellada en carne virginal? José, hijo de David. Con tal palabra se había proferido a David la promesa de Dios Padre: Juró el Señor a David la verdad, y no lo defraudará: del fruto de tu vientre pondré sobre tu trono (Sal 132,11). Hecho que ciertamente se gloría en tal cántico: Dijo el Señor a mi Señor: Siéntate a mi derecha (Sal 110,1). Del fruto de tu vientre: bien «fruto de tu vientre», bien «del seno», porque el huésped celestial, el morador de lo alto, de tal modo descendió al hospedaje del seno que no conoció los cerrojos del cuerpo; de tal modo salió de la morada del vientre que la puerta virginal no se abrió, y se cumplió aquello que se canta en el Cantar de los Cantares: Huerto cerrado, hermana mía, esposa; huerto cerrado, fuente sellada (Cant 4,12).

José, hijo de David, no temas. Se advierte al esposo que no tema la causa de la esposa; y en verdad el ánimo piadoso, mientras se compadece, más se llena de pavor. José, hijo de David, no temas. No sea que, estando seguro en la conciencia, sucumbas ante el conocimiento del misterio. José, hijo de David, no temas. Lo que ves es poder, no crimen; aquí no hay una caída humana (lapsus), sino un descenso divino (illapsus); aquí hay premio, no culpabilidad; aquí hay crecimiento del cielo, no detrimento del cuerpo; aquí no hay traición de una persona, hay secreto del juez; aquí hay palma del juez instructor, no pena de suplicio; aquí no hay hurto de un hombre, hay tesoro de Dios; aquí no hay causa de muerte, sino de vida. Y por eso no temas, porque la que da a luz la vida no merece que la maten. José, hijo de David, no temas recibir a María tu cónyuge. Llamar cónyuge a la esposa es de ley divina: así pues, como, permaneciendo la virginidad, es madre, así, permaneciendo el pudor, se la llama cónyuge.

José, hijo de David, no temas recibir a María tu cónyuge; porque lo que en ella ha nacido es del Espíritu Santo. Vengan, oigan, los que preguntan quién es aquel a quien María engendró. Lo que en ella ha nacido es del Espíritu Santo. Vengan, oigan, los que con un torbellino griego se esforzaron por nublar la pureza latina, Anthropotokos, Christotokos, para quitar Theotokos, blasfemando. Lo que en ella ha nacido es del Espíritu Santo. Y lo que ha nacido del Espíritu Santo es espíritu, porque Dios es espíritu (Jn 3,6; 4,24).

Quid ergo requiris quis est qui de Spiritu sancto natus est, cum tibi quia Deus est, Deus ipse respondeat? cum te Joannes increpet, qui dicit: In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum, et Verbum Deus caro factum est, et habitavit in nobis, et vidimus gloriam ejus. Joannes vidit gloriam, respicit infidelis injuriam. Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est. Et vidimus gloriam ejus. Cujus ejus? qui natus est de Spiritu sancto, ejus qui Verbum caro factum est, et habitavit in nobis. Quod in ea natum est de Spiritu sancto est. Virgo concepit, sed de Spiritu; virgo parturiit, sed eum quem praedixit Isaias: Ecce virgo in utero accipiet, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod interpretatur Nobiscum Deus. Nobiscum Deus, cum illis homo. Et maledictus homo, qui spem ponit in homine.

Audiant qui requirunt quis est qui natus est de Maria? Paries filium, inquit angelus, et vocabis nomen ejus Jesum. Quare Jesum? Apostolus dicit: Ut in nomine Jesu omne genu flectatur, coelestium, terrestrium, et infernorum; et tu quis sit Jesus, dolosus cognitor nunc requiris? Omnis jam lingua confitetur quia Dominus Jesus in gloria est Dei Patris; et tu adhuc inquiris quis est Jesus?

Paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum; ipse enim salvum faciet populum suum. Non alterius salvum faciet. Unde? A peccatis eorum. Esse Deum, qui peccata donat, si Christianis non credis, crede infidelissime vel Judaeis dicentibus: Cum sis homo, facis teipsum Deum. Quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus? Illi eum negabant Deum, qui eum peccata dimittere non credebant; tu ab eo peccata dimitti credis, et Deum dubitas confiteri?

Verbum caro factum est, ut hominis caro promoveretur in gloriam Dei, non ut Deus in carnis verteretur injuriam, sicut dicit Apostolus: Qui se jungit Domino, unus spiritus est. Et quomodo non quando se jungit Deus homini, unus est Deus? Humanae leges intra triginta annos litigiosas omnes interimunt quaestiones, et Christus circa quingentos annos nativitatis suae causas praestat, ortus sui lites patitur, status sui sustinet quaestiones? Haeretice, desine judicare judicem tuum, et adora in coelis Deum, quem Deum magus adoravit in terris.

¿Por qué, pues, preguntas quién es el que nació del Espíritu Santo, cuando Dios mismo te responde que es Dios? ¿cuando te increpa Juan, que dice: En el principio era el Verbo, y el Verbo estaba junto a Dios, y el Verbo era Dios, y el Verbo, Dios, se hizo carne, y habitó en nosotros, y vimos su gloria (Jn 1,1.14)? Juan vio la gloria; el infiel mira la injuria. Lo que en ella ha nacido es del Espíritu Santo. Y vimos su gloria. ¿De quién? Del que nació del Espíritu Santo, de aquel que, Verbo, se hizo carne, y habitó en nosotros. Lo que en ella ha nacido es del Espíritu Santo. La virgen concibió, pero del Espíritu; la virgen dio a luz, pero a aquel que predijo Isaías: He aquí que una virgen recibirá en el seno, y dará a luz un hijo, y le pondrán por nombre Emmanuel, que se interpreta Dios con nosotros (Is 7,14; Mt 1,23). Dios con nosotros, con ellos hombre. Y maldito el hombre que pone su esperanza en el hombre (Jer 17,5).

Oigan los que preguntan: ¿quién es el que nació de María? Darás a luz un hijo, dice el ángel, y le pondrás por nombre Jesús (Lc 1,31). ¿Por qué Jesús? Dice el Apóstol: Que al nombre de Jesús se doble toda rodilla, de los del cielo, de la tierra y de los infiernos (Flp 2,10); ¿y tú, juez instructor engañoso, preguntas ahora quién es Jesús? Toda lengua confiesa ya que el Señor Jesús está en la gloria de Dios Padre (Flp 2,11); ¿y tú todavía indagas quién es Jesús?

Darás a luz un hijo, y le pondrás por nombre Jesús; porque él salvará a su pueblo. No salvará al de otro. ¿De qué? De sus pecados. Que es Dios el que perdona los pecados, si no crees a los cristianos, cree, infidelísimo, al menos a los judíos, que dicen: Siendo hombre, te haces a ti mismo Dios (Jn 10,33). ¿Quién puede perdonar los pecados, sino solo Dios? (Mc 2,7) Negaban que fuera Dios los que no creían que perdonara los pecados; tú crees que él perdona los pecados, ¿y dudas en confesarlo Dios?

El Verbo se hizo carne, para que la carne del hombre fuera promovida a la gloria de Dios, no para que Dios se convirtiera en la injuria de la carne, como dice el Apóstol: El que se junta al Señor es un solo espíritu (1 Cor 6,17). ¿Y cómo no, cuando Dios se junta al hombre, es un solo Dios? Las leyes humanas extinguen dentro de treinta años todas las cuestiones litigiosas, ¿y Cristo, por cerca de quinientos años, ha de responder a las causas de su natividad, padecer pleitos sobre su nacimiento, sostener cuestiones sobre su condición? Hereje, deja de juzgar a tu juez, y adora en los cielos a Dios, al Dios a quien el mago adoró en la tierra.

Sermo CXLVI.

De eadem, ac Joseph sponso, et sponsa matre

Quoties transcursis anni metis dies Dominicae Nativitatis adventat, et virginei partus fulgor toto orbe diffunditur flammeo corusco, voluntatis, non pavoris est quod tacemus. Quae mens in ipso ortu divini regis objicere se praesumat? Solis radii cum erumpunt, visus hebetatur humanus; radiante Deo, quomodo non totus animorum sauciatur aspectus? Reparatis ergo sensibus novi luminis post stuporem, tempus est quo jam nos visa Christi generatione per carnem ipsius etiam divinitatis contemplemur arcana.

Christi, inquit evangelista, generatio sic erat. Fratres, si volumus intelligere quae dicuntur, divina verba modis non pensemus humanis; seponendus est humanus sensus ubi totum quod dicitur est divinum. Sic Christus quod nascitur non est consuetudo, sed signum; non est natura, sed virtus; non ordo est, sed potestas; et est coeleste miraculum, ratio non humana. Hic mundana scientia quid capiet? hic carnis intelligentia quid requiret? Christi, inquit, generatio sic erat. Non dixit, Sic facta est, sed Sic erat, quia Christi generatio erat apud Patrem, quando generabatur ex matre. Quod erat, semper erat; quod factum est, hoc reddebatur: erat Deus, reddebatur homo; ex utero nos suscepit ille, qui nos plasmaverat ex luto.

Cum desponsata esset mater ejus Maria. Suffecerat dixisse, cum desponsata esset Maria. Quid sibi vult sponsa mater? si mater, non sponsa; si sponsa, non adhuc mater. Cum desponsata esset Maria mater ejus. Virginitate sponsa, fecunditate mater; mater viri nescia, partus conscia. Aut quomodo non ante conceptum mater, quae post partum virgo mater? Aut genitrix quando non, quae saeculorum generavit auctorem, principium dedit rebus? Natura virgo mater semper, sic semper noverca corruptio. Est ergo muneris virginalis ut regeneret per Deum virgo quod per Deum virgo generavit: Deus et integritas est coeleste consortium, virginitas juncta Christo copula est perfecta virtutis. Quod Virgo concipit, est honor Spiritus, non onus est carnis; quod parturit Virgo, secretum est Dei, non est ministerium conjugale; quod nascitur Christus, divinae majestatis est, non est imbecillitatis humanae: est gloria deitatis tota, ubi nulla carnis sentitur injuria.

Sermón CXLVI.

Sobre lo mismo, y sobre José, el esposo, y la esposa madre

Siempre que, recorridas las metas del año, se acerca el día de la Natividad del Señor, y el fulgor del parto virginal se difunde por todo el orbe con llameante resplandor, es por voluntad, no por pavor, que callamos. ¿Qué mente se atrevería a interponerse en el orto mismo del rey divino? Cuando irrumpen los rayos del sol, la vista humana se embota; cuando Dios resplandece, ¿cómo no ha de quedar herida toda la mirada de los ánimos? Repuestos, pues, los sentidos tras el estupor de la nueva luz, es tiempo de que nosotros, vista ya la generación de Cristo por la carne, contemplemos también los arcanos de su divinidad.

La generación de Cristo, dice el evangelista, era así (Mt 1,18). Hermanos, si queremos entender lo que se dice, no pesemos las palabras divinas con medidas humanas; hay que dejar a un lado el sentir humano donde todo lo que se dice es divino. Así, que Cristo nazca no es costumbre, sino signo; no es naturaleza, sino poder; no es orden, sino potestad; y es milagro celestial, razón no humana. Aquí, ¿qué abarcará la ciencia mundana? aquí, ¿qué buscará la inteligencia de la carne? La generación de Cristo, dice, era así. No dijo «Así se hizo», sino «Así era», porque la generación de Cristo estaba junto al Padre cuando era engendrado de la madre. Lo que era, siempre era; lo que fue hecho, eso se restituía: era Dios, se restituía hombre; nos asumió del seno el que nos había plasmado del barro.

Estando desposada su madre María. Habría bastado decir: estando desposada María. ¿Qué quiere decir esposa madre? si madre, no esposa; si esposa, todavía no madre. Estando desposada María su madre. Esposa por la virginidad, madre por la fecundidad; madre que no conoce varón, que conoce el parto. ¿O cómo no era madre antes de la concepción la que después del parto es virgen madre? ¿O cuándo no era progenitora la que engendró al autor de los siglos, dio principio a las cosas? La naturaleza, virgen, es siempre madre; así la corrupción es siempre madrastra. Es, pues, propio del don virginal que una virgen regenere por Dios lo que una virgen engendró por Dios: Dios y la integridad son un consorcio celestial; la virginidad juntada a Cristo es el vínculo perfecto de la virtud. Que la Virgen conciba es honor del Espíritu, no carga de la carne; que la Virgen dé a luz es secreto de Dios, no servicio conyugal; que Cristo nazca es de la majestad divina, no de la flaqueza humana: es la gloria entera de la deidad, donde no se siente ninguna injuria de la carne.

Cum esset desponsata mater ejus Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. Quid est quod ad sponsam, et non ad liberam coelestis innocentiae destinatur arcanum? Quid est quod sic zelo sponsi, sponsae periculum comparatur? Quid est quod virtus tanta putatur crimen, salus certa discrimen? Quid est, quod inter innocentes taliter laborat pudor, verecundia succumbit, fatigatur castitas, sauciatur fides, exstat accusatio, urget causa, facultas tota excusatione aufertur? Quis excusat sponsam, quam conceptus accusat? Aut quid proficiet defensor externus, quando facti testis internus assistit? Quid tenemus, fratres? Non apices, non litterae, non syllabae, non verbum, non nomina, non personae in Evangelio divinis vacua sunt figuris. Sponsa quaeritur, ut jam tunc Ecclesia Christi sponsa signetur, juxta illud Oseae prophetae: Sponsabo te mihi in justitia et judicio, et in misericordia et miserationibus, et desponsabo te mihi in fide. Hinc Joannes ait: Qui habet sponsam, sponsus est. Et B. Paulus: Sponsavi vos uni viro virginem castam exhibere Christo. Vere sponsa, quae virginali partu novam Christi regignit infantiam.

Procurator Joseph sponsus, ut iste in illo Joseph Christi figuram impleat passionis; Joseph prophetalibus somniis incurrit zelum, Christus propheticis visionibus suscepit invidiam; Joseph missus in lacum mortis, vivus emergit a lacu, Christus mortis sepulcro datus, vivus remeat a sepulcro. Joseph venumdatus est, pretio taxatus est Christus, Joseph transducitur in Aegyptum, ad Aegyptum fugatur Christus; Joseph esurientibus populis panem copiose ministrat, Christus coeli pane manentes orbe toto exsaturat nationes. Sic lucet cur Joseph iste coelestis sponsi typum praetulerit, portaverit imaginem, ambulaverit in figuram.

Maria mater vocatur, et quando non Maria mater? Congregationes, inquit, aquarum appellavit Maria. Nonne haec exeuntem populum de Aegypto concepit uno utero ut emergeret coelestis in novam creaturam renata progenies juxta illud apostoli: Patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari. Et ut semper Maria humanae praevia sit salutis, populum quem unda generatrix emisit in lucem, ipsa jure praecessit in cantico. Maria, inquit, soror Aaron sumens tympanum in manu sua, dixit: Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est. Nomen hoc prophetiae germanum est, hoc renascentibus salutare, hoc virginitatis insigne, hoc pudicitiae decus, hoc indicium castitatis, hoc Dei sacrificium, hoc hospitalitatis virtus, hoc collegium sanctitatis; merito ergo matris Christi nomen est hoc maternum.

Estando desposada su madre María con José, antes de que convivieran, se halló que tenía en el seno del Espíritu Santo (Mt 1,18). ¿Qué es esto, que el arcano de la inocencia celestial se destina a una esposa, y no a una mujer libre? ¿Qué es esto, que el peligro de la esposa se procura así por los celos del esposo? ¿Qué es esto, que tan grande poder se tiene por crimen, la salvación segura por peligro? ¿Qué es esto, que entre inocentes así se fatiga el pudor, sucumbe la vergüenza, se cansa la castidad, se hiere la fe, se alza la acusación, apremia la causa, se quita toda posibilidad de excusa? ¿Quién excusa a la esposa a quien su concepción acusa? ¿O de qué servirá un defensor externo, cuando está presente un testigo interno del hecho? ¿Qué tenemos, hermanos? Ni los trazos, ni las letras, ni las sílabas, ni una palabra, ni los nombres, ni las personas en el Evangelio están vacíos de figuras divinas. Se busca una esposa, para que ya entonces se significara a la Iglesia como esposa de Cristo, según aquello del profeta Oseas: Te desposaré conmigo en justicia y en juicio, y en misericordia y miseraciones, y te desposaré conmigo en la fe (Os 2,19-20). Por eso dice Juan: El que tiene a la esposa es el esposo (Jn 3,29). Y el bienaventurado Pablo: Os he desposado con un solo varón, para presentaros como virgen casta a Cristo (2 Cor 11,2). Verdaderamente esposa la que con parto virginal vuelve a engendrar la nueva infancia de Cristo.

José, el esposo, es administrador, para que este cumpla en aquel José la figura de la Pasión de Cristo: José por sus sueños proféticos incurrió en los celos, Cristo por las visiones proféticas recibió la envidia; José, arrojado al pozo de la muerte, sale vivo del pozo, Cristo, entregado al sepulcro de la muerte, vuelve vivo del sepulcro. José fue vendido, Cristo fue tasado en un precio; José es llevado a Egipto, Cristo es empujado a huir a Egipto; José suministra pan abundantemente a los pueblos hambrientos, Cristo sacia con el pan del cielo a las naciones que habitan por todo el orbe. Así resplandece por qué este José llevó el tipo del esposo celestial, portó su imagen, caminó como su figura.

María es llamada madre, ¿y cuándo no es María madre? A las reuniones de las aguas, dice, las llamó mares (maria) (Gn 1,10). ¿No concibió esta en un solo seno al pueblo que salía de Egipto, para que emergiera, renacida, una descendencia celestial a una nueva criatura, según aquello del Apóstol: Nuestros padres estuvieron todos bajo la nube, y todos atravesaron el mar, y todos fueron bautizados en Moisés en la nube y en el mar (1 Cor 10,1-2)? Y para que María vaya siempre delante de la salvación humana, al pueblo que la ola engendradora dio a luz lo precedió ella misma con derecho en el cántico. María, dice, hermana de Aarón, tomando un pandero en su mano, dijo: Cantemos al Señor, porque se ha cubierto de gloria (Ex 15,20-21). Este nombre es hermano de la profecía, este es saludable para los que renacen, este es insignia de la virginidad, este decoro de la pudicia, este indicio de castidad, este sacrificio de Dios, este virtud de la hospitalidad, este colegio de santidad; con razón, pues, este nombre materno es el nombre de la madre de Cristo.

Diximus quare mater sponsa, quare Joseph sponsus, quare Mariae maternum nomen, ut totum circa ortum Christi fuisse mysticum panderemus: nunc quare sponsa quaesita sit ad partum Christi, aliis prodamus ex causis. Praedixerat Isaias et virginem parere Deum coeli, regem terrae, orbis Dominum, reparatorem mundi, mortificatorem mortis, redditorem vitae, perpetuitatis auctorem: hoc quam esset mundanis triste, terribile regibus, pavendum Judaeis, ipse Dominicae nativitatis probavit eventus. Namque ubi natum Christum nuntiantibus magis audivit Judaea, Herodes didicit, mox perdere Judaei, Herodes occidere molitus est Christum; et dum successorem sibi timent, omnium perdere conati sunt salvatorem. Denique quia ipsum invenire nequierunt, delent patriam, lac miscent sanguini, coaevos ejus parricidali furore collidunt; laniant innocentiae socios, quia culpae participes invenire non poterant quos punirent. Et si jam nato Christo haec faciunt, concepto Christo tanta feritas quid fecisset? Hinc est quod providetur sponsus, providetur maritalis species, ut celet miraculum, ut tegat signum, ut velet Virginis partum, ut crimini non det locum, ut furentis insidias sic eludat. Christus quamvis morti deditus, in utero si fuisset exstinctus, mors praeceps quod nostrae saluti venerat, abstulisset. Et quia locus iste multa nobis conferre poterit si dicatur, praelibasse nos hodie, fratres, Dominicum sufficiat sacramentum.

Hemos dicho por qué la madre es esposa, por qué José es esposo, por qué el nombre materno es de María, para mostrar que todo en torno al nacimiento de Cristo fue místico: ahora expongamos por otras causas por qué se buscó una esposa para el parto de Cristo. Isaías había predicho que una virgen daría a luz a Dios del cielo, rey de la tierra, Señor del orbe, restaurador del mundo, matador de la muerte, restituidor de la vida, autor de la perpetuidad (Is 7,14): cuán triste sería esto para los mundanos, cuán terrible para los reyes, cuán temible para los judíos, lo probó el suceso mismo de la natividad del Señor. Pues cuando Judea oyó de los Magos que lo anunciaban que había nacido Cristo, Herodes lo supo, enseguida los judíos maquinaron perder a Cristo, Herodes matarlo (Mt 2,1-16); y mientras temen un sucesor para sí, intentaron perder al salvador de todos. En efecto, como no pudieron encontrarlo, destruyen su patria, mezclan la leche con la sangre, estrellan a sus coetáneos con furor parricida; despedazan a los compañeros de su inocencia, porque no podían encontrar partícipes de culpa a quienes castigar. Y si hacen esto nacido ya Cristo, ¿qué habría hecho tanta ferocidad con Cristo concebido? De aquí que se provea un esposo, se provea una apariencia marital, para ocultar el milagro, para cubrir el signo, para velar el parto de la Virgen, para no dar lugar a la acusación de crimen, para burlar así las asechanzas del furioso. Cristo, aunque entregado a la muerte, si hubiera sido extinguido en el seno, la muerte precipitada se habría llevado lo que había venido para nuestra salvación. Y como este pasaje podría aportarnos mucho si se expusiera, baste, hermanos, que hoy hayamos gustado de antemano el misterio del Señor.

Sermo CXLVII.

De Incarnationis sacramento

Dominum Christum, fratres, quae res fecerit terreni corporis inire commercium, intrare humanae carnis angustias, habitare virginalis uteri mansionem, quia ante hac audire coepimus, hodie plenius audiamus. Vos mihi vita, vos mihi salus, vos mihi gloria: et ideo non patior nescire vos quod Deus mihi dederit scire.

Deum scivit evangelista cum dicit: Deum nemo vidit umquam. Ergo Deum quem sciebat, agnoscebat, sentiebat: quia videre non poterat creatura, ferebatur servitute dura, triste exhibebat obsequium pro invisibili majestate; obsederat pavor omnia; timor solverat universa; cuncta concusserat terror; in coelo divinus splendor prostraverat angelos; in terra tonitrua et fulmina corda mortalium quassabant. Sic minus pavor amorem dominantis exclusit; angelos fugavit ad terras; homines traxit ad idola; mundum vanis erroribus occupavit: fecit omnes Creatorem fugere, colere creaturas. Amare non potest, qui satis timet: hinc est quod mundus perire maluit quam timere; pavore mors ipsa levior. Denique Cain ubi parricidali coepit terrore vexari, mortem petit, requiem credit si periret. Et quid dicam Cain? Elias ille ubi sensit toto se timore aspergi, repetebat quam fugerat mortem, melius existimans morti succumbere quam timori. Petrus quoque Dominicae virtutis timore turbatus, Christum ut a se discederet, supplicabat: Discede, inquit, a me, quia homo peccator sum. Hoc dicebat, quia quidquid erat amoris et fidei, pondus pavoris exstinxerat; sic timor nisi amore fuerit temperatus, quamvis devotam servitutem efficit contumacem.

Videns ergo Deus mundum labefactari timore, continuo agit ut cum amore revocet, invitet gratia, charitate teneat, et constringat affectu. Hinc est quod inveteratam malis terram abluit ulciscente diluvio, et Noe novi saeculi vocat parentem, blando sermone compellat, dat familiarem fiduciam, pie de praesentibus instruit, consolatur per gratiam de futuris; et jam non jussis, sed participato labore una in arca claudit totius saeculi partum, ut societatis amor, timorem servitutis auferret, et servaretur amore communi quod fuerat communi labore salvatum.

Sermón CXLVII.

Sobre el misterio de la Encarnación

Qué fue lo que hizo, hermanos, que el Señor Cristo entrara en el comercio de un cuerpo terreno, entrara en las estrecheces de la carne humana, habitara la morada de un seno virginal, puesto que ya antes comenzamos a oírlo, oigámoslo hoy más plenamente. Vosotros sois mi vida, vosotros mi salvación, vosotros mi gloria: y por eso no consiento que ignoréis lo que Dios me ha dado saber.

El evangelista conoció a Dios cuando dice: A Dios nadie lo vio jamás (Jn 1,18). Así, al Dios que conocía, lo reconocía, lo sentía: porque la creación no podía verlo, era arrastrada por una dura servidumbre, rendía un triste homenaje a causa de la majestad invisible; el pavor había asediado todas las cosas; el temor había disuelto el universo; el terror lo había sacudido todo; en el cielo el esplendor divino había postrado a los ángeles; en la tierra los truenos y los rayos sacudían los corazones de los mortales. Así el pavor, excesivo, excluyó el amor al que domina; ahuyentó a los ángeles a la tierra; arrastró a los hombres a los ídolos; ocupó el mundo con errores vanos: hizo que todos huyeran del Creador, adoraran a las criaturas. No puede amar el que teme mucho: de aquí que el mundo prefiriera perecer antes que temer; la muerte misma es más leve que el pavor. En efecto, Caín, cuando comenzó a ser atormentado por el terror de su parricidio, pide la muerte, cree que sería descanso perecer (Gn 4,14). ¿Y qué diré de Caín? Aquel Elías, cuando sintió que lo rociaba el temor entero, pedía de nuevo la muerte de la que había huido, juzgando mejor sucumbir a la muerte que al temor (1 Re 19,4). También Pedro, turbado por el temor del poder del Señor, suplicaba a Cristo que se apartara de él: Apártate de mí, dice, porque soy un hombre pecador (Lc 5,8). Decía esto porque el peso del pavor había extinguido cuanto había de amor y de fe; así el temor, si no es templado por el amor, vuelve rebelde aun la servidumbre devota.

Viendo, pues, Dios que el mundo vacilaba por el temor, obra enseguida para llamarlo de nuevo con amor, invitarlo con la gracia, retenerlo con la caridad y atarlo con el afecto. De aquí que lava la tierra envejecida en males con un diluvio vengador, y llama a Noé padre de un nuevo siglo, le habla con palabras suaves, le da una confianza familiar, lo instruye con piedad acerca del presente, lo consuela por la gracia acerca del futuro; y ya no con mandatos, sino con un trabajo compartido, encierra en una sola arca la prole de todo el mundo (Gn 7), para que el amor de la compañía quitara el temor de la servidumbre, y se conservara por un amor común lo que había sido salvado por un trabajo común.

Hinc est quod Abraham vocat de gentibus, auget nomine, patrem fidei facit, comitatur via, inter exteros servat, ditat rebus, honorat triumphis, promissis oppignorat, eripit injuriis, hospitalitate blanditur, mirificat germine desperato; ut tot repletus bonis, tanta divinae illectus dulcedine charitatis, Deum diligere disceret, non timere; amando colere, non pavendo. Hinc est quod Jacob fugientem solatur in somnis, redeuntem pro certamine provocat, luctatoris constringit amplexu; ut amaret patrem certaminis, non timeret.

Hinc est quod Moysen patria voce vocat, paterna alloquitur charitate, ut sit plebis suae liberator invitat. Et quid plura? Deum facit, dedit eum in Deum Pharaonis; Deum facit, munit signis, armat virtutibus, jussis bella expugnat, militem ipso verbo vincere tribuit, praeceptis triumphare concedit atque per omnes virtutum coronas ad amicitiam suam promovet, coelestis regni praestat esse participem, et ut ipse sit legislator indulget, totum tamen ut amaret accepit: denique tantum esset Dei amore succensus, ut ipse ardenter diligeret, et alios ut diligerent sic moneret: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, et ex tota virtute tua. Quidquid est cordis, quidquid mentis, quidquid virtutis humanae, ita Dei amore voluit possideri, ut hominis mundanus non haberet quid violaret affectus.

Sed per haec quae memoravimus, ubi humana corda flamma divinae charitatis accendit, et humanis sensibus amoris Dei tota se fundit ebrietas, saucia mente coeperunt Deum carnalibus velle oculis intueri. Deum quem mundus non capit, angustus quomodo capere poterat humanus aspectus? Quid erit, quid debeat, quid possit, non respicit jus amoris. Amor ignorat judicium, ratione caret, modum nescit. Amor non accipit de impossibilitate solatium, non recipit de difficultate remedium. Amor nisi ad desiderata pervaserit, necat amantem; et ideo vadit quo ducitur, non quo debeat. Amor parit desiderium, gliscit ardore, ardor ad inconcessa pertendit. Et quid plura? Amor quod amat non potest non videre: hinc est quod omnes sancti omnia quae meruerant parva duxerunt, si Dominum non viderent. Et revera, fratres, quomodo pro beneficiis reddet obsequium, si beneficiorum non videat largitorem? Aut quomodo credit a Deo se amari, cujus non meretur aspectum? Hinc est quod amor qui cupit videre Deum, et si non habet judicium, habet tamen studium pietatis. Hinc est quod Moyses audet dicere: Si inveni gratiam coram te, ostende mihi faciem tuam.

De aquí que llama a Abraham de entre los gentiles, lo acrecienta en el nombre, lo hace padre de la fe, lo acompaña en el camino, lo guarda entre extranjeros, lo enriquece con bienes, lo honra con triunfos, lo empeña con promesas, lo libra de injurias, lo halaga con la hospitalidad, lo hace admirable con un vástago ya sin esperanza (Gn 12); para que, colmado de tantos bienes, atraído por tanta dulzura de la caridad divina, aprendiera a amar a Dios, no a temerlo; a adorarlo amando, no sintiendo pavor. De aquí que consuela a Jacob en sueños cuando huye (Gn 28), lo provoca a la lucha cuando vuelve, lo estrecha en el abrazo del luchador; para que amara al padre de la lucha, no lo temiera.

De aquí que llama a Moisés con voz de padre, le habla con caridad paterna, lo invita a ser el libertador de su pueblo (Ex 3). ¿Y qué más? Lo hace Dios: lo dio para que fuera Dios del Faraón (Ex 7,1); lo hace Dios, lo fortifica con signos, lo arma con prodigios, gana las guerras con sus mandatos, concede al soldado vencer con su sola palabra, le otorga triunfar con preceptos, y por todas las coronas de las virtudes lo promueve a su amistad, le concede ser partícipe del reino celestial, y le otorga ser él mismo el legislador; pero todo lo recibió para que amara: en efecto, tan encendido estaba en el amor de Dios que él mismo amaba ardientemente y exhortaba así a los demás a amar: Amarás al Señor tu Dios con todo tu corazón, con toda tu alma y con toda tu fuerza (Dt 6,5). Todo lo que hay de corazón, todo lo que hay de mente, todo lo que hay de fuerza humana, quiso que fuera poseído por el amor de Dios de tal modo que el afecto mundano del hombre no tuviera qué violar.

Pero por estas cosas que hemos recordado, cuando la llama de la caridad divina encendió los corazones humanos, y toda la embriaguez del amor de Dios se derramó en los sentidos humanos, con la mente herida comenzaron a querer contemplar a Dios con ojos carnales. A Dios, a quien el mundo no abarca, ¿cómo podía abarcarlo la estrecha mirada humana? Qué será, qué deba, qué pueda: no lo mira el derecho del amor. El amor ignora el juicio, carece de razón, no conoce medida. El amor no acepta consuelo de la imposibilidad, no recibe remedio de la dificultad. El amor, si no llega a lo que desea, mata al amante; y por eso va a donde es llevado, no a donde debe. El amor engendra el deseo, crece con el ardor, el ardor tiende a lo no concedido. ¿Y qué más? El amor no puede no ver lo que ama: de aquí que todos los santos tuvieran por pequeño todo lo que habían merecido si no veían al Señor. Y en verdad, hermanos, ¿cómo rendirá homenaje por los beneficios, si no ve al dador de los beneficios? ¿O cómo cree que es amado por Dios aquel que no merece su vista? De aquí que el amor que desea ver a Dios, aunque no tenga juicio, tiene sin embargo el celo de la piedad. De aquí que Moisés se atreva a decir: Si he hallado gracia ante ti, muéstrame tu rostro (Ex 33,13).

Hinc est quod alius dicit: Ostende faciem tuam. Denique et ipsi gentiles ob hoc simulacra finxerunt, ut in ipsis erroribus oculis cernerent quod colebant.

Sciens ergo Deus visendi se desiderio cruciari, lassarique mortales, unde se visibilem faceret hoc elegit, quod esset et terrenis magnum, et non minimum supernis. Nam quod in terra a Deo sibi simile factum est, in coelo non poterat honorificum non haberi? Faciamus, inquit, hominem ad imaginem, et similitudinem nostram. Perfecta devotio hoc debet imagini, quod debet et regi. Si de coelo sumpsisset angelum, nihilominus invisibilis haberetur: si de terra minus homine, et divinitatis esset injuria, et dejecisset hominem, non levasset. Nemo ergo, charissimi, Dei credat injuriam, si Deus ad homines per hominem venit, et assumpsit ex nobis, ut videretur a nobis qui vivit et regnat Deus nunc, et per omnia saecula saeculorum. Amen.

De aquí que otro diga: Muestra tu rostro (Sal 80,4). En efecto, también los gentiles mismos fabricaron imágenes por esto, para ver con los ojos, en sus mismos errores, lo que adoraban.

Sabiendo, pues, Dios que los mortales se atormentaban y se cansaban con el deseo de verlo, eligió para hacerse visible aquello que fuera grande para los terrenos y no mínimo para los de lo alto. Pues lo que en la tierra había sido hecho por Dios semejante a sí, ¿no podía no ser tenido por honroso en el cielo? Hagamos al hombre, dice, a nuestra imagen y semejanza (Gn 1,26). La devoción perfecta debe a la imagen lo que debe también al rey. Si hubiera tomado un ángel del cielo, sería tenido igualmente por invisible; si de la tierra algo menor que el hombre, sería injuria para la divinidad, y habría abatido al hombre, no lo habría levantado. Que nadie, pues, carísimos, crea que es injuria para Dios que Dios viniera a los hombres por medio de un hombre, y asumiera de nosotros, para ser visto por nosotros, él que vive y reina, Dios, ahora y por todos los siglos de los siglos. Amén.

Sermo CXLVIII.

De eodem

Hodie, fratres, hesternum debemus redhibere sermonem, hodie Dominicae nativitatis laetitiam debemus iterare: quando concipit Virgo, virgo parit, manet virgo, non est consuetudo, sed signum; non est ratio, sed virtus; auctor est, non natura; non est commune, sed solum; divinum est, non humanum. Cesset ergo inanis philosophiae labor, nasci Christum non fuit necessitas, sed potestas; fuit honor, injuria non fuit; sacramentum pietatis fuit, deitatis non fuit detrimentum; fuit reparatio salutis humanae, imminutio substantiae non fuit hoc divinae. Qui non nascendo ex intacto limo fecit hominem, nascendo ipse hominem de corpore fecit intacto; manus quae in nostrum plasma lutum dignanter assumpsit, ad reparationem nostram dignanter assumpsit et carnem. Ergo quod Creator in creatura sua, quod Deus invenitur in carne, creaturae honor est, non est Creatoris injuria.

Sed hoc contumeliam credit, qui credit lutum pretiosius esse quam carnem. Fortasse poenitet de luti injuria in honorem carnis, in hominis gloriam se mutatum? Homo, quare tibi tam vilis es, qui tam pretiosus es Deo? Quare sic honoratus a Deo teipsum taliter inhonoras? Quare quaeris unde factus sis, et ad quid factus sis non requiris? Nonne tota ista quam vides tibi facta est mundi domus? Tibi infusa lux circumfusas removet tenebras, tibi est temperata nox, tibi dimensus est dies: tibi coelum, solis, lunae, stellarum vario fulgore radiatum est; tibi terra floribus, nemoribus, fructibus est depicta; tibi creata est in aere, campis, in aqua speciosa continens mirabilis animantium multitudo, ne gaudium novi saeculi tristis solitudo confunderet.

Hinc est quod fecit te esse de terra, ut esses tu dominus terrenorum, et esses ipsis in ipsius substantiae communione communis: nec tamen te terrenum terrestribus sic aequavit, ut non etiam coelestibus animatum te coelitus exaequaret: et ut esset tibi cum Deo ratio communis, corpus commune cum jumentis, dedit tibi animam de coelo, dedit tibi corpus de terra, ut in te nexa coeli terraeque concordia servaretur.

Sermón CXLVIII.

Sobre lo mismo

Hoy, hermanos, debemos restituir el sermón de ayer, hoy debemos repetir la alegría de la natividad del Señor: cuando concibe la Virgen, la virgen da a luz, la virgen permanece, no es costumbre, sino signo; no es razón, sino poder; es el autor, no la naturaleza; no es común, sino único; es divino, no humano. Cese, pues, el trabajo de la vana filosofía: que Cristo naciera no fue necesidad, sino potestad; fue honor, no fue injuria; fue misterio de la piedad, no fue detrimento de la deidad; fue restauración de la salvación humana, no fue esto menoscabo de la sustancia divina. El que, no naciendo, hizo al hombre de un limo intacto, naciendo él mismo hizo al hombre de un cuerpo intacto; la mano que se dignó asumir el barro para nuestra hechura se dignó asumir también la carne para nuestra restauración. Así, que el Creador se halle en su criatura, que Dios se halle en la carne, es honor de la criatura, no es injuria del Creador.

Pero cree que esto es una afrenta el que cree que el barro es más precioso que la carne. ¿Se arrepiente quizá de haber sido cambiado de la injuria del barro al honor de la carne, a la gloria del hombre? Hombre, ¿por qué eres tan vil para ti, tú que eres tan precioso para Dios? ¿Por qué, tan honrado por Dios, te deshonras así a ti mismo? ¿Por qué preguntas de qué fuiste hecho, y no inquieres para qué fuiste hecho? ¿No fue hecha para ti toda esta casa del mundo que ves? Para ti la luz infundida aparta las tinieblas que la rodean, para ti está templada la noche, para ti está medido el día: para ti el cielo resplandece con el variado fulgor del sol, de la luna, de las estrellas; para ti la tierra está pintada de flores, de bosques, de frutos; para ti fue creada en el aire, en los campos, en el agua, la hermosa, continua y admirable multitud de los seres vivientes, para que una triste soledad no turbara el gozo del mundo nuevo.

De aquí que te hizo ser de la tierra, para que fueras señor de lo terreno, y fueras común con ello en la comunión de su misma sustancia: y sin embargo no te igualó, terreno, a lo terrestre de tal modo que no te igualara también, animado desde el cielo, a lo celestial: y para que tuvieras la razón en común con Dios, el cuerpo en común con las bestias, te dio un alma del cielo, te dio un cuerpo de la tierra, para que en ti se conservara la concordia entrelazada del cielo y de la tierra.

Adhuc tamen quid adjiciat ad honorem tuum tuus Creator excogitat: in te imaginem suam ponit, ut terris invisibilem conditorem visibilis imago praesentem poneret, et in terrenis dedit tibi vices suas, ut non fraudaretur Domini vicario mundi tam larga possessio. Et si ista ita sunt, quare modo putatur injuria, quando Deus quod per se fecit in te, in se clementer excepit, et in homine se vere videri voluit, in quo ante imaginario voluit se videri; deditque ut proprietas esset ipse, qui ante ut similitudo esset acceperat?

Concepit virgo, virgo peperit, non te conceptus turbet, partus te non confundat auditus, quando virginitas quidquid est humani pudoris excusat. Aut quae ibi verecundiae laesio, ubi init deitas cum amica sibi semper integritate consortium; ubi est interpres angelus, fides pronuba, desponsatio castitas, donatio virtus, judex conscientia, causa Deus, conceptus integritas, virginitas partus, virgo mater? Nemo ergo judicet humano modo quod divino geritur sacramento, nemo mysterium coeleste discutiat ratione terrena, nemo ex usu tractet novitatis arcanum, nemo quod singulare est metiatur exemplo, nemo contumeliam de pietate componat, nemo periculum subeat de salute.

Certe qui scire desiderat altiora, recurrat ad legem, per legem legis scientiam quaerat, auctoris factum auctoritate cognoscat auctoris. Lex refert quod Deus hominem propriam creavit ad vitam, quod homini terram jussit proferre fructus spontanea servitute; quod bestias, pecudes, armenta, humanae jussit potestati subjacere, non arti, ut homo laboris nescius, doloris ignarus, beatus delicias possideret. Sed omnia haec ne haberet homo, angelus, qui inter primos habebatur, invidit, maluitque in diabolum commutari, ne hominem plenum gloria sic videret. Denique hoc livore succensus aggreditur dolis feminam, virginemque ut vetitum degustaret pomum inducit: inducta virgo inducit virginem mox maritum, ac dejecit vitae statum, mortis cibum, peccati pabulum, dum ministrat; et ipsa fit totius materia ruinae, quae facta fuerat ad solatium singulare. Hinc peccatum primum, hinc origo mortis, hinc labor, hinc dolor, hinc gemitus, hinc amara propagata est nostrae conditio servitutis. Namque homo ante dominus omnium, in omnium dejectus est servitutem, et timet omnes qui timebatur ab omnibus; et vix arte valet, qui potestate regnabat.

Hinc est, fratres, hinc est, quod Christi talis est ordo nascentis: ad virginem diabolus venerat, venit angelus ad Mariam; ut quod malus dejecerat angelus, bonus angelus allevaret. Perfidiam suasit ille, hic fidem: suasori credidit illa, ista credit auctori.

Y todavía tu Creador discurre qué añadir a tu honor: pone en ti su imagen, para que la imagen visible hiciera presente a la tierra al Hacedor invisible, y en lo terreno te dio sus veces, para que no se privara al vicario del Señor de tan amplia posesión del mundo. Y si esto es así, ¿por qué se tiene ahora por injuria que Dios acogiera en sí con clemencia lo que por sí mismo hizo en ti, y quisiera ser visto verdaderamente en el hombre, en quien antes había querido ser visto a modo de imagen; y concediera que fuera él mismo la realidad el que antes había recibido ser la semejanza?

Concibió la virgen, la virgen dio a luz: que no te turbe la concepción, que no te confunda el oír del parto, puesto que la virginidad excusa cuanto hay del pudor humano. ¿O qué lesión del pudor hay allí donde la deidad entra en consorcio con la integridad, siempre amiga suya; donde el intérprete es un ángel, la madrina la fe, el desposorio la castidad, la donación la virtud, el juez la conciencia, la causa Dios, la concepción la integridad, el parto la virginidad, la madre una virgen? Que nadie, pues, juzgue de modo humano lo que se hace por un sacramento divino, que nadie examine un misterio celestial con razón terrena, que nadie trate según la costumbre el arcano de la novedad, que nadie mida con un ejemplo lo que es singular, que nadie componga una afrenta a partir de la piedad, que nadie corra peligro a partir de la salvación.

Ciertamente, el que desea saber cosas más altas, recurra a la Ley, busque por la Ley la ciencia de la Ley, conozca el hecho del autor por la autoridad del autor. La Ley refiere que Dios creó al hombre para una vida propia, que mandó a la tierra producir frutos para el hombre con una servidumbre espontánea; que mandó a las fieras, a los ganados, a los rebaños estar sujetos a la potestad humana, no al arte, para que el hombre, sin conocer el trabajo, ignorante del dolor, poseyera bienaventurado las delicias (Gn 2). Pero, para que el hombre no tuviera todo esto, el ángel que se contaba entre los primeros lo envidió, y prefirió convertirse en diablo antes que ver al hombre tan lleno de gloria. En efecto, encendido por este rencor, ataca con engaños a la mujer, e induce a la virgen a gustar el fruto prohibido: la virgen inducida induce enseguida al virgen, su marido, y derribó el estado de vida, mientras sirve el alimento de la muerte, el pasto del pecado; y ella misma se hace materia de la ruina de todos, la que había sido hecha para singular consuelo. De aquí el primer pecado, de aquí el origen de la muerte, de aquí el trabajo, de aquí el dolor, de aquí el gemido, de aquí se propagó la amarga condición de nuestra servidumbre. Pues el hombre, antes señor de todo, fue abatido a la servidumbre de todo, y teme a todos el que era temido por todos; y apenas puede con el arte el que reinaba con la potestad.

De aquí es, hermanos, de aquí es que tal sea el orden del nacimiento de Cristo: el diablo había venido a una virgen, el ángel vino a María; para que lo que el ángel malo había derribado, el ángel bueno lo levantara. Aquel persuadió la incredulidad, este la fe: aquella creyó al persuasor, esta cree al autor.

Nascitur Christus, ut nascendo corruptam redintegret naturam; infantiam suscepit ille, patitur nutrimenta, percurrit aetates, ut unam perfectam, manentem, quam ipse fecerat, instauraret aetatem: portat hominem, ne jam cadere homo possit; quem terrenum fecerat, fecit esse coelestem; animatum humano spiritu, spiritum vivificat in divinum: et sic eum totum tollit in Deum, ut in eo quod peccati, quod mortis, quod laboris, quod doloris, quod terrae est, nil relinquat, praestante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre vivit, et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, nunc, et semper, et per immortalia saecula saeculorum. Amen.

Nace Cristo para restaurar naciendo la naturaleza corrompida; asumió la infancia, soporta los alimentos, recorre las edades, para instaurar la única edad perfecta, permanente, que él mismo había hecho: lleva al hombre, para que el hombre ya no pueda caer; al que había hecho terreno, lo hizo ser celestial; animado con espíritu humano, vivifica el espíritu hasta lo divino: y así lo eleva todo entero hasta Dios, que no deja en él nada de lo que es del pecado, de la muerte, del trabajo, del dolor, de la tierra, por don de nuestro Señor Jesucristo, que con el Padre vive y reina en la unidad del Espíritu Santo, Dios, ahora y siempre, y por los inmortales siglos de los siglos. Amén.

Sermo CL.

De fuga Christi in Aegyptum

Si conceptum Virginis, Virginis partum sermo non aperit, sensus non recipit, non capit mens humana, Deum fugisse ut hominem quis loquatur? Apparuit, inquit, Angelus Domini in somnis Joseph, dicens: Accipe puerum et matrem ejus, et fuge in Aegyptum. Si pietatis esse diximus, quod natus est Christus, Christus quod fugisse legitur, quid dicemus? Forte sicut natum diximus, ut repararet naturam, dicamus quod ut fugaces revocaret aufugit. Et revera si, ut revocet errantem ovem, in montibus ipse errat, quomodo ipse non fugit fugientes populos ut reducat? Accipe puerum et matrem ejus, et fuge in Aegyptum. Quid est quod sic coelestis causa tractatur, ut sensus confundatur humanus, lassetur animus, laboret intelligentia, hebetetur auditus, fides nutet, spes titubet, credulitas ipsa succumbat?

Accipe puerum et matrem ejus, et fuge in Aegyptum. Persequente homine, Deus fugit; saeviente terra, coelum trepidat; et volitante pulvere, pavore turbantur angeli, et pavor patris filio fugiente monstratur. Accipe puerum et matrem ejus, et fuge in Aegyptum. David persequente Saul, ad Judaeam confugit, recepit vicinia; domus unius viduae Eliae sufficit ad latebras. Christo fugiente locus deest, provincia deficit, non subvenit patria. Dum migrat, non vicinae gentes, non finitimae sufficiunt regiones: sed Aegypti tristem locum, extorrem habitu, lingua, moribus barbarum procurat exsilium. Accipe puerum et matrem ejus, et fuge in Aegyptum. Si rerum refugium fugit, auxilium latescit omnium; si formidat fortitudo cunctorum, si se universorum defensio non defensat, quare humana notatur fuga, arguitur trepidatio, formido culpatur? Quare vocatur in crimen Petrus qui negat, Joannes qui expavescit et fugit, discipuli omnes, quia deserunt per pavorem?

Et ista, fratres, esto facta sint, quare litteris mandantur, quare referuntur in libris, quare recitantur saeculis, quare quotidianis lectionibus innotescunt, quare omnes panduntur in gentes? Numquid ut divinum timorem lingua, locus, aetas, tempus, universa cognoscant? Sicut enim cum virtutes leguntur, animos erigunt ad profectum, ita deponunt animos cum recitantur infirma. Quid sibi vult ergo evangelista, quod haec scribit ad memoriam sempiternam?

Sermón CL.

Sobre la huida de Cristo a Egipto

Si la palabra no descubre, el sentido no recibe, la mente humana no abarca la concepción de la Virgen, el parto de la Virgen, ¿quién podrá decir que Dios huyó como un hombre? Se apareció, dice, el ángel del Señor a José en sueños, diciendo: Toma al niño y a su madre, y huye a Egipto (Mt 2,13). Si hemos dicho que fue obra de piedad que Cristo naciera, ¿qué diremos de lo que se lee, que Cristo huyó? Tal vez, así como dijimos que nació para restaurar la naturaleza, digamos que huyó para hacer volver a los que huyen. Y en verdad, si para hacer volver a la oveja extraviada él mismo anda errante por los montes, ¿cómo no ha de huir él mismo de los pueblos fugitivos para traerlos de vuelta? Toma al niño y a su madre, y huye a Egipto. ¿Qué significa que la causa del cielo se trate de tal modo que el sentido humano se confunda, el ánimo se fatigue, la inteligencia se esfuerce, el oído se embote, la fe vacile, la esperanza titubee, la creencia misma sucumba?

Toma al niño y a su madre, y huye a Egipto. Persiguiéndolo un hombre, Dios huye; enfureciéndose la tierra, el cielo tiembla; y al volar el polvo, los ángeles se turban de pavor, y el pavor del padre se muestra cuando el hijo huye. Toma al niño y a su madre, y huye a Egipto. Perseguido David por Saúl, se refugió en Judea, y lo acogió la vecindad (1 Sam 21-22); la casa de una sola viuda le bastó a Elías para esconderse (1 Re 17). Huyendo Cristo, falta lugar, la provincia no alcanza, la patria no socorre. Mientras emigra, no bastan las gentes vecinas, no bastan las regiones limítrofes: sino que busca como destierro el triste lugar de Egipto, extraño en el vestido, bárbaro en la lengua y en las costumbres. Toma al niño y a su madre, y huye a Egipto. Si huye el refugio de todas las cosas, se esconde el auxilio de todos; si siente espanto la fortaleza de todos, si la defensa del universo no se defiende a sí misma, ¿por qué se reprocha la huida humana, se acusa el temblor, se culpa el espanto? ¿Por qué se acusa de crimen a Pedro, que niega, a Juan, que se aterra y huye, a todos los discípulos, porque desertan por pavor (Mt 26; Mc 14)?

Y concedido, hermanos, que esto haya sucedido, ¿por qué se pone por escrito, por qué se cuenta en los libros, por qué se lee a los siglos, por qué se da a conocer en las lecturas de cada día, por qué se divulga entre todas las gentes? ¿Acaso para que la lengua, el lugar, la edad, el tiempo, todas las cosas conozcan un temor divino? Pues así como las proezas, cuando se leen, levantan los ánimos al progreso, así las flaquezas, cuando se recitan, abaten los ánimos. ¿Qué pretende, pues, el evangelista al escribir esto para memoria sempiterna?

Devoti militis est regis sui tacere fugam, referre constantiam, virtutes loqui, timores silere, aperire fortia, infirma reticere, adversa delere, praedicare victorias, quo et hostium frangere ausus possit, et sociorum excitare virtutem. Evangelista igitur referendo talia, videtur excitasse haereticorum latratus, defensionem fidelibus sustulisse.

Tolle, ait, puerum et matrem ejus, et fuge in Aegyptum. Mandatur fuga, non profectio; imponitur necessitas, non voluntas: indicit angelus latentem peregrinationem, non liberum commeatum; ut via, quae est per se molesta, semper esset molestior per timorem. Ergo ob quam causam haec nobis scripta sint, jam tempus est ut quaeramus. Tolle puerum et matrem ejus, et fuge in Aegyptum. Bellicosus quod in bello fugit artis est, non timoris; Deus quando fugit hominem, sacramenti est, non pavoris: potens quando se subducit infirmo, insequentem non pavet, sed foris producit; vult enim in aperto vincere, qui publicam referre cupit ex hoste victoriam; occultum se non patitur inire conflictum, qui mandare suum saeculis vult triumphum. Secreta victoria, virtusque latens exemplum posteris non relinquunt. Hinc est, quod Christus fugit, ut cedat tempori, non Herodi: neque enim mortem fugit, qui venerat de hoste reportare victoriam; neque humanas insidias expavescit, qui totas venerat diabolicae fraudis aperire versutias; neque tunc timuit, quando infans, et secundum hominem timere nescivit, et secundum Deum potuit non timere. Christus, fratres, si mactatus in illo grege lactentium tunc fuisset, mors ei casus fuerat, non voluntas; non virtus fuerat, sed infirmitas; necessitas fuerat, non potestas; et innocentiae fuisset praemium, majestatis gloria non fuisset. Certe ubi esset, quod a Deo dictum est: Non coques agnum in lacte matris suae?

Futurum est, inquit, ut Herodes quaerat puerum. Herodes quaerebat, sed quaerebat diabolus per Herodem, qui videbat sibi magos, quos habebat in erroribus suis principes, aufugisse. Christus si vinctus pannis, si sub matris uberibus occupatus, si tacens lingua, si latens opere, si gressu nullus, diaboli signiferos, hoc est magos in duces fidelissimos commutavit, perfectae aetatis Christus quid posset facere diabolus jam videbat: et ideo movebat Judaeos, instigabat Herodem, ut Christi suspectam sibi praeveniret infantiam, ut futura virtutis ejus anticiparet insignia, ut peremptorium sibi nobis victoriosissimum vexillum crucis callidus machinator auferret. Sentiebat diabolus, sentiebat quod Christus doctrinis, virtutibus, vitam mox repararet, et mundum totum, qui adhuc vagiens, ipsum quod erat mundani verticis, occuparet, juxta illud prophetae: Priusquam sciat puer vocare patrem aut matrem, accipiet et virtutem Damasci, et spolia Samariae.

Es propio de un soldado devoto callar la huida de su rey, referir su constancia, hablar de sus proezas, silenciar sus temores, descubrir sus hazañas, ocultar sus flaquezas, borrar sus reveses, pregonar sus victorias, para poder quebrantar la audacia de los enemigos y excitar el valor de los compañeros. El evangelista, pues, al referir tales cosas, parece haber provocado los ladridos de los herejes y haber quitado su defensa a los fieles.

Toma, dice, al niño y a su madre, y huye a Egipto. Se manda la huida, no el viaje; se impone la necesidad, no la voluntad: el ángel ordena una peregrinación escondida, no un libre salvoconducto; para que el camino, que de por sí es penoso, fuera siempre más penoso por el temor. Es ya tiempo, pues, de que indaguemos por qué causa se nos escribió esto. Toma al niño y a su madre, y huye a Egipto. Que el guerrero huya en la guerra es cosa de arte, no de temor; cuando Dios huye del hombre, es cosa de misterio, no de pavor: el poderoso, cuando se retira ante el débil, no teme al que lo persigue, sino que lo saca fuera; pues quiere vencer a campo abierto el que desea obtener del enemigo una victoria pública; no consiente en entablar un combate oculto el que quiere transmitir su triunfo a los siglos. Una victoria secreta y un valor escondido no dejan ejemplo a la posteridad. De ahí que Cristo huya para ceder al tiempo, no a Herodes: pues no huyó de la muerte el que había venido a arrebatar al enemigo la victoria; ni se llena de pavor ante las asechanzas humanas el que había venido a descubrir todas las astucias del fraude diabólico; ni temió entonces, cuando era niño, pues según el hombre no supo temer, y según Dios pudo no temer. Cristo, hermanos, si hubiera sido inmolado entonces en aquel rebaño de lactantes, la muerte habría sido para él un azar, no voluntad; no habría sido poder, sino debilidad; habría sido necesidad, no potestad; y habría sido premio de la inocencia, no habría sido gloria de la majestad. Ciertamente, ¿dónde quedaría lo que dijo Dios: No cocerás el cordero en la leche de su madre (Ex 23,19; 34,26)?

Va a suceder, dice, que Herodes buscará al niño (Mt 2,13). Herodes buscaba, pero buscaba el diablo por medio de Herodes, el cual veía que los Magos, a quienes tenía como príncipes en sus errores, se le habían escapado. Si Cristo, atado con pañales, ocupado bajo los pechos de su madre, callado de lengua, oculto en las obras, nulo en el andar, convirtió a los abanderados del diablo, esto es, a los Magos, en guías fidelísimos, el diablo veía ya lo que Cristo podría hacer en la edad perfecta: y por eso movía a los judíos, instigaba a Herodes, para adelantarse a la infancia de Cristo, sospechosa para él, para anticiparse a las futuras insignias de su poder, para que el astuto maquinador arrebatara el estandarte de la cruz, mortal para él, victoriosísimo para nosotros. Presentía el diablo, presentía que Cristo, con sus doctrinas, con sus prodigios, restauraría pronto la vida, y que se adueñaría del mundo entero el que, llorando todavía, se había adueñado de lo que era la cima misma del mundo, según aquello del profeta: Antes de que el niño sepa llamar a su padre o a su madre, recibirá la fuerza de Damasco y los despojos de Samaria (Is 8,4).

Et ut, ipsis probantibus Judaeis, cum dicunt: Videtis, quia nihil proficimus, ecce mundus totus post ipsum vadit, Christus se in carne venturum, ascensurum per aetatum gradus, annuntiaturum gloriam coelestis regni, praedicaturum fidei doctrinam, et imperio verbi solo fugaturum daemones, daturum caecis visum, claudis cursum, mutis verbum, auditum surdis, peccatoribus remissionem, mortuis vitam, per legem promiserat, et per prophetas.

Unde haec Christus impleturus vir, infans mortem distulit, non fugit. Denique fugam ejus non de periculi metu, sed de prophetiae venisse mysterio evangelista asserit, sic dicendo: Accipe puerum et matrem ejus, et fuge in Aegyptum. Et post: Ut impleretur quod dictum est a Domino per prophetam dicentem: Ex Aegypto vocavi filium meum. Christus ergo fugit, ut staret legis veritas, prophetiae fides, Psalmistae testimonium, dicente ipso Domino: Necesse erat impleri omnia quae scripta sunt in lege Moysi, et prophetis, et psalmis de me. Christus fugit, nobis, non sibi; Christus fugit, ut dispensanda temporibus sacramenta servaret.

Christus fugit, ut futuris virtutibus subveniret, et perfidis materiam tolleret excusandi, et credituris fidei fiduciam largiretur, quia in persecutione melius est fugere, quam negare. Denique Petrus, quia fugere noluit, abnegavit; Joannes ne abnegaret, aufugit.

Y, como lo prueban los mismos judíos cuando dicen: Veis que nada adelantamos; he aquí que el mundo entero va tras él (Jn 12,19), Cristo había prometido por la Ley y por los profetas que vendría en la carne, que subiría por los grados de las edades, que anunciaría la gloria del reino celestial, que predicaría la doctrina de la fe, y que con el solo imperio de su palabra pondría en fuga a los demonios, daría vista a los ciegos, carrera a los cojos, palabra a los mudos, oído a los sordos, remisión a los pecadores, vida a los muertos.

Por eso Cristo, que había de cumplir esto siendo varón, siendo niño aplazó la muerte, no la huyó. En efecto, el evangelista afirma que su huida no vino del miedo al peligro, sino del misterio de la profecía, al decir así: Toma al niño y a su madre, y huye a Egipto. Y después: Para que se cumpliera lo dicho por el Señor por medio del profeta, que dice: De Egipto llamé a mi hijo (Mt 2,15; Os 11,1). Cristo, pues, huyó para que quedara en pie la verdad de la Ley, la fidelidad de la profecía, el testimonio del salmista, como dice el mismo Señor: Era necesario que se cumpliera todo lo que está escrito de mí en la Ley de Moisés, y en los profetas, y en los salmos (Lc 24,44). Cristo huyó por nosotros, no por sí; Cristo huyó para reservar los misterios que habían de dispensarse a su tiempo.

Cristo huyó para proveer a los prodigios futuros, para quitar a los incrédulos motivo de excusa y para dar a los que habían de creer la confianza de la fe, porque en la persecución es mejor huir que negar. En efecto, Pedro, por no querer huir, negó; Juan, para no negar, huyó (Mc 14).

Sermo CLI.

De eadem

Hodierna lectio movit corda, concussit viscera, stupefecit auditum. Ecce, inquit, angelus Domini apparuit Joseph in somnis, dicens: Surge, accipe puerum, et matrem ejus, et fuge in Aegyptum. Cui nascenti virginitas non resistit, non obviat ratio, non contradicit natura, quae potestas, quae vis, quod discrimen praevalet, ut compellatur ad fugam? Accipe puerum et matrem ejus, et fuge in Aegyptum. Reverentius diceret, Vade in Aegyptum, ut esset profectio, non fuga; voluntas, non necessitas; judicium, non metus; humanum saltem, si non divinum: at nunc mandatur fuga, mandatur coelitus, mandatur per angelum, ut videatur coelum timor ante tenuisse quam terram.

Accipe puerum et matrem ejus, et fuge in Aegyptum. In Aegyptum fuge a tuis ad extraneos, ad sacrilegos a sanctis; a templo tuo ad daemonum fana, ad idolorum patriam a regione sanctorum. Sic Judaeae non sufficit latitudo, sic angustatur saeculi diffusa possessio, non capit secretum templi. Sacerdotum turba non suscipit, non abscondit numerositas investigabilis cognatorum, ut ad deitatis latebras profana Aegyptus conducatur: sic res urget, si non vacat intueri verecundiam virginis, laborem matris, sexus pudorem, periculum in Joseph, longinquitatis fatigationem, exitium totius domus, et, quod his durius, Judaeos peregrinaturos in gentibus, quibus nec ipsa est communio, immo est profundum legis transgressione naufragium. O quam durum est peregrinatio etiam inter cives fratresque! sapit quid sit sua domus, qui sentit alienam: et ubi est illud: Domine, refugium factus es nobis? Et, Deus noster refugium et virtus? Si refugium fugit, si timet virtus, si praesidium migrat, quae vita, quae spes, quae securitas, quod munimen? Eliae contra insidias liberi regis, vidua una sufficit; Christo contra Herodis captivi minas Judaea tota non sufficit. Elias missos ad se coelesti igne consumit, Christus sola fuga fit salvus. Hucusque fugae Christi querimonias exaggerasse sufficiat.

Sermón CLI.

Sobre lo mismo

La lectura de hoy ha conmovido los corazones, sacudido las entrañas, pasmado el oído. He aquí, dice, que un ángel del Señor se apareció a José en sueños, diciendo: Levántate, toma al niño y a su madre, y huye a Egipto (Mt 2,13). Aquel a cuyo nacimiento no resiste la virginidad, no se opone la razón, no contradice la naturaleza, ¿qué potestad, qué fuerza, qué peligro prevalece hasta obligarlo a la huida? Toma al niño y a su madre, y huye a Egipto. Más reverente habría sido decir: «Ve a Egipto», para que fuera un viaje, no una huida; voluntad, no necesidad; juicio, no miedo; humano al menos, si no divino: pero ahora se manda la huida, se manda desde el cielo, se manda por un ángel, de modo que parece que el temor se apoderó del cielo antes que de la tierra.

Toma al niño y a su madre, y huye a Egipto. Huye a Egipto, de los tuyos a los extraños, a los sacrílegos desde los santos; desde tu templo a los santuarios de los demonios, a la patria de los ídolos desde la región de los santos. Así no basta la anchura de Judea, así se estrecha la dilatada posesión del mundo, no le da cabida lo secreto del templo. La muchedumbre de los sacerdotes no lo acoge, no lo esconde la incontable multitud de los parientes, de modo que se toma al profano Egipto como escondite de la deidad: así apremia la situación, si no hay tiempo de considerar el pudor de la virgen, la fatiga de la madre, la vergüenza del sexo, el peligro de José, el cansancio de la distancia, la ruina de toda la casa y, lo que es más duro que todo esto, que unos judíos hayan de peregrinar entre los gentiles, con quienes no tienen siquiera comunión; o más bien, para quienes es un profundo naufragio por la transgresión de la Ley. ¡Oh, qué dura es la peregrinación, aun entre conciudadanos y hermanos! Sabe lo que es su propia casa el que siente la ajena: ¿y dónde queda aquello de: Señor, te has hecho nuestro refugio (Sal 90,1)? ¿Y: Nuestro Dios es refugio y fuerza (Sal 46,2)? Si el refugio huye, si la fuerza teme, si el baluarte emigra, ¿qué vida, qué esperanza, qué seguridad, qué defensa queda? Contra las asechanzas de un rey libre, a Elías le bastó una sola viuda (1 Re 17); contra las amenazas de Herodes, un cautivo, a Cristo no le basta toda Judea. Elías consume con fuego del cielo a los enviados a él (2 Re 1); Cristo se salva solo con la huida. Baste hasta aquí haber amontonado las quejas por la huida de Cristo.

Fratres, quod fugit Christus, fuit mysterii, non timoris; fuit liberatio, non periculum Creatoris; divinae virtutis fuit, non fuit fragilitatis humanae; non fugit propter auctoris mortem, sed fugit propter saeculi vitam. Nam qui mori venerat, quare fugeret mortem? Christus totam causam nostrae salutis occideret, si se parvulum permisisset occidi. Christus venerat, ut quos praeceptis docuerat, firmaret exemplis, et ipse faceret quae facienda mandaverat; et visu probaret possibilia, quae impossibilia videbantur auditu. Venerat ut mundo notitiam suae deitatis infunderet, et humani generis ignorantiam auferret. Venerat ut pigra mortalium corda ad fidem virtutibus excitaret. Venerat diabolum publico superare conflictu; ut ab omnibus et divino vinceretur jussu, et humano prosterneretur exemplo. Venerat praesentiae suae promissa persolvere, ut quibus scire se dederat, concederet se videre. Venerat ut veniret Judaeus de contemptu legis. Venerat introducere ad fidem gentes. Venerat eligere apostolos doctores orbis, eosque coelestibus implere doctrinis, munire virtutibus, armare signis, ut signis edomarent feros, sanarent virtutibus infirmos, doctrinis dociles edocerent: et ad summum, venerat mortem perdere moriendo, penetrando inferna dissolvere, resurgendo sepulcra reserare; ascendendo ad coelos coelestibus donare terrenos. Omnia haec utique periissent nobis, si Christus, cum esset in cunabulis, non fugisset.

Sed, auditor, dicas, Cum posset aliter, quare tantis, quare talibus se summisit injuriis? Quare? Primum, quia neque sine homine poterat salvari homo, neque sine humanis injuriis injuriae humanae poterant amputari: causam suam facit, qui alteri vult cavere; qui non compatitur, amputare non potest passiones. Christus nos in se suscepit, ut se daret nobis; pertulit passiones nostras, ut nostras tolleret passiones. Hinc est quod Christus fugit, ut nostras fugas in persecutionibus temperaret. Martyr comprehensus debet tenere constantiam, non comprehensus debet fugere persequentem, ut et persecutori indulgeat resipiscendi tempus, et sibi tempus non auferat supplicandi, dicente Domino: Si vos persecuti fuerint in hac civitate, fugite in aliam. Persecutorem qui provocat, facit; corrigit qui declinat. Fugere debemus ergo, provocare non debemus, si salvari persecutores nostros volumus, pro quibus praeceptum est nos orare. Orate, inquit, pro persequentibus vos. Orandum est, fugiendum est, ut et ille qui per ignorantiam furit, sanetur; et ille qui patitur de patientia palmam subeat, non subeat de temeritate discrimen. Fratres si Saulum martyres non fugissent, Paulum martyremque non fecissent. Hoc faciendum docuit Christus, hoc nobis reliquit exemplum; ut fugiente Domino, fugere indignum non putet servus.

Hermanos, que Cristo huyera fue cosa de misterio, no de temor; fue liberación, no peligro del Creador; fue propio del poder divino, no fue propio de la fragilidad humana; no huyó por causa de la muerte del autor, sino que huyó por causa de la vida del mundo. Pues el que había venido a morir, ¿por qué iba a huir de la muerte? Cristo habría dado muerte a toda la causa de nuestra salvación si se hubiera dejado matar de pequeño. Cristo había venido a confirmar con ejemplos a los que había enseñado con preceptos, y a hacer él mismo lo que había mandado hacer; y a probar posible a la vista lo que parecía imposible al oído. Había venido a infundir en el mundo el conocimiento de su deidad y a quitar la ignorancia del género humano. Había venido a despertar a la fe con prodigios los corazones perezosos de los mortales. Había venido a vencer al diablo en combate público, para que fuera vencido por todos, por mandato divino, y derribado por ejemplo humano. Había venido a cumplir las promesas de su presencia, para conceder que lo vieran aquellos a quienes había dado conocerlo. Había venido para que el judío volviera del desprecio de la Ley. Había venido a introducir a los gentiles en la fe. Había venido a elegir a los apóstoles como maestros del orbe, a llenarlos de doctrinas celestiales, a guarnecerlos de prodigios, a armarlos de señales, para que con las señales domaran a los fieros, con los prodigios sanaran a los enfermos, con las doctrinas instruyeran a los dóciles: y, en suma, había venido a destruir la muerte muriendo, a deshacer los infiernos penetrándolos, a abrir los sepulcros resucitando; a regalar los terrenos a los celestiales subiendo a los cielos. Todo esto, sin duda, se habría perdido para nosotros si Cristo, estando en la cuna, no hubiera huido.

Pero dirás, oyente: «Pudiendo obrar de otro modo, ¿por qué se sometió a tantas y tales injurias?» ¿Por qué? Primero, porque ni el hombre podía salvarse sin el hombre, ni las injurias humanas podían extirparse sin injurias humanas: hace suya la causa el que quiere proteger a otro; el que no padece con otro no puede extirpar las pasiones. Cristo nos asumió en sí para darse a nosotros; soportó nuestras pasiones para quitar nuestras pasiones. De ahí que Cristo huyera, para moderar nuestras huidas en las persecuciones. El mártir apresado debe mantener la constancia; el no apresado debe huir del perseguidor, para conceder al perseguidor tiempo de enmendarse y no quitarse a sí mismo tiempo de suplicar, como dice el Señor: Si os persiguen en esta ciudad, huid a otra (Mt 10,23). Quien provoca al perseguidor lo hace; lo corrige quien se aparta. Debemos, pues, huir, no debemos provocar, si queremos que se salven nuestros perseguidores, por quienes se nos ha mandado orar. Orad, dice, por los que os persiguen (Mt 5,44). Hay que orar, hay que huir, para que el que se enfurece por ignorancia sea sanado, y el que padece alcance por la paciencia la palma, no alcance por la temeridad el peligro. Hermanos, si los mártires no hubieran huido de Saulo, no habrían hecho de él a Pablo, y un mártir. Esto enseñó Cristo que había que hacer, este ejemplo nos dejó: que, habiendo huido el Señor, no tenga el siervo por indigno huir.

Et alia est causa quod fugit Christus, quod infans tempus suae distulit passionis, quod crucem supra tricesimum annum vitae corporalis ascendit; ut qui ad vitam perfectum hominem fecerat, perfectam repararet in vitam; et qualem terris dederat, talem redderet coelo. Et quod ad Aegyptum fugit, aliam procedit ad causam. Fugit ad Aegyptum, ut perfidiam Judaeorum per fidem gentium castigaret: nam Dominum suum quem Judaea fugaverat, Aegyptus obsequenter accepit, ut Ecclesiam Synagogae, Judaeis gentes anteponendas in fide suam panderet per figuram.

Y hay otra causa de que Cristo huyera, de que siendo niño aplazara el tiempo de su Pasión, de que subiera a la cruz pasado el año trigésimo de su vida corporal: que quien había hecho al hombre perfecto para la vida lo restaurara para una vida perfecta; y tal como lo había dado a la tierra, tal lo devolviera al cielo. Y que huyera a Egipto obedece a otra causa. Huyó a Egipto para castigar la incredulidad de los judíos con la fe de los gentiles: pues a su Señor, a quien Judea había ahuyentado, Egipto lo recibió obedientemente, para mostrar en figura que su Iglesia había de anteponerse a la Sinagoga, los gentiles a los judíos, en la fe.

Sermo CLII.

De infantium nece

Zelus quo tendat, quo prosiliat livor, invidia quo feratur Herodiana hodie patefecit immanitas: quae dum temporalis regni aemulatur angustias, aeterni regis ortum molitur exstinguere, sicut ait evangelista: Tunc Herodes videns quia illusus esset a magis, iratus est valde: et mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem et in omnibus finibus ejus. Videns quia illusus esset a magis. Dolet impietas se illusam, dilatam se crudelitas furit, fremit dolositas se deceptam, et in se fraus reversa colliditur. Herodes stridet cadens ipse in laqueum quem tetendit: hinc iniquitatem quam condiderat evaginat: de fide perfidiae sumit arma; terreno quaerit furore, quem natum coelitus non credit; ad sinus matrum militum cogit castra, inter ubera arcem pietatis oppugnat, in teneris uberibus ferrum durat, lac fundit antequam sanguinem, dat ante mortem sentire quam vitam, tenebras ingerit intrantibus lucem.

Sic ait magister mali, minister doli, irae artifex, inventor sceleris, impietatis auctor, pietatis praedo, inimicus innocentiae, hostis naturae, malus omnibus, suis pejor, pessimus sibi: quem Christus, non ut evaderet, sed ne videret, aufugit. In altum tendens, cadit ab alto; coelum pulsans, intrat profundum; in se vadit, qui vadit in Deum; se occidit, qui vitam conatur occidere, quia capi non potest perditione salus, occisione vita, aeternitas fine. O ambitio quam caeca semper! O quam semper praesumptio pessima! O quam perdit concessa, qui inconcessa captat! Herodes obsidens terrenum regnum, impugnat coeleste; terrenis inhians, irruit in divina, ipsamque pietatem tota impietate insectatur. Audierat natum regem, quaesierat ubi, quando, unde; et ad quid: ast qualiter debuerat non quaesivit, quia apud illum erat peccandi amor, amor innocentiae non manebat. Destinatus ad scelus, ad piaculum promptus, paratus ad crimen, causas innocentiae non requirit, jus abrogat, confundit fas nefasque, cui nequitia est sodalis, cui odiosa est aequitas, iniquitas semper est amica, qui caedibus vivit, qui se munit sanguine, qui crudelitatem sectatur, cui de timore stat totum, de amore nil constat.

Sermón CLII.

Sobre la matanza de los niños

Adónde tiende el celo, adónde salta el rencor, adónde se deja llevar la envidia, lo ha descubierto hoy la crueldad de Herodes: la cual, al rivalizar por las estrecheces de un reino temporal, procura extinguir el nacimiento del rey eterno, como dice el evangelista: Entonces Herodes, viendo que había sido burlado por los Magos, se enojó mucho: y enviando, mató a todos los niños que había en Belén y en todos sus términos (Mt 2,16). Viendo que había sido burlado por los Magos. Se duele la impiedad de haber sido burlada, se enfurece la crueldad de haber sido diferida, brama la astucia de haber sido engañada, y el fraude, vuelto contra sí, se estrella. Herodes rechina los dientes, cayendo él mismo en el lazo que tendió: de ahí desenvaina la iniquidad que había fraguado: de la fe toma las armas de la incredulidad; con furor terreno busca al que no cree nacido del cielo; hacia el seno de las madres empuja los campamentos de los soldados, entre los pechos asalta la ciudadela de la piedad, en los tiernos pechos endurece el hierro, derrama la leche antes que la sangre, hace sentir la muerte antes que la vida, impone tinieblas a los que entran en la luz.

Así obra el maestro del mal, el ministro del engaño, el artífice de la ira, el inventor de la maldad, el autor de la impiedad, el saqueador de la piedad, el enemigo de la inocencia, el adversario de la naturaleza, malo para todos, peor para los suyos, pésimo para sí: de quien Cristo huyó, no para escapar de él, sino para no verlo. Tendiendo a lo alto, cae de lo alto; golpeando el cielo, entra en lo profundo; va contra sí el que va contra Dios; se mata a sí mismo el que intenta matar a la vida, porque la salvación no puede ser apresada por la perdición, la vida por la matanza, la eternidad por el fin. ¡Oh ambición, qué ciega siempre! ¡Oh, qué pésima es siempre la presunción! ¡Oh, cómo pierde lo concedido el que trata de atrapar lo no concedido! Herodes, asediando un reino terreno, ataca el celestial; ávido de lo terreno, se arroja sobre lo divino, y persigue a la piedad misma con toda impiedad. Había oído que había nacido un rey; había preguntado dónde, cuándo, de dónde; y para qué: pero no preguntó como debía, porque en él estaba el amor de pecar; el amor de la inocencia no permanecía. Resuelto a la maldad, pronto a la atrocidad, dispuesto al crimen, no indaga las causas de la inocencia, abroga el derecho, confunde lo lícito y lo ilícito, él, que tiene por compañera a la malicia, a quien es odiosa la equidad, amiga siempre la iniquidad, que vive de matanzas, que se fortifica con sangre, que sigue la crueldad, para quien todo se apoya en el temor, nada se apoya en el amor.

Herodes tunc caecus sic Christum gladiis quaerit, investigat cruore, crudelitate rimatur, successorem timens, incessit in auctorem; peremit innocentes, volens innocentiam deperire. Rector populi, morum custos, disciplinae censor, justitiae indagator, aequitatis defensor, servator innocentiae, ampliator populi, innocentis causam facit innocentium crimen, munus vaticinatorum vertit in poenam, auctoris ortum orientum mandat occasum, negotium salvantis salvandorum jubet esse discrimen. Judex audientes vocat, interrogat loquentes, negantes arguit, urget reos, percellit noxios, conscios corripit, addit complices, sententiae dat detectos.

Infantes quid? Quorum lingua tacuit, oculi nil viderunt, nil audierunt aures, manus nil fecerunt, et quibus actus nullus est, unde culpa? Sumpserunt mortem qui vivere nescierunt, non tempus profuit, non excusavit aetas, silentium non defendit, quibus apud Herodem solum quod nati sunt, hoc fuit crimen. Et revera, quomodo non redderent naturae creditum, a quibus causa exigebatur auctoris? Infelix homo, qui sibi ad accusationem paravit omnia, ad excusandum spatium non reliquit, sed totum paravit ad poenam! Quis excusabit, quem pulsat innocentia, infantia impetit, lac ut sanguis accusat? Hoc contra Herodem.

At Christus futurorum praescius, conscius secretorum, cogitationum judex, mentium perscrutator, quare deseruit quos sciebat quaerendos esse propter se, et propter se noverat occidendos? Natus rex, et rex coelestis quare neglexit milites innocentiae suae, coaetaneum sibi quare contempsit exercitum, quare cunabulis suis deputatas excubias sic reliquit, ut regem solum quaesiturus hostis totum grassaretur in militem? Fratres, Christus non despexit suos milites, sed provexit, quibus dedit ante triumphare quam vivere, quos fecit capere sine concertatione victoriam: quos donavit coronis antequam membris: quos voluit virtutibus vitia praeterire, ante coelum possidere quam terram, nec ante humanis inserere quam divinis. Praemisit ergo Christus suos milites, non amisit; recepit suas acies, non reliquit. Beati, quos martyrio natos vidimus esse, non saeculo. Beati, qui labores in requiem, in refrigerium dolores, moerores in gaudium commutarunt. Vivunt, vivunt, qui vere vivunt, qui pro Christo merentur occidi.

Herodes, ciego entonces, busca así a Cristo con espadas, lo rastrea con sangre, lo escudriña con crueldad; temiendo a un sucesor, arremetió contra el autor; mató a los inocentes, queriendo que pereciera la inocencia. El regidor del pueblo, guardián de las costumbres, censor de la disciplina, indagador de la justicia, defensor de la equidad, conservador de la inocencia, acrecentador del pueblo, hace de la causa del inocente el crimen de los inocentes, convierte en castigo el don de los que lo vaticinaron, ordena que el orto del autor sea el ocaso de los que nacen, manda que el negocio del que salva sea el peligro de los que habían de ser salvados. Un juez cita a los que oyen, interroga a los que hablan, refuta a los que niegan, apremia a los reos, abate a los culpables, reprende a los sabedores, añade a los cómplices, entrega a la sentencia a los descubiertos.

¿Y los niños? Su lengua calló, sus ojos nada vieron, nada oyeron sus oídos, sus manos nada hicieron; y los que no tienen acto alguno, ¿de dónde su culpa? Recibieron la muerte los que no supieron vivir; no les valió el tiempo, no los excusó la edad, no los defendió el silencio, a ellos, cuyo único crimen ante Herodes fue este: haber nacido. Y en verdad, ¿cómo no iban a devolver a la naturaleza lo que les había prestado, aquellos a quienes se les exigía la causa del autor? ¡Hombre infeliz, que preparó todo para su acusación, no dejó espacio para la excusa, sino que lo preparó todo para el castigo! ¿Quién excusará a aquel a quien golpea la inocencia, acomete la infancia, acusa la leche como la sangre? Esto, contra Herodes.

Pero Cristo, presciente de lo futuro, sabedor de los secretos, juez de los pensamientos, escrutador de las mentes, ¿por qué abandonó a los que sabía que serían buscados por su causa, y conocía que serían muertos por su causa? Nacido rey, y rey celestial, ¿por qué descuidó a los soldados de su inocencia, por qué despreció a un ejército de su misma edad, por qué dejó así la guardia asignada a su cuna, de modo que el enemigo, buscando solo al rey, se ensañara con toda la tropa? Hermanos, Cristo no despreció a sus soldados, sino que los promovió: a ellos les dio triunfar antes que vivir, a ellos los hizo alcanzar la victoria sin combate; a ellos les regaló coronas antes que miembros; a ellos quiso que dejaran atrás los vicios con las virtudes, que poseyeran el cielo antes que la tierra, y no injertarlos en lo humano antes que en lo divino. Cristo, pues, envió por delante a sus soldados, no los perdió; recobró sus escuadrones, no los abandonó. Bienaventurados aquellos a quienes hemos visto nacidos para el martirio, no para el siglo. Bienaventurados los que cambiaron los trabajos en descanso, los dolores en refrigerio, las tristezas en gozo. Viven, viven, los que viven de verdad, los que merecen ser muertos por Cristo.

Beati ventres qui portaverunt tales, beata ubera quae se talibus infuderunt, beatae lacrymae quae pro talibus fusae flentibus gratiam baptismatis contulerunt. Nam diverso modo, dono uno, in lacrymis suis matres, et suo filii sanguine baptizantur. In martyrio filiorum passae sunt matres; nam gladius filiorum pertransiens membra ad matrum corda pervenit, et necesse est ut sint praemii consortes, quae fuerunt sociae passionis. Arridebat parvulus occisori, gladio adjocabatur infantulus, nutricis loco attendebat lactans percussoris horrorem, nescia lucis aetas moritura gaudebat, infans filius omnem hominem non ut hostem respicit, sed parentem. Matres tulerunt quidquid et angoris exstitit, et doloris, et ideo non carebunt martyrii gaudio, martyrii lacrymas quae fuderunt.

Hoc loco attendat auditor, attendat, ut intelligat martyrium non constare per meritum, sed venire per gratiam. In parvulis quae voluntas, quod arbitrium, ubi captiva fuit et ipsa natura? De martyrio ergo debemus totum Deo, nil nobis. Vincere diabolum, corpus tradere, contemnere viscera, tormenta expendere, lassare tortorem, capere de injuriis gloriam, de morte vitam, non est virtutis humanae, muneris est divini. Ad martyrium qui sua virtute currit, per Christum non pervenit ad coronam: sed ipse nos coeleste perducat ad pabulum, qui nostro dignatus est jacere in stabulo, Jesus Christus Nazarenus Dominus noster, qui vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Bienaventurados los vientres que llevaron a tales, bienaventurados los pechos que se derramaron para tales, bienaventuradas las lágrimas que, derramadas por tales, otorgaron a las que lloraban la gracia del bautismo. Pues de modo diverso, con un solo don, son bautizadas las madres en sus lágrimas, y los hijos en su sangre. En el martirio de los hijos padecieron las madres; pues la espada, atravesando los miembros de los hijos, llegó al corazón de las madres, y es necesario que sean consortes del premio las que fueron compañeras de la pasión. Sonreía el pequeñuelo a su asesino, jugaba con la espada el niñito, el lactante miraba el horror del verdugo como a su nodriza, la edad que no conocía la luz se alegraba al ir a morir, el hijo niño mira a todo hombre no como a enemigo, sino como a padre. Las madres soportaron cuanto hubo de angustia y de dolor, y por eso no carecerán del gozo del martirio las que derramaron las lágrimas del martirio.

Atienda aquí el oyente, atienda, para entender que el martirio no se sostiene por el mérito, sino que viene por la gracia. En los pequeños, ¿qué voluntad, qué albedrío, donde también la naturaleza misma estaba cautiva? Del martirio, pues, lo debemos todo a Dios, nada a nosotros. Vencer al diablo, entregar el cuerpo, despreciar las entrañas, sobrellevar los tormentos, cansar al verdugo, sacar gloria de las injurias, vida de la muerte, no es propio de la virtud humana; es don divino. El que corre al martirio por su propia virtud no llega a la corona por Cristo: pero que nos conduzca al pasto celestial el que se dignó yacer en nuestro establo, Jesucristo Nazareno, Señor nuestro, que vive y reina por los siglos de los siglos. Amén.

Sermo CLIII.

De eadem

Fratres, humani sensus non est virginei partus aperire mysterium: quod natura non habet, auctoris est, non naturae; est opus superni spiritus, quod sentire non potest caro; ubi non est humanitatis indicium, ibi deitatis est signum, dicente propheta: Ipse Dominus Deus dabit vobis signum. Ecce virgo in utero accipiet. Ubi nil est terreni usus, est ibi coelestis ordinis totum; quod de mundo non est, mundano intellectui non potest subjacere. Conceptus qui virginem servat, partus virginem qui relinquit, divinum est quod generat, non humanum; Deus graditur, ubi vestigium nullatenus humani transitus invenitur; consuetudo deficit, miracula cum geruntur; consuetudines non respiciunt signa, singularitas non admittit exemplum, sicut hodierna pandit lectio, quae divina narrat praelia parvulorum.

Coorta regi cohors sua, magis praemori quam commori tota gestit: Christo dicati milites coeperunt ante militare quam vivere, ante pugnare quam ludere, fundere ante sanguinem quam lactis ubera peroptare: ardentes animae moras corporis non tulerunt, a gremio ad furentes hostium cuneos pervolantes, anticipant virtutibus blandimenta, vulneribus oscula, unguenta ferro, ut coelum possint ante inhabitare quam terram, praemia spiritus ante portare quam carnem, ante referre triumphos Deo quam perferre hominum nutrimenta. Vere, vere, fratres, isti sunt gratiae martyres, confitentur tacentes, nescientes pugnant, vincunt inscii, moriuntur inconscii, ignari tollunt palmas, coronas rapiunt ignorantes. Ergo sicut virginitas corruptionis nescia contulit honorem matri, sic infantia passionis ignara martyrii palmas rapuit et coronas. Sed quid dicemus quod rex ipse qui stare debuit, fugit solus, et fugit monente Patre? Fugere istud est amoris intimi, non timoris ignavi. Si stetisset Christus, haberet eos synagoga filios, hos Ecclesia martyres non haberet.

Sermón CLIII.

Sobre lo mismo

Hermanos, no es propio del sentido humano descubrir el misterio del parto virginal: lo que la naturaleza no tiene es del autor, no de la naturaleza; es obra del espíritu de lo alto, que la carne no puede percibir; donde no hay indicio de humanidad, allí está la señal de la deidad, como dice el profeta: El Señor Dios mismo os dará una señal. He aquí que una virgen recibirá en el seno (Is 7,14). Donde no hay nada del uso terreno, allí todo es del orden celestial; lo que no es del mundo no puede someterse al entendimiento mundano. Una concepción que conserva a la virgen, un parto que deja a la virgen: lo que engendra es divino, no humano; Dios camina donde no se halla en absoluto huella de paso humano; la costumbre falla cuando se obran milagros; las costumbres no miran a las señales, la singularidad no admite ejemplo, como descubre la lectura de hoy, que narra los combates divinos de los pequeños.

Alzada por su rey, su propia cohorte ansía entera morir antes que él más que morir con él: los soldados consagrados a Cristo comenzaron a militar antes que a vivir, a pelear antes que a jugar, a derramar la sangre antes que a desear los pechos de la leche: las almas ardientes no soportaron las demoras del cuerpo; volando del regazo a las furiosas cuñas de los enemigos, anticipan con proezas las caricias, con heridas los besos, con el hierro los ungüentos, para poder habitar el cielo antes que la tierra, llevar los premios del espíritu antes que la carne, presentar triunfos a Dios antes que recibir los alimentos de los hombres. En verdad, en verdad, hermanos, estos son los mártires de la gracia: confiesan callando, pelean sin saber, vencen sin enterarse, mueren sin darse cuenta, sin conocerlo toman las palmas, ignorándolo arrebatan las coronas. Así pues, como la virginidad, que no conoció la corrupción, dio honra a la madre, así la infancia, que ignoraba la pasión, arrebató las palmas y las coronas del martirio. Pero ¿qué diremos de que el rey mismo, que debía mantenerse firme, huyó solo, y huyó por aviso del Padre? Esa huida es de amor íntimo, no de temor cobarde. Si Cristo se hubiera quedado, la Sinagoga los tendría por hijos; la Iglesia no los tendría por mártires.

Sermo CLIV.

In D. Stephanum protomartyrem

Sicut dominum praediorum limitibus affixi tituli proloquuntur, ita nomina ipsa saepe sanctorum merita indicant, testantur insignia. Ita Abraham, quod fide credidit, nominis adjectione monstravit, quando ex Abram Abraham divinitus nuncupatur: ut dilatandus genere, nomine ante dilataretur, dicente Domino: Et non vocabitur amplius nomen tuum Abram, sed Abraham erit nomen tuum, quia patrem multarum gentium posui te. Sic conjux sancta ejus cum de sterili fit fecunda, ex Sarai vocitata est Sarah, ut et ipsa ante crescat nomine quam crescat pignore; et quia permittente Domino risum edidit si vetula conciperet exarata jam rugis, si pareret desperata jam fecunditas, si sterilitas jam penes senectutis extrema praegnans fieret, risum mox quod genuit, nuncupavit; et hoc aptavit in nomine, quod sensu passa est cum rideret: Et vocavit nomen ejus Isaac, quod interpretatur risus. Sic Jacob, qui in utero coepit ante luctari quam vivere, ante viribus superare quam membris, etiam inter viscera materna ipsa supplantatoris est vocabulum consecutus, eo quod antequam nasceretur noscitur divinitus reprobatum supplantasse germanum.

Et quia longum est ire per singula, sicut Petrus a petra nomen adeptus est, quia primus meruit Ecclesiam fidei firmitate fundare; ita Stephanus vocatus est a corona, quia primus meruit pro Christi nomine subire conflictum, primus meruit sanguine militum Christi martyrium dedicare. Petrus apostolici chori vetustum teneat principatum, aperiat intrantibus regnum coelorum, reos potestate vinciat, poenitentes clementer absolvat; Stephanus est martyrum primus, Stephanus purpuratum ducat exercitum, qui pro Domini sui adhuc calente sanguine sanguinem suum avidus bellator effundit. Et quia cruore proprio tinctam sibi ipse purpuram conquisivit, merito a rege suo consecutus est post coronam, qui jam cum nasceretur nomen sortitus est a corona: vere quem praescivit et praedestinavit, ipsum nunc martyrii primum vocavit ad gloriam.

Sermón CLIV.

Sobre san Esteban, protomártir

Así como los letreros fijados en los linderos de las fincas proclaman a su dueño, así los nombres mismos de los santos indican a menudo sus méritos y atestiguan sus distinciones. Así Abraham mostró con el añadido de su nombre lo que creyó por la fe, cuando de Abram es llamado Abraham por Dios: para que el que había de ser ensanchado en su linaje fuera antes ensanchado en su nombre, como dice el Señor: Y no se llamará ya más tu nombre Abram, sino que tu nombre será Abraham, porque te he puesto por padre de muchas naciones (Gn 17,5). Así su santa cónyuge, cuando de estéril se hace fecunda, de Saray fue llamada Sara, para que también ella creciera en el nombre antes que en la prole; y porque, permitiéndolo el Señor, soltó la risa ante la idea de que una viejecita, surcada ya de arrugas, concibiera, de que una fecundidad ya desesperada diera a luz, de que la esterilidad, en los últimos límites de la vejez, quedara encinta, a lo que dio a luz lo llamó en seguida Risa; y acomodó en el nombre lo que había experimentado en su sentir cuando reía: Y le puso por nombre Isaac (Gn 21,3), que se interpreta risa. Así Jacob, que en el seno comenzó a luchar antes que a vivir, a vencer con las fuerzas antes que con los miembros, aun dentro de las entrañas maternas obtuvo el nombre mismo de suplantador, porque se sabe que, antes de nacer, suplantó a su hermano, reprobado por Dios (Gn 25).

Y como sería largo recorrerlos uno por uno, así como Pedro recibió su nombre de la piedra, porque fue el primero que mereció fundar la Iglesia en la firmeza de la fe, así Esteban fue llamado por la corona, porque fue el primero que mereció entablar el combate por el nombre de Cristo, el primero que mereció inaugurar el martirio con la sangre de los soldados de Cristo. Tenga Pedro el antiguo principado del coro apostólico, abra el reino de los cielos a los que entran, ate con su potestad a los culpables, absuelva con clemencia a los penitentes; Esteban es el primero de los mártires, conduzca Esteban al ejército purpurado, él, que por la sangre aún caliente de su Señor derramó su propia sangre como guerrero ávido. Y porque él mismo se ganó una púrpura teñida con su propia sangre, con razón obtuvo después de su rey la corona el que ya al nacer recibió su nombre de la corona: en verdad, al que conoció de antemano y predestinó, a ese mismo lo llamó ahora el primero a la gloria del martirio.

Sermo CLV.

De kalendis Januarii, quae varia gentium superstitione polluebantur

Ubi nostram Christus pie natus est ad salutem, mox diabolus divinae bonitati numerosa genuit et perniciosa portenta, ut ridiculum de religione componeret, in sacrilegium verteret sanctitatem, de honore Dei Deo pararet injuriam. Hinc est, fratres, hinc est quod hodie gentiles deos suos foeditatibus exquisitis, excogitato dedecore, et ipsa turpitudine turpiores videndos trahunt, distrahunt, pertrahunt, quos faciunt non videndos. Quae vanitas, qualis dementia, quanta caecitas, fateri deos, et eos ludibriis infelicibus infamare! Irrisores sunt, cultores non sunt, qui deos quos venerantur illudunt; injuriis afficiunt, non honorant, qui deos a quibus se formatos existimant, sic deformant, confundunt, non glorificant, qui eos de ipsa confusione componunt.

Vere sicut ait Apostolus, Quia non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quae non conveniunt: quando eis quibus humana abrogant, dant divina, quando eos judicant dignos coelo, quando ipsos faciunt terra ipsa non dignos, vere dati sunt in reprobum sensum; et non est hoc judicii humani, est hoc sapientiae Dei, ut ipsi sint injuriarum Dei vindices, qui injuriae probantur auctores. Quae ira, quae ultio, sic in Deum de idolis exsequeretur offensam, ut eos quos vetustas aris, incenso, victimis, gemmis, auro deos esse mentita est, posteritas turpi cultu homines fuisse turpissimos judicaret, et eorum vitam, mores, actus, ipsis eorum signaret in vultibus, ac doceret tales fugiendos esse potius quam colendos!

Defleamus, fratres, et eos qui talia sunt secuti, et nos evasisse talia coelitus gaudeamus. Quorum formant adulteria in simulacris, quorum fornicationes imaginibus mandant, quorum titulant incesta picturis, quorum crudelitates commendant libris, quorum parricidia tradunt saeculis, quorum impietates personant tragoediis, quorum obscena ludunt, hos qua dementia deos crederent, nisi quia criminum desiderio, amore scelerum possidentur, deos exoptant habere criminosos? Qui peccare cupit, peccatorum colit et veneratur auctores. Hinc est quod se Veneri adulter inseruit; hinc est quod se Marti crudelis addicit.

Sermón CLV.

Sobre las calendas de enero, que eran profanadas por la diversa superstición de los gentiles

Cuando Cristo nació piadosamente para nuestra salvación, en seguida el diablo engendró contra la bondad divina numerosos y funestos portentos, para hacer de la religión una burla, convertir la santidad en sacrilegio, preparar a Dios una injuria con el honor de Dios. De ahí viene, hermanos, de ahí viene que hoy los gentiles saquen, arrastren y paseen para ser vistos a sus dioses, con fealdades rebuscadas, con deshonra inventada, más torpes que la torpeza misma, a los que hacen indignos de ser vistos. ¡Qué vanidad, qué demencia, qué ceguera, reconocer dioses y difamarlos con burlas desdichadas! Son burladores, no adoradores, los que hacen escarnio de los dioses que veneran; los injurian, no los honran, los que así deforman a los dioses por quienes creen haber sido formados; los confunden, no los glorifican, los que los componen de la confusión misma.

En verdad, como dice el Apóstol: Como no tuvieron a bien conocer a Dios, Dios los entregó a un sentido réprobo, para que hagan lo que no conviene (Rom 1,28): cuando dan lo divino a aquellos a quienes quitan lo humano, cuando los juzgan dignos del cielo a la vez que los hacen indignos de la tierra misma, verdaderamente han sido entregados a un sentido réprobo; y no es esto de juicio humano, es de la sabiduría de Dios, que sean vengadores de las injurias hechas a Dios los mismos que resultan autores de la injuria. ¡Qué ira, qué venganza podría castigar así en los ídolos la ofensa contra Dios, que la posteridad, con un culto torpe, juzgara que fueron hombres torpísimos aquellos a quienes la antigüedad, con altares, incienso, víctimas, gemas, oro, mintió que eran dioses, y que marcara su vida, sus costumbres, sus actos en sus mismos rostros, y enseñara que tales han de ser rehuidos antes que adorados!

Lloremos, hermanos, por los que han seguido tales cosas, y alegrémonos de haber escapado nosotros de ellas por don del cielo. A aquellos cuyos adulterios modelan en estatuas, cuyas fornicaciones confían a las imágenes, cuyos incestos rotulan en pinturas, cuyas crueldades encomiendan a los libros, cuyos parricidios transmiten a los siglos, cuyas impiedades resuenan en las tragedias, cuyas obscenidades representan en juego, ¿con qué demencia los creerían dioses, sino porque, poseídos por el deseo de los crímenes, por el amor de las maldades, ansían tener dioses criminales? El que desea pecar honra y venera a los autores de los pecados. De ahí que el adúltero se haya entregado a Venus; de ahí que el cruel se consagre a Marte.

Haec diximus, fratres, ut proderemus causam: quare gentiles hodie faciant deos suos talia committere, quae sustinemus, et faciant tales qui videntibus et horrori sint et pudori; faciant ut eos aliquando et ipsi qui faciunt horreant et relinquant, et Christiani glorientur a talibus se liberatos esse per Christum: si modo non eorum ex spectaculis polluantur, si eorum non inquinent thura tactu, si hujusmodi fugiant de assensione discrimen, quia factis semper est aequalis assensus, Apostolo probante, cum dicit: Non solum qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus. Et si tanta est de assensione damnatio, quis satis lugeat eos qui simulacra faciunt semetipsos? Nonne isti amiserunt imaginem Dei, similitudinem perdiderunt, Christi exuti sunt indumentum, qui se simulacrorum formis sacrilegis formaverunt?

Sed dicit aliquis, Non sunt haec sacrilegiorum studia, vota sunt haec jocorum; et hoc esse novitatis laetitiam, non vetustatis errorem; esse hoc anni principium, non gentilitatis offensam. Erras, homo, non sunt haec ludicra, sunt crimina. Quis de impietate ludit, de sacrilegio quis jocatur, piaculum quis dicit risum? Satis se decipit, qui sic sentit; tyrannus est, tyranni habitum qui praesumit. Qui se deum facit, Deo vero contradictor existit; imaginem Dei portare noluit, qui idoli voluerit portare personam; qui jocari voluerit cum diabolo, non poterit gaudere cum Christo. Nemo cum serpente securus ludit, nemo cum diabolo jocatur impune.

Si quae sunt ergo viscera pietatis in nobis, si quae est in nobis contemplatio humanitatis, si quae nos habet fraternae salutis affectio, abstrahamus eos qui sic ad perditionem currunt, rapiuntur ad mortem, trahuntur ad tartara, festini sunt in gehennam. Abstrahat ergo pater filium, servum dominus, parens parentem, civem civis, homo hominem, Christianus omnes qui se bestiis compararunt, exaequarunt jumentis, aptaverunt pecudibus, daemonibus formaverunt. Et ille qui liberat, invenit praemium; qui negligit, acquirit offensam. Beatus qui suae vitae custos est, et provisor est salutis alienae.

Esto hemos dicho, hermanos, para descubrir la causa: por qué los gentiles hacen hoy que sus dioses cometan tales cosas como las que soportamos, y los hacen tales que sean horror y vergüenza para quienes los ven; logran que alguna vez también los mismos que los hacen sientan horror de ellos y los abandonen, y que los cristianos se glorien de haber sido librados de tales cosas por Cristo: con tal que no se contaminen con sus espectáculos, que no se manchen tocando su incienso, que huyan del peligro de consentir en tales cosas, porque el consentimiento es siempre igual a los hechos, como lo prueba el Apóstol cuando dice: No solo los que las hacen, sino también los que consienten con los que las hacen (Rom 1,32). Y si tan grande es la condenación por el consentimiento, ¿quién llorará bastante a los que se hacen a sí mismos simulacros? ¿No han perdido estos la imagen de Dios, no han perdido la semejanza, no han sido despojados de la vestidura de Cristo, los que se han formado según las formas sacrílegas de los simulacros?

Pero dice alguno: «No son estas aficiones de sacrilegio, son votos de juego; y esto es alegría de lo nuevo, no error de lo viejo; esto es el comienzo del año, no ofensa de la gentilidad». Te equivocas, hombre: no son juegos, son crímenes. ¿Quién juega con la impiedad, quién bromea con el sacrilegio, quién llama risa a una atrocidad? Mucho se engaña quien así piensa; es tirano el que se atreve a tomar el vestido de tirano. El que se hace dios se convierte en contradictor del Dios verdadero; no quiso llevar la imagen de Dios el que quiso llevar la máscara de un ídolo; el que quiso bromear con el diablo no podrá gozarse con Cristo. Nadie juega seguro con la serpiente, nadie bromea con el diablo impunemente.

Si hay, pues, en nosotros entrañas de piedad, si hay en nosotros alguna consideración de humanidad, si nos mueve algún afecto por la salvación de los hermanos, apartemos a los que así corren a la perdición, son arrebatados a la muerte, son arrastrados al Tártaro, se apresuran a la gehena. Aparte, pues, el padre al hijo, el señor al siervo, el pariente al pariente, el ciudadano al ciudadano, el hombre al hombre, el cristiano a todos los que se compararon con las bestias, se igualaron a los jumentos, se acomodaron a los rebaños, se configuraron como demonios. Y el que libra halla premio; el que descuida incurre en desfavor. Bienaventurado el que es guardián de su propia vida y proveedor de la salvación ajena.

Sermo CLVI.

De Epiphania et magis

Quoties salutaribus succis contra lethales morbos antidotum temperat peritia praecauta medicorum, si praeter artem, praeter medicinam, praeter tempus, accipere praesumat aegrotus, sit periculi causa, quod provisum est ad salutem; sic Dei verbum, si praeter magisterium, praeter doctrinam, praeter dogma fidei, scire temerarius praesumat auditor, quod est vitae materia, fit perditionis occasio. Quaerendum est, fratres, ne per audiendi imperitiam, quod ad profectum nobis divinitus scriptum est, ad animarum veniat detrimentum.

Putasne Chaldaeos siderum scrutatores, errantes per astra magos, coeli negotia in tenebris noctium perquirentes, nascendi, moriendi causas, stellarum cursibus ascribentes, bona, malave hominum de arbitrio luminarium firmantes, evangelista hodie ortum Christi absconditum saeculis stella duce docuit invenisse? Absit. Sic sentit mundus, sic gentiles intelligunt, sic facit species lectionis: caeterum sermo evangelicus non humana loquitur, sed divina; non usitata, sed nova; non arte fallentia, sed veritate subnixa; non oculis alludentia, sed cordibus infixa; non conjecturis nutantia, sed auctoritate firmata; a Deo venientia, non a fato; non collecta numeris, sed virtutibus acquisita.

Cum natus esset Jesus, inquit, in Bethlehem Judae, in diebus Herodis regis, ecce magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Ubi est qui natus est Rex Judaeorum? Vidimus stellam ejus in Oriente, et venimus adorare eum. Cum nascitur Jesus, oritur origo rerum, generatur largitor generis, nascitur auctor naturae, ut repararet naturam, genus redderet, originem recrearet. Adam primus homo, pater generis, origo generationis, naturae bonum, libertatem generis et germinis vitam sic perdidit, dum deliquit, ut malum naturae, servitutem generis, germinis mortem successio lamentanda portaret.

Sermón CLVI.

Sobre la Epifanía y los Magos

Siempre que la cauta pericia de los médicos templa un antídoto de jugos saludables contra las enfermedades mortales, si el enfermo se atreve a tomarlo fuera del arte, fuera de la prescripción, fuera de tiempo, lo que se previó para la salud se vuelve causa de peligro; así la palabra de Dios, si un oyente temerario se atreve a conocerla fuera del magisterio, fuera de la doctrina, fuera del dogma de la fe, lo que es materia de vida se vuelve ocasión de perdición. Hay que procurar, hermanos, que por impericia en el oír no se convierta en daño de las almas lo que se nos escribió divinamente para nuestro provecho.

¿Piensas que el evangelista enseña hoy que unos caldeos, escrutadores de los astros, Magos errantes por las constelaciones, que investigan los asuntos del cielo en las tinieblas de las noches, que atribuyen al curso de las estrellas las causas del nacer y del morir, que establecen los bienes o los males de los hombres por el arbitrio de los luminares, encontraron, guiados por una estrella, el nacimiento de Cristo escondido a los siglos? De ningún modo. Así lo piensa el mundo, así lo entienden los gentiles, así lo hace parecer la apariencia de la lectura: pero la palabra evangélica no dice cosas humanas, sino divinas; no usuales, sino nuevas; no engañosas por arte, sino apoyadas en la verdad; no que juegan con los ojos, sino que se clavan en los corazones; no vacilantes en conjeturas, sino afirmadas por la autoridad; venidas de Dios, no del hado; no reunidas con números, sino adquiridas con prodigios.

Habiendo nacido Jesús, dice, en Belén de Judá, en los días del rey Herodes, he aquí que unos Magos vinieron de Oriente a Jerusalén, diciendo: ¿Dónde está el que ha nacido Rey de los judíos? Hemos visto su estrella en Oriente, y hemos venido a adorarlo (Mt 2,1-2). Cuando nace Jesús, surge el origen de las cosas, es engendrado el dador del linaje, nace el autor de la naturaleza, para restaurar la naturaleza, devolver el linaje, recrear el origen. Adán, el primer hombre, padre del linaje, origen de la generación, perdió de tal modo el bien de la naturaleza, la libertad del linaje y la vida de la descendencia cuando delinquió, que una sucesión digna de lamentarse llevó el mal de la naturaleza, la servidumbre del linaje, la muerte de la descendencia.

Hinc est quod Christus nascendo naturam reddidit, sustulit moriendo mortem, vitam revocat dum resurgit: et qui homini animam dederat de coelo, inde hominem fecit et carne constare, ne terrena labes coelestem sensum rursum carnis demergat in lapsum, dicente Apostolo: Primus homo de terra, terrenus; secundus homo de coelo, coelestis: qualis terrenus, tales et terreni; et qualis coelestis, tales et coelestes. Et Joannes evangelista: Omnis, qui ex Deo natus est, non peccat, sed generatio Dei servat illum. Hinc est ergo quod nascitur Christus, ut jacentes in terreno germine coelestem tolleret ad naturam.

Cum natus esset Jesus in Bethlehem Judae. Bethlehem, fratres, Hebraice domus panis vocatur. His ergo vocabulis Judae signatur domus, genus vocatur, ut promissionis fides, ut prophetiae veritas impleatur, dicente Jacob: Juda, te laudabunt fratres tui, manus tuae supra dorsum inimicorum tuorum, adorabunt te filii patris tui. Et post: Non deficiet princeps ex Juda, nec dux ex femoribus ejus, donec veniat cui reposita sunt, et ipse erit exspectatio gentium. Unde et David, Juda rex meus.

Cum natus esset Jesus in Bethlehem Judae in diebus Herodis regis. Quid est, quod tempore regis nefandi Deus descendit ad terras? miscetur divinitas carni? fit terreno corpori coeleste commercium? Quid est? et quando non verus rex expulsurus tyrannum, vindicaturus patriam, instauraturus orbem, libertatem redditurus adventat? Herodes refuga gentis Judaicae invasit regnum, libertatem sustulit, profanavit sancta, confudit ordinem; quidquid disciplinae, quidquid cultus est, abolevit; merito ergo genti sanctae, quia humana desunt, divina succurrunt, et adest Deus ipsi, cui homo non erat qui adesset. Sic iterum Christus veniet, ut Antichristum subruat, liberetur orbis, paradisi patria reddatur, mundi perpetuetur libertas, saeculi servitus tota tollatur.

Ecce magi ab Oriente venerunt. Ab Oriente ad Orientem veniunt magi, ut susciperet venientes ipse qui jusserat ut venirent: quando enim Deum magus, nisi Deo jubente perquireret? quando regem coeli nisi revelante Deo astrologus invenisset? quando unum Deum sine Deo Chaldaeus adoraret in terra, qui in coelo diis totidem quot sideribus serviebat? Plus coeleste de magis quam de stella signum est, quod Judaeae regem, quod legis auctorem magus scit, nescit Judaeus; Chaldaea defert, non defert Judaea; Hierosolyma aversatur et refugit; Syria sequitur et adorat.

De ahí que Cristo, naciendo, devolvió la naturaleza, muriendo quitó la muerte, al resucitar hace volver la vida: y el que había dado al hombre el alma desde el cielo, desde allí hizo que el hombre constara también de carne, para que la mancha terrena no hundiera de nuevo el sentido celestial en la caída de la carne, como dice el Apóstol: El primer hombre, de la tierra, terreno; el segundo hombre, del cielo, celestial: cual el terreno, tales también los terrenos; y cual el celestial, tales también los celestiales (1 Cor 15,47-48). Y Juan evangelista: Todo el que ha nacido de Dios no peca, sino que la generación de Dios lo guarda (1 Jn 5,18). De ahí, pues, que nazca Cristo, para levantar a la naturaleza celestial a los que yacían en una descendencia terrena.

Habiendo nacido Jesús en Belén de Judá. Belén, hermanos, en hebreo se llama casa del pan. Con estas palabras, pues, se señala la casa de Judá, se nombra el linaje, para que se cumpla la fidelidad de la promesa, la verdad de la profecía, como dice Jacob: Judá, te alabarán tus hermanos, tus manos sobre la espalda de tus enemigos, te adorarán los hijos de tu padre (Gn 49,8). Y después: No faltará príncipe de Judá, ni caudillo de sus muslos, hasta que venga aquel para quien estas cosas están reservadas, y él será la expectación de las naciones (Gn 49,10). De donde también David: Judá, mi rey (Sal 60,9).

Habiendo nacido Jesús en Belén de Judá en los días del rey Herodes. ¿Qué significa que en tiempo de un rey nefando Dios descienda a la tierra? ¿que la divinidad se mezcle con la carne? ¿que se haga con un cuerpo terreno un comercio celestial? ¿Qué significa? ¿Y cuándo no llega el rey verdadero a expulsar al tirano, a liberar la patria, a restaurar el orbe, a devolver la libertad? Herodes, renegado de la nación judía, invadió el reino, suprimió la libertad, profanó las cosas santas, confundió el orden; abolió cuanto hay de disciplina, cuanto hay de culto; con razón, pues, a la nación santa, porque le falta lo humano, la socorre lo divino, y Dios mismo la asiste, ella que no tenía un hombre que la asistiera. Así vendrá Cristo de nuevo, para derribar al Anticristo, para que el orbe sea liberado, la patria del paraíso sea devuelta, la libertad del mundo se haga perpetua, toda la servidumbre del siglo sea quitada.

He aquí que unos Magos vinieron de Oriente. De Oriente a Oriente vienen los Magos, para que los recibiera al llegar el mismo que había mandado que vinieran: pues ¿cuándo buscaría un mago a Dios, si Dios no se lo mandara? ¿cuándo habría encontrado un astrólogo al rey del cielo, si Dios no se lo revelara? ¿cuándo adoraría en la tierra a un solo Dios sin Dios un caldeo que en el cielo servía a tantos dioses como astros? Mayor señal celestial es la que dan los Magos que la que da la estrella: que el mago conoce al rey de Judea, al autor de la Ley, y el judío no lo conoce; Caldea lo anuncia, Judea no lo anuncia; Jerusalén lo rechaza y huye; Siria lo sigue y lo adora.

Ecce magi ab Oriente venerunt, dicentes: Ubi est qui natus est rex Judaeorum? Vidimus stellam ejus. Et quid tamen est quod videtur? Vere sicut dixit Apostolus: Cum esset dives, pauper factus est; cum esset in deitate sua dives, nostra fit pauper in carne; et habere coepit stellam unam, totam qui fecit, habet et continet creaturam. Vidimus stellam ejus. Aliquando videt magus illum qui habet stellam, non habetur a stella; nec ipse agitur cursu stellae, sed ipse stellae agit cursum, cujus per coelum sic cursum dirigit, sic moderatur incessum, sic viam temperat, ut magorum serviat et mittatur ad gressum. Nam ambulante mago, stella ambulat: sedente mago, stat stella; mago dormiente, excubat stella: sic sentit magus, ut quibus viandi par conditio est, par sit necessitas serviendi; et stellam jam non Deum credit, sed judicat esse conservam, quam cernit taliter suis obsequiis mancipatam.

Ubi est qui natus est rex Judaeorum? Vidimus stellam ejus in oriente, et venimus adorare eum. Dicendo, ubi est qui natus est rex Judaeorum, non interrogant, sed insultant: quando scientes interrogant nescientes, non ipsi ignorant, sed negligentes arguunt, increpant desides, malos produnt, contumaces verberant, servos Domino non occurrisse accusant. Nam quid ab hominibus quaerunt, qui per Deum noverant quod quaerebant? Ut quid illis ad hoc humanae demonstrationis officium, quibus ad hoc coeli sidera serviebant? Quo illis lucerna templi, quibus coeli sidus mirabile perlucebat?

Ubi est qui natus est rex Judaeorum? Hoc est dicere: Cur rex Judaeorum in praesepe jacet, et non decumbit in templo? Cur non fulget in purpura, sed squalet in pannis? Cur latet in specu, et manifestus in sanctuario non habetur? Receperunt jumenta in praesepi, quem in domo sua recipere vos sprevistis. Agnovit, sicut scriptum est, bos possessorem suum, et asinus praesepe domini sui; tu autem, Israel, tuum Dominum non quaesisti.

Vidimus stellam ejus. Apparuit stella non volens, sed jussa; non coeli nutu, sed Divinitatis impulsu; non lege siderum, sed novitate signorum; non coeli climate, sed virtute nascentis; non ab arte, sed a Deo; non astrologi scientia, sed praescientia Conditoris; non arithmetica ratione, sed sanctione divina; superna procuratione, non curiositate Chaldaea; non arte magica, sed Judaica prophetia.

He aquí que unos Magos vinieron de Oriente, diciendo: ¿Dónde está el que ha nacido rey de los judíos? Hemos visto su estrella. Y sin embargo, ¿qué es lo que se ve? En verdad, como dijo el Apóstol: Siendo rico, se hizo pobre (2 Cor 8,9); siendo rico en su deidad, se hace pobre en nuestra carne; y comenzó a tener una sola estrella el que hizo, tiene y contiene toda la creación. Hemos visto su estrella. Por fin ve el mago a aquel que tiene la estrella, que no es tenido por la estrella; ni es él llevado por el curso de la estrella, sino que él mismo lleva el curso de la estrella, cuyo curso dirige así por el cielo, así modera su marcha, así templa su camino, que sirve al paso de los Magos y es enviada a su andar. Pues cuando el mago camina, la estrella camina; cuando el mago se sienta, la estrella se detiene; cuando el mago duerme, la estrella vela: así comprende el mago que, para quienes es igual la condición de caminar, es igual la necesidad de servir; y ya no cree que la estrella sea Dios, sino que juzga que es consierva suya, al verla de tal modo sujeta a sus servicios.

¿Dónde está el que ha nacido rey de los judíos? Hemos visto su estrella en oriente, y hemos venido a adorarlo. Al decir: ¿Dónde está el que ha nacido rey de los judíos?, no preguntan, sino que insultan: cuando los que saben preguntan a los que no saben, no son ellos los que ignoran, sino que acusan a los negligentes, increpan a los perezosos, delatan a los malos, azotan a los contumaces, acusan a los siervos de no haber salido al encuentro de su Señor. Pues ¿qué buscan de los hombres los que por Dios conocían lo que buscaban? ¿Para qué necesitaban para esto el oficio de una indicación humana, ellos a quienes para esto servían los astros del cielo? ¿De qué les servía la lámpara del templo a ellos, para quienes brillaba el admirable astro del cielo?

¿Dónde está el que ha nacido rey de los judíos? Es decir: ¿por qué el rey de los judíos yace en un pesebre, y no se recuesta en el templo? ¿Por qué no brilla en la púrpura, sino que yace desaliñado entre pañales? ¿Por qué se oculta en una cueva, y no se le tiene manifiesto en el santuario? Los jumentos recibieron en el pesebre a aquel a quien vosotros desdeñasteis recibir en su propia casa. Reconoció, como está escrito, el buey a su dueño, y el asno el pesebre de su señor (Is 1,3); pero tú, Israel, no has buscado a tu Señor.

Hemos visto su estrella. Apareció la estrella no porque quiso, sino mandada; no por señal del cielo, sino por impulso de la Divinidad; no por ley de los astros, sino por novedad de señales; no por el clima del cielo, sino por el poder del que nacía; no por arte, sino por Dios; no por la ciencia del astrólogo, sino por la presciencia del Hacedor; no por cálculo aritmético, sino por sanción divina; por providencia de lo alto, no por curiosidad caldea; no por arte mágica, sino por profecía judía.

Sic ubi vidit magus humanas periisse curas, suas defecisse artes, mundanae sapientiae exinanitos labores, omnium sudores obriguisse sectarum, totius philosophiae thesauros esse vacuatos, fugisse paganam noctem, opinionum nebulas concidisse, ipsas daemonum delituisse umbras, stellam non ut cometam incirconfuso crine occultare quod nuntiat, obscurare quod lucet, sic dicit: Fas est, ut te novo radio, signifero lumine, splendore certo radiare videam in Judaeam, atque illic natum regem, praeter mundi legem, praeter carnis ordinem, praeter humanam monstrare naturam. Sic deposito errore, sequitur, currit, pervenit, invenit, gaudet, procidit, adorat; quia non per stellam, non per artem, sed per Deum, Deum se invenisse humana miratur in carne. Ergo, fratres, lectione praesenti non est firmatus error magicus, sed solutus. Sed sufficiant ista hodie, ut per Deum quae sunt in sequentibus clare elucescant.

Así, cuando vio el mago que habían perecido los cuidados humanos, que habían fallado sus artes, que se habían vaciado los trabajos de la sabiduría mundana, que se habían entumecido los sudores de todas las escuelas, que se habían agotado los tesoros de toda la filosofía, que había huido la noche pagana, que habían caído las nieblas de las opiniones, que se habían escondido las sombras mismas de los demonios, que la estrella no ocultaba, como un cometa, con su cabellera esparcida lo que anuncia, ni oscurecía lo que alumbra, habla así: «Justo es que te vea, con un rayo nuevo, con una luz que hace de señal, con un resplandor cierto, brillar sobre Judea, y mostrar allí a un rey nacido fuera de la ley del mundo, fuera del orden de la carne, fuera de la naturaleza humana». Así, depuesto el error, sigue, corre, llega, encuentra, se alegra, se postra, adora; porque no por la estrella, no por el arte, sino por Dios, se admira de haber encontrado a Dios en carne humana. Así pues, hermanos, con la lectura presente no se ha confirmado el error mágico, sino que se ha deshecho. Pero baste esto por hoy, para que, por Dios, lo que sigue brille con claridad.

Sermo CLVII.

De eisdem

Dominicae festivitates causas suas suis vocabulis eloquuntur: nam sicut nascendo Christus diem dedit natalem, et resurgendo resurrectionis diem dedit; sic lumine signorum diem suae illuminationis ostendit. Qui enim nascendo ante humano corpore se velavit, postea operando ipse se coelesti revelavit arcano: post Deus ipse apparuit trino modo, qui homo in partu patuit singularis. Merito ergo solemnitas praesens Epiphaniae vocabulo nuncupatur, in qua illuxit deitas, quae nostra nobis obscurabatur in carne.

Ista est, fratres, ista est festivitas quae, concepta tempore diverso, peperit tria deitatis insignia. Per Epiphaniam magi Christum Dominum muneribus mysticis confitentur, et cultores siderum, noctis incolae, auctorem lucis densis inveniunt in tenebris: ut sit hoc auctoris gratia, non sit hoc industria sic quaerentis; non sit stellae, sed Dei; sit Creatoris donum, non sit beneficium creaturae; non sit humanae artis, muneris sit divini.

Ecce magi, inquit, ab Oriente venerunt, dicentes: Ubi est qui natus est rex Judaeorum? Vidimus enim stellam ejus in Oriente, et venimus adorare eum. Vidimus stellam ejus. Et quid non ejus? Stella ejus est, non ille stellae. Stellam ejus. Quae accepit esse, sed non dedit; stellam, cujus ortum tenebat auctor, non quae ortum tenebat auctoris. Stellam ejus. Venientem, non a genesi, sed a genitore; mandato, non fato; non a computatore, sed ab auctore; non quae daret ortum, sed quae sustineret occasum. Stellam non legiferam, sed signiferam; ferentem non dierum ordinem, sed noctium lumen. Stella haec ministra viae, non vitae; comes magorum, non cognata Christi; non Dominantis domina, sed ancillula servorum.

Sermón CLVII.

Sobre lo mismo

Las fiestas del Señor expresan sus causas con sus nombres: pues así como Cristo, naciendo, dio el día natalicio, y resucitando dio el día de la resurrección, así con la luz de las señales mostró el día de su iluminación. Pues el que naciendo se veló primero con un cuerpo humano, después, obrando, se reveló él mismo por un arcano celestial: después Dios mismo apareció de modo trino, el que en el parto se mostró hombre singular. Con razón, pues, la presente solemnidad se denomina con el nombre de Epifanía, en la que resplandeció la deidad, que para nosotros quedaba oscurecida en nuestra carne.

Esta es, hermanos, esta es la fiesta que, concebida en tiempos diversos, dio a luz tres insignias de la deidad. En la Epifanía los Magos confiesan a Cristo Señor con dones místicos, y los adoradores de los astros, moradores de la noche, encuentran al autor de la luz en densas tinieblas: para que esto sea gracia del autor, no sea industria del que así busca; no sea de la estrella, sino de Dios; sea don del Creador, no sea beneficio de la criatura; no sea de arte humana, sea don divino.

He aquí que unos Magos, dice, vinieron de Oriente, diciendo: ¿Dónde está el que ha nacido rey de los judíos? Porque hemos visto su estrella en Oriente, y hemos venido a adorarlo (Mt 2,1-2). Hemos visto su estrella. ¿Y qué no es suyo? La estrella es suya, no él de la estrella. Su estrella. La que recibió el ser, pero no lo dio; una estrella cuyo orto tenía en su mano el autor, no una que tuviera en su mano el orto del autor. Su estrella. Que venía no de un horóscopo, sino del Progenitor; por mandato, no por hado; no de un calculador, sino del autor; no para dar un orto, sino para sufrir un ocaso. Estrella no legisladora, sino portadora de señal; que no trae el orden de los días, sino la luz de las noches. Esta estrella es ministra del camino, no de la vida; compañera de los Magos, no pariente de Cristo; no señora del que domina, sino esclavita de los siervos.

Sed dicit aliquis: Quare magi? Quare per stellam? si cum stellis, cum origine nulla causa est, nulla ratio cum natura? Quare magi? Quare stella? Ut per Christum ipsa materia erroris sic fieret salutis occasio: quemadmodum per Christum mortis causa, causa facta est vitae. Hostem proprio mucrone turbare singulare est insigne virtutis. Apud magos in culpa erat ignorantia, non voluntas; et erat in crimine non studium, sed error. Quaerere Deum, et nescire quaerere, necessitas magis est quam reatus. Fuit ergo pium, ut et Deus invenire se a quaerentibus daret et culpam deputaret errori. Denique Paulus judicio tali de persecutore factus est praedicator, quia per zelum legis impugnabat legem, et in Deum Dei amore peccabat. Hinc est quod fides currit ad Paulum, perfidia ad ignorantiam recurrit.

Sed adhuc dicit auditor: Esto quod stella, non nutu proprio, sed Dei jussu ostenderet viam quaerentibus magis: unde tanta munerum scientia mysticorum, unde donorum sacramenta tanta? Non Chaldaea arte, sed de prisca sanctorum traditione majorum: erant isti de genere Noe, de filiis Abrahae, qui Christum nasci per Deum didicerant, non per artem; eumque hominem, Deum, regem, moriturum alto cognoverant sacramento. Hinc est quod apta patrum fidei munera portaverunt, ut aurum regi, incensum Deo, morituro myrrham scienter offerrent, talique munere et pietati satisfacerent et honori. Sed de magis ista sufficiant.

Per Epiphaniam Christus in nuptiis aquas saporavit in vinum, ut Christum nuptiis interfuisse virtutis fuerit, non voluptatis; non fuerit humanitatis, sed potestatis; signi fuerit causa, non ventris; ebrietatis non fuerit apparatus, fuerit deitatis ostensio. Denique ubi aqua mutavit naturam, mox patefecit auctorem, et elementorum creator mutatione revelatus est creaturae. Felices nuptiae, felices illae quibus Christus est praesens, quae non luxu, sed virtutibus consecrantur. Quid ibi non transivit in gratiam, ubi aqua transivit in vinum?

Per Epiphaniam Christus Jordanis alveum baptisma nostrum consecratus intravit, ut quos nascendo in terra susceperat, hos renascendo relevaret in coelum; in se haberet liberos, quos praeter se viderat esse captivos; faceret vitales ipse, quos culpa fecerat esse mortales; perpetuos redderet, quos mors dederat temporales; et quos diabolus exsules fecerat terrenorum, hos ipse in coelestibus sibi faceret esse consortes.

Pero dice alguno: «¿Por qué unos Magos? ¿Por qué por medio de una estrella, si con las estrellas, con el origen, no hay causa alguna, ninguna razón con la naturaleza?» ¿Por qué unos Magos? ¿Por qué una estrella? Para que por Cristo la materia misma del error se convirtiera así en ocasión de salvación: como por Cristo la causa de la muerte se ha hecho causa de la vida. Desbaratar al enemigo con su propia espada es insignia singular de valor. En los Magos la culpa estaba en la ignorancia, no en la voluntad; y en el crimen no había empeño, sino error. Buscar a Dios y no saber buscarlo es más necesidad que culpabilidad. Fue, pues, obra de piedad que Dios se dejara encontrar por los que lo buscaban y atribuyera la culpa al error. En efecto, Pablo, por un juicio semejante, de perseguidor fue hecho predicador, porque por celo de la Ley combatía la Ley, y pecaba contra Dios por amor de Dios. De ahí que la fe corra hacia Pablo, la incredulidad corra de vuelta a la ignorancia.

Pero todavía dice el oyente: «Concedido que la estrella, no por su propio impulso, sino por mandato de Dios, mostrara el camino a los Magos que buscaban: ¿de dónde tan gran conocimiento de los dones místicos, de dónde tan grandes misterios de los presentes?» No por arte caldea, sino por la antigua tradición de los santos antepasados: estos eran del linaje de Noé, de los hijos de Abraham, que habían aprendido por Dios, no por arte, que Cristo había de nacer; y por un alto misterio habían conocido que era hombre, Dios, rey, y destinado a morir. De ahí que trajeran dones adecuados a la fe de los padres, para ofrecer a sabiendas oro al rey, incienso a Dios, mirra al que había de morir, y con tal don satisfacer a la piedad y al honor. Pero baste esto sobre los Magos.

En la Epifanía Cristo, en unas bodas, dio a las aguas sabor de vino (Jn 2,1-11), para que el haber asistido Cristo a unas bodas fuera cosa de poder, no de placer; no fuera de humanidad, sino de potestad; fuera por causa de una señal, no del vientre; no fuera preparativo de embriaguez, fuera manifestación de la deidad. En efecto, cuando el agua cambió de naturaleza, en seguida descubrió a su autor, y el Creador de los elementos se reveló a la criatura por su cambio. Felices las bodas, felices aquellas en las que Cristo está presente, que se consagran no con el lujo, sino con prodigios. ¿Qué no se convirtió allí en gracia, donde el agua se convirtió en vino?

En la Epifanía Cristo, consagrando nuestro bautismo, entró en el cauce del Jordán (Mt 3,13-17), para que a quienes naciendo había asumido en la tierra, renaciendo los levantara al cielo; tuviera libres en sí a los que había visto cautivos fuera de sí; hiciera él mismo vivos a los que la culpa había hecho mortales; volviera perpetuos a los que la muerte había hecho temporales; y a los que el diablo había hecho desterrados de lo terreno, los hiciera él mismo consortes suyos en lo celestial.

Hinc est, fratres, quod Spiritus sanctus tunc toto se fudit illapsu, quando Pater de coelestibus clamat: Hic est Filius meus dilectus; ut quibus in creandis nobis operatio fuerat una cum Filio, una fieret de nostra reparatione dignatio; sicque Christus diverso tempore uno eodemque die magorum munere, aquae mutatione, atque Patris voce Deus trino testimonio nosceretur, fieretque de trina ostensione Christi Epiphaniae una et sacrata solemnitas.

De ahí, hermanos, que el Espíritu Santo se derramara entonces con un descenso pleno, cuando el Padre clama desde el cielo: Este es mi Hijo amado (Mt 3,17); para que aquellos cuya obra al crearnos había sido una con el Hijo tuvieran una sola dignación en nuestra restauración; y así Cristo, en tiempos diversos, en un mismo y único día, por el don de los Magos, por el cambio del agua y por la voz del Padre, se conociera que era Dios por un testimonio trino, y de la trina manifestación de Cristo se hiciera una sola y sagrada solemnidad de la Epifanía.

Sermo CLVIII.

De eisdem

Saepe quaerimus quare sic mundum Christus intrat, ut ventris experiatur angustias, partus patiatur injuriam, sustineat vincla pannorum, cunabula toleret imbecilla, lacrymis uberum nutrimenta disquirat, aetatum gradus, necessitatesque persentiat. Et qualiter venire debuit, qui voluit apportare gratiam, timorem pellere, quaerere charitatem? Natura docet omnes quid valeat, quid meretur infantia. Infantia, quam barbariem non vincit, quam non feritatem mitigat, quam crudelitatem non comprimit, quem non compescit furorem, quam non potestatem deponit, quem non mollit rigorem, quam duritiam non resolvit, quid non amoris expostulat, quid non affectionis extorquet, quam non imponit gratiam, quam non impetrat charitatem? Hoc ita esse sciunt patres, matres sentiunt, probant omnes, viscera humana testantur. Sic ergo nasci voluit, qui amari voluit, non timeri: et tamen apud malitiam humanam sic blanda, sic pia, sic chara, audite quid proficit infantia.

Audiens, inquit, Herodes rex, turbatus est, et omnis Hierosolyma cum ipso, et congregans omnes principes sacerdotum, et scribas populi, sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. Si Hierosolyma, si rex, si scribae, si principes sacerdotum ad Christi sic turbantur infantiam, quid isti facerent, Christus perfectum mox in hominem si venisset, si fultus divitiis, et multitudine, si cum suspectis, si cum extraneis? Qui nil dant tempori, nil aetati, nil pauperi, nil parenti; sed ut audiunt natum, parant nascenti mortem, innocenti dolos, scelus pio, nudo gladios, soli milites, vagienti necem, poenam parenti: et ut vis misceatur sanguini, crudelitas acerba cunabulis bella indicit, ubera telis urget, clypeos illidit gremiis, quatenus humanam divinamque sobolem ante sepulcrum faciat intrare quam mundum.

Esto quod Herodes rex amore regni, successoris timore, coactus sit talia moliri; quare Hierosolyma, quare principes, quare scribae? Quia nasci non vult profanus Deum, servus dominum, judicem reus, rebellis principem, perfidus cognitorem. Hierosolyma varia se contaminatione perfuderat, sacerdotes profanaverant sancta, et peccata vendentes, in quaestum veniam pietatemque converterant. Scribae doctrinam coelestem, scientiam salutarem, vitale magisterium, in saevum sensum, in perfidiae lapsum, in lethale vaniloquium commutarant.

Sermón CLVIII.

Sobre lo mismo

A menudo nos preguntamos por qué Cristo entra así en el mundo, de modo que experimenta las estrecheces del seno, padece la injuria del parto, soporta las ataduras de los pañales, tolera una cuna débil, busca con lágrimas el alimento de los pechos, siente los grados de las edades y sus necesidades. ¿Y cómo debía venir el que quiso traer la gracia, expulsar el temor, buscar la caridad? La naturaleza enseña a todos qué puede, qué merece la infancia. La infancia, ¿qué barbarie no vence, qué fiereza no amansa, qué crueldad no reprime, qué furor no contiene, qué potestad no depone, qué rigor no ablanda, qué dureza no disuelve, qué amor no reclama, qué afecto no arranca, qué favor no impone, qué caridad no obtiene? Que esto es así lo saben los padres, lo sienten las madres, lo comprueban todos, lo atestiguan las entrañas humanas. Así, pues, quiso nacer el que quiso ser amado, no temido: y sin embargo, oíd qué consigue ante la malicia humana la infancia, tan dulce, tan tierna, tan querida.

Al oírlo, dice, el rey Herodes se turbó, y toda Jerusalén con él; y reuniendo a todos los príncipes de los sacerdotes y a los escribas del pueblo, les preguntaba dónde había de nacer el Cristo (Mt 2,3-4). Si Jerusalén, si el rey, si los escribas, si los príncipes de los sacerdotes se turban así ante la infancia de Cristo, ¿qué habrían hecho estos si Cristo hubiera venido en seguida como hombre perfecto, si apoyado en riquezas y en multitud, si con gente sospechosa, si con extranjeros? Ellos, que nada conceden al tiempo, nada a la edad, nada al pobre, nada al padre; sino que en cuanto oyen que ha nacido, preparan al que nace la muerte, al inocente engaños, maldad al piadoso, espadas al desnudo, soldados al que está solo, matanza al que llora, castigo al padre: y para que la violencia se mezcle con la sangre, la acerba crueldad declara la guerra a las cunas, acosa los pechos con dardos, estrella los escudos contra los regazos, para hacer entrar en el sepulcro antes que en el mundo a una prole humana y divina.

Concedido que el rey Herodes, por amor del reino, por temor a un sucesor, se viera forzado a maquinar tales cosas: ¿por qué Jerusalén, por qué los príncipes, por qué los escribas? Porque el profano no quiere que nazca Dios, el siervo su señor, el reo su juez, el rebelde su príncipe, el incrédulo su juez instructor. Jerusalén se había empapado de diversa contaminación, los sacerdotes habían profanado las cosas santas y, vendiendo los pecados, habían convertido en lucro el perdón y la piedad. Los escribas habían cambiado la doctrina celestial, la ciencia saludable, el magisterio vital, en un sentido cruel, en la caída de la incredulidad, en una palabrería mortal.

Hinc est quod Christum nolunt nasci, vivere timent, quia noverant se mox ignominiae dandos, trahendos opprobriis, ejiciendos templo, privandos sacerdotio, oblationum munere vacuandos. Semel enim cupiditate flammati, capti pompa, vitiis sauciati, vanitate ebrii, madefacti luxu, quia de correctione nil cogitare poterant, de venia nil sperabant.

Bonus villicus quando copiosum fructum continuo labore conquirit, venire dominum suum ad lucrum suum cupit, suum concupiscit ad gaudium: diligens operarius quando opus suscepti laboris impleverit, ut mercedem percipiat, patremfamilias desiderat advenire: devotus miles post conflictum, post victoriam, praesentiam regis optat, ut praemiis sudores et vulnera remuneratione compenset; sic ad palmam suam cupit venire Christum, qui bella mundi indefessa virtute prosternit; sic Christum venire non vult, qui superatus illecebris saeculi de poena trepidat, de venia nil praesumit. Fratres, faciamus bona, declinemus a malis: fugiamus vitia, virtutes sequamur, dissimulemus praesentia, futura cogitemus, nostrum petamus ad regnum, nostram veniamus ad palmam, optemus ad gloriam, tendamus votis omnibus ad coronam.

Sed ad illa sermo quae sunt in sequentibus jam recurrat. Tunc Herodes, inquit, clam vocatis magis, diligenter didicit ab eis tempus stellae quae apparuit eis, et mittens in Bethlehem, dixit: Ite et interrogate diligenter de puero, et cum inveneritis, renuntiate mihi, ut et ego veniens adorem eum. Occulte vocat magos, quia palam nil audet simulata mens, conscientia dolosa. Occulte vocat magos, quia fur amat noctem, latro in occulto tendit insidias. Diligenter inquirit tempus stellae: sed cum timet regnum, signum coeli non timet, temporis non pertimescit auctorem. Quid turbaris, Herodes? Quid es tantum de successore sollicitus? Cui sidera militant, terreno imperio non tenetur.

Ite, et interrogate diligenter de puero, et cum inveneritis, renuntiate mihi. Herodes, erras: magus adorare jussus est, non deferre; testari venit ille, non prodere; videre illi datum est, tibi non datum est invenire. Ite, et interrogate. Quasi magos semel interrogare non sufficit. Interrogantibus pie datum est sine pietate responsum, salutis nuntius male audientibus conversus est in ruinam. Contumax servus audit natum Dominum, sed Domino nascenti parat laqueos, non honorem; mortem praeparat, ut careat servitute. Sed quia nec finiri Deus, nec perire salus, nec vita poterat interire, permanet in honore Dominus, servus remansit in crimine; et ad poenam trahitur qui ad obsequium venire contempsit; capitur ad sententiam, qui ad gratiam noluit pervenire.

De ahí que no quieran que Cristo nazca, teman que viva, porque sabían que pronto serían entregados a la ignominia, arrastrados a los oprobios, echados del templo, privados del sacerdocio, despojados del provecho de las ofrendas. Pues, una vez inflamados por la codicia, cautivos de la pompa, heridos por los vicios, ebrios de vanidad, empapados de lujo, como nada podían pensar de enmienda, nada esperaban de perdón.

El buen administrador, cuando con trabajo continuo obtiene abundante fruto, desea que su señor venga a su ganancia, ansía que venga a su gozo: el operario diligente, cuando ha cumplido la obra del trabajo emprendido, desea que llegue el padre de familia, para recibir su salario: el soldado devoto, después del combate, después de la victoria, anhela la presencia del rey, para ver compensados con premios sus sudores y sus heridas; así desea que Cristo venga a su palma el que derriba las guerras del mundo con valor infatigable; así no quiere que Cristo venga el que, vencido por los atractivos del siglo, tiembla ante el castigo, nada presume del perdón. Hermanos, hagamos el bien, apartémonos del mal: huyamos de los vicios, sigamos las virtudes, desentendámonos de lo presente, pensemos en lo futuro, encaminémonos a nuestro reino, lleguemos a nuestra palma, aspiremos a la gloria, tendamos con todos nuestros deseos a la corona.

Pero vuelva ya el sermón a lo que sigue. Entonces Herodes, dice, llamando en secreto a los Magos, averiguó con diligencia por ellos el tiempo de la estrella que se les había aparecido, y enviándolos a Belén, dijo: Id e informaos con diligencia acerca del niño, y cuando lo hayáis encontrado, avisadme, para que también yo vaya a adorarlo (Mt 2,7-8). Llama a los Magos ocultamente, porque nada se atreve a hacer a las claras una mente fingida, una conciencia engañosa. Llama a los Magos ocultamente, porque el ladrón ama la noche, el salteador tiende sus emboscadas a escondidas. Averigua con diligencia el tiempo de la estrella: pero mientras teme por su reino, no teme la señal del cielo, no se espanta ante el autor del tiempo. ¿Por qué te turbas, Herodes? ¿Por qué andas tan inquieto por un sucesor? Aquel para quien militan los astros no se deja retener por un imperio terreno.

Id e informaos con diligencia acerca del niño, y cuando lo hayáis encontrado, avisadme. Herodes, te equivocas: al mago se le mandó adorar, no delatar; vino a dar testimonio, no a traicionar; a él se le concedió ver, a ti no se te concedió encontrar. Id e informaos. Como si no bastara con haber preguntado una vez a los Magos. A los que preguntaban piadosamente se dio una respuesta sin piedad; el mensajero de la salvación se convirtió en ruina para los que oían mal. El siervo contumaz oye que ha nacido el Señor, pero al Señor que nace le prepara lazos, no honra; le prepara la muerte, para verse libre de la servidumbre. Pero como ni Dios podía acabarse, ni perecer la salvación, ni morir la vida, el Señor permanece en el honor, el siervo se quedó en el crimen; y es arrastrado al castigo el que desdeñó venir al homenaje; es apresado para la sentencia el que no quiso llegar a la gracia.

Ite, et interrogate diligenter de puero, et cum inveneritis, renuntiate mihi. Convenienter dixit renuntiate mihi, quia semper diabolo renuntiat, qui pervenire festinat ad Christum; Christianus futurus a sacerdote cum audit, Renuntias diabolo, respondit, Renuntio. Proprie ergo Herodes a magis sibi renuntiare debere dicit, qui se diaboli sciebat tenere locum, Satanae noverat implere personam. Ut et ego veniens adorem eum. Vult mentiri, sed non potest: veniet, ut ad tormenta curvetur, ad supplicia jaciatur, sternatur ad poenam, qui adorare finxerat, ut saeviret.

Sed magi, ubi Judaicae perfidiae nubila transierunt, et in Christianae fidei sereno revident, quam viderunt stellam, ipsa praevia, ipsa duce, ad ortus Dominici locum sacratissimum pervenerunt. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera aurum, thus, et myrrham. Aurum regi, thus Deo, morituro myrrham, Dominicae devotioni offerunt, scientiae thesauros maximos in posterum crediturus; sic ad sua per innocentiae viam redeunt, qui iter Herodianae fraudis calcaverunt in ruinam.

Id e informaos con diligencia acerca del niño, y cuando lo hayáis encontrado, avisadme. Con razón dijo avisadme (renuntiate mihi), porque siempre renuncia (renuntiat) al diablo el que se apresura a llegar a Cristo; el que va a ser cristiano, cuando oye del sacerdote: «¿Renuncias al diablo?», respondió: «Renuncio». Con propiedad, pues, dice Herodes que los Magos debían avisarle (renuntiare), él, que sabía que ocupaba el lugar del diablo, que conocía que hacía el papel de Satanás. Para que también yo vaya a adorarlo. Quiere mentir, pero no puede: vendrá, para ser doblegado a los tormentos, arrojado a los suplicios, postrado para el castigo, el que había fingido adorar para ensañarse.

Pero los Magos, en cuanto pasaron las nubes de la incredulidad judía, y en el cielo sereno de la fe cristiana vuelven a ver la estrella que habían visto, precediéndolos ella, guiándolos ella, llegaron al lugar sacratísimo del nacimiento del Señor. Y abriendo sus tesoros le ofrecieron dones: oro, incienso y mirra (Mt 2,11). Oro al rey, incienso a Dios, mirra al que había de morir, ofrecen a la devoción del Señor, tesoros grandísimos de conocimiento para los que habían de creer en adelante; así vuelven a lo suyo por el camino de la inocencia los que pisotearon el camino del fraude de Herodes hasta arruinarlo.

Sermo CLIX.

De eisdem

Ante hos dies, id est, diem octavum kalendarum mensis hujus quo crescere dies coepit, quia dies verus illuxit, in carne natum Dominum Christum Jesum, in Evangelio scriptum, facile recolunt, qui legerunt, vel qui aurem legentibus praebuerunt. Israelitici pastores super gregem suum vigilantes, angelis nuntiantibus, cognoverunt: hodie in eadem carne manifestatum gentiles magi curiosa sectantes, signis indicantibus, invenerunt. Illis ortum Dominicae nativitatis annuntians locuta est vox spiritualium ministrorum, istis stella tamquam lingua coelorum. Dicunt illi ad quos saepius prophetae missi fuerant: Transeamus usque Bethleem, et videamus hoc verbum quod factum est ad nos; dicunt isti, quibus nullus umquam locutus fuerat prophetarum, et sciscitantes interrogant: Ubi est qui natus est rex Judaeorum? Vidimus stellam ejus in Oriente, et venimus adorare eum.

Accedunt ergo illi de proximo, hi veniunt de longinquo, utrique tamen ad unum eumdemque fidei locum, pia devotione conveniunt: ibique regem Christum appositum ante duo prophetica illa jumenta, duorum videlicet populorum typum figuramque gestantia, intuentur, admirantur, agnoscunt. Agnovit enim bos possessorem suum, et asinus praesepe domini sui Agnovit enim bos Judaeus jugo legis excusso, agnovit et asinus paganus stultitiae feritate deposita; ille deserens superfluum observationis laborem, hic relinquens vagum superstitionis errorem. Uterque agnovit, quia uterque ad unum praesepe Domini epulaturus accessit, epulaturus non fenum mortis, sed cibum salutis. Edite, edite, pia animalia, aeternae vitae cibaria: et perpetuae retributionis escam avidis quantum potestis faucibus occupate, non dividentes in frusta, sed integrum, solidumque sumentes. Non potest enim edi Christus, et dividi; integer a credentibus sumitur, integer in ore cordis recipitur. Verbum enim caro factum est, et habitavit in nobis: habitavit, ex quo uterum Virginis dignanter implevit.

Obtulerunt illi, ut scriptum est, aurum, thus et myrrham. Nos fidei thus longinquae regionis, nos proximae confessionis myrrham boni odoris, nos suaveolentia dona charitatis; tria namque ista offerimus, quando Christum, et regem, et Dominum, et hominem confitemur.

Sermón CLIX.

Sobre lo mismo

Hace unos días, esto es, el octavo día antes de las calendas de este mes, desde el cual el día comenzó a crecer porque había amanecido el día verdadero, los que lo han leído, o han prestado oído a los que leían, recuerdan fácilmente que el Señor Cristo Jesús nació en la carne, como está escrito en el Evangelio (Lc 2). Los pastores israelitas, velando sobre su rebaño, lo conocieron por el anuncio de los ángeles: hoy los Magos gentiles, que seguían artes curiosas, lo encontraron manifestado en la misma carne, indicándolo las señales. A aquellos les habló la voz de los ministros espirituales, anunciándoles el amanecer de la natividad del Señor; a estos, una estrella, como lengua de los cielos. Dicen aquellos a quienes muchas veces habían sido enviados los profetas: Pasemos hasta Belén, y veamos esta palabra que nos ha llegado (Lc 2,15); dicen estos, a quienes ninguno de los profetas había hablado jamás, y preguntan inquiriendo: ¿Dónde está el que ha nacido rey de los judíos? Hemos visto su estrella en Oriente, y hemos venido a adorarlo (Mt 2,2).

Se acercan, pues, aquellos de cerca, estos vienen de lejos; pero unos y otros convergen con piadosa devoción en un mismo y único lugar de la fe: y allí contemplan, admiran, reconocen a Cristo rey, puesto delante de aquellos dos jumentos proféticos, que llevan el tipo y la figura de los dos pueblos. Pues reconoció el buey a su dueño, y el asno el pesebre de su señor (Is 1,3). Pues reconoció el buey judío, sacudido el yugo de la Ley, y reconoció también el asno pagano, depuesta la fiereza de la necedad; aquel dejando el trabajo superfluo de la observancia, este abandonando el errante extravío de la superstición. Uno y otro lo reconocieron, porque uno y otro se acercaron a un mismo pesebre del Señor para comer, para comer no el heno de la muerte, sino el alimento de la salvación. Comed, comed, piadosos animales, los manjares de la vida eterna: y con fauces tan ávidas como podáis apoderaos del alimento de la retribución perpetua, no dividiéndolo en pedazos, sino tomándolo íntegro y entero. Pues Cristo no puede ser comido y dividido; íntegro es tomado por los creyentes, íntegro es recibido en la boca del corazón. Pues el Verbo se hizo carne, y habitó en nosotros (Jn 1,14): habitó, desde que se dignó llenar el seno de la Virgen.

Aquellos ofrecieron, como está escrito, oro, incienso y mirra (Mt 2,11). Nosotros, el incienso de la fe de una región lejana; nosotros, la mirra de buen olor de una confesión cercana; nosotros, los dones fragantes de la caridad: pues ofrecemos estas tres cosas cuando confesamos a Cristo rey, y Señor, y hombre.

Sed in spiritu et veritate adoremus Christum, si ei munera fidei et confessionis obtulimus: et nos sicut illi magi, qui sunt fidei nostrae duces credulitatisque principes, commoniti in somnis, id est, in hac vita, quae somno est similis, illuso Herode rege, id est, diabolo hujus mundi principe, per aliam viam, id est, per alteram vitam, ad illam nostram patriam revertamur, de qua per Adam ejecti infeliciter sumus, per Christum vero misericorditer nunc reducti.

Pero adoremos a Cristo en espíritu y en verdad, si le hemos ofrecido los dones de la fe y de la confesión: y también nosotros, como aquellos Magos, que son los guías de nuestra fe y los príncipes de nuestra creencia, advertidos en sueños, esto es, en esta vida, que es semejante al sueño, burlado el rey Herodes, esto es, el diablo, príncipe de este mundo, por otro camino, esto es, por otra vida, volvamos a aquella patria nuestra de la que fuimos desdichadamente arrojados por Adán, pero a la que ahora hemos sido misericordiosamente devueltos por Cristo.

Sermo CLX.

De eisdem

Quamvis in ipso Dominicae incarnationis sacramento adfuerint clara semper divinitatis insignia, Deum tamen venisse in humanum corpus multis modis aperit et revelat hodierna solemnitas, ne perdat per ignorantiam semper obscuritatibus involuta mortalitas quod tantum tenere meruit et possidere per gratiam. Nam qui nobis nasci voluit, a nobis noluit ignorari: et ideo sic aperit, ne magnum pietatis sacramentum magni fieret erroris occasio.

Hodie magus quem fulgentem quaerebat in stellis, in cunis reperit vagientem. Hodie magus clarum miratur in pannis, quem diu in astris patiebatur obscurum. Hodie magus quid ubi videat profundo stupore pervolvit: in terra coelum, in coelo terram, in Deo hominem, in homine Deum, et universo saeculo non capacem concludi corpore perpusillo. Unde magus qui scrutari non valet, capere non potest, mox adorat; videt enim non sic lucere in coelo stellas, lunam, solem, qualiter illuxisse carnem contemplatur in terris; videt in uno eodemque corpore divinitatis et humanitatis convenisse commercium. Hic dum credit Deum, sentit regem, intelligit humani generis amore moriturum, et pavida cogitatione pertractat quemadmodum possit mori Deus, qualiter possit vitae restitutor occidi. Ac sic magus cessat arte quaerere quod arte non potest invenire: et quia se in coelo diu cum astris errantibus videt errasse, gaudet in terra se ad Deum ducatu unici sideris pervenisse, et deprehendit magus cuncta quae videntur in coelo, humanis clara oculis, profundis esse obscurata mysteriis.

Jamque videns credere se, et non discutere, mysticis muneribus confitetur: thure Deum, auro regem, myrrha esse moriturum. Thure Deum, auro regem, ut eum diviti placaret obsequio, quem curioso et importuno incesserat et offenderat instituto; atque implet illud quod multi de spadone ex Aethiopia suspicantur: Aethiopia praeveniet manus ejus Deo. Videt Christum magus Judaeum praeveniens manibus suis, quia quando Christum Judaeus Herodi scelere prodebat, tunc magus Deum Christum muneribus fatebatur. Hinc est quod gentilis qui erat novissimus, factus est primus: quia tunc ex magorum fide est gentium credulitas dedicata, et Judaeorum est notata crudelitas.

Sermón CLX.

Sobre lo mismo

Aunque en el mismo misterio de la encarnación del Señor estuvieron siempre presentes, claras, las insignias de la divinidad, la solemnidad de hoy descubre y revela de muchos modos que Dios vino a un cuerpo humano, para que la mortalidad, siempre envuelta en oscuridades, no perdiera por ignorancia algo tan grande como lo que mereció tener y poseer por la gracia. Pues el que quiso nacer para nosotros no quiso ser ignorado por nosotros: y por eso lo descubre así, para que el gran misterio de la piedad no se convirtiera en ocasión de un gran error.

Hoy el mago encuentra llorando en la cuna al que buscaba resplandeciente en las estrellas. Hoy el mago admira claro entre pañales al que por largo tiempo soportaba oscuro en los astros. Hoy el mago revuelve con profundo asombro qué ve y dónde: el cielo en la tierra, la tierra en el cielo, al hombre en Dios, a Dios en el hombre, y al que el universo entero no puede contener, encerrado en un cuerpo pequeñísimo. Por eso el mago, que no alcanza a escrutarlo, no puede abarcarlo, en seguida adora; pues ve que no brillan así en el cielo las estrellas, la luna, el sol, como contempla que ha resplandecido la carne en la tierra; ve que en un mismo y único cuerpo se ha reunido el comercio de la divinidad y de la humanidad. Este, mientras cree que es Dios, siente que es rey, entiende que ha de morir por amor del género humano, y con pensamiento temeroso considera cómo puede morir Dios, cómo puede ser muerto el restaurador de la vida. Y así el mago deja de buscar con arte lo que con arte no puede encontrar: y como ve que por largo tiempo anduvo errante en el cielo con los astros errantes, se alegra de haber llegado en la tierra a Dios bajo la guía de un único astro, y descubre el mago que todo lo que se ve en el cielo, claro a los ojos humanos, está oscurecido por profundos misterios.

Y ya, viéndose creer y no discutir, confiesa con dones místicos: con el incienso que es Dios, con el oro que es rey, con la mirra que ha de morir. Con el incienso, Dios; con el oro, rey; para aplacar con un rico homenaje a aquel a quien había abordado y ofendido con un empeño curioso e importuno; y cumple aquello que muchos suponen dicho del eunuco de Etiopía: Etiopía se adelantará con sus manos a Dios (Sal 68,32). El mago, adelantándose al judío con sus manos, ve a Cristo, porque cuando el judío entregaba con maldad a Cristo a Herodes, entonces el mago reconocía con sus dones que Cristo era Dios. De ahí que el gentil, que era el último, haya sido hecho el primero: porque entonces, a partir de la fe de los Magos, quedó inaugurada la creencia de los gentiles, y quedó señalada la crueldad de los judíos.

Hodie Christus Jordanis alveum, mundi peccatum lavaturus intravit: ad hoc eum venisse Joannes ipse testatur. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hodie servus Dominum, homo Deum, Joannes Christum tenet; tenet accepturus veniam, non daturus. Hodie, sicut ait propheta: Vox Domini super aquas. Quae vox? Hic est Filius meus dilectus in quo mihi complacui. Hodie vox Dei super aquas, quia Pater Deus ut probaret generis fidem, ipse sui testis Filii, ipse assertor assistit. Hic est Filius meus dilectus, quia alterum qui testimonium diceret non habebat: arcanum Patris, arbitrum non habebat; testem generatio nescit divina; divinitas externam non recipit notionem, ipso Filio dicente. Nemo novit Filium, nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius.

Hodie Spiritus sanctus supernatat aquis in specie columbae, ut sicut illa columba Noe nuntiaverat diluvium discessisse mundi, ita ista indice nosceretur perpetuum mundi cessasse naufragium; neque sicut illa veteris olivae surculum portaret, sed totam in caput parentis novi chrismatis pinguedinem fundit, ut impleat illud quod propheta praedixit: Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo laetitiae prae consortibus tuis. Hodie Dominus super aquas. Bene super aquas, et non subtus aquas, quia Christus baptismati suo non servit, sed imperat sacramentis.

Hodie Deus majestatis intonuit, et si Pater de coelo intonat, si Filius Jordanis insistit fluentis, si Spiritus sanctus corporaliter apparet de supernis; quid est quod Jordanis qui fugit ad praesentiam legalis arcae, ad totius Trinitatis praesentiam non refugit. Quid est? Quia qui pietati obsequitur, incipit non esse timori. Hic Trinitas exercet gratiam totam, totam secum loquitur charitatem: ibi elementa corripit, ut servulos instituat ad timorem. Inter haec tamen talia et tanta intrepidus stat Joannes, quia timere non potest, qui totus ad Dei amorem natus angelico testimonio comprobatur.

Hodie Christus initium dat signorum coelestium, dum convertit aquas in vinum, ut quem Pater voce Filium jam probarat, ipse se Deum virtutibus approbaret, quia auctor est elementorum qui elementa commutat; et naturam fecit ipse, qui contra naturam facere non laborat: aquam transfert in vinum, ut divinitatis in vigore naturae nostrae proficiat hebetudo. Nam qui panes quinque fragmento profluo et furtivo incremento, ad quinque millia hominum tetendit et dilatavit saginam, potuit augmentis succrescentibus ad nuptiarum festa vini ampliare et perpetuare mensuras.

Hoy Cristo entró en el cauce del Jordán para lavar el pecado del mundo: Juan mismo atestigua que vino para esto. He aquí el Cordero de Dios, he aquí el que quita los pecados del mundo (Jn 1,29). Hoy el siervo sostiene al Señor, el hombre a Dios, Juan a Cristo; lo sostiene para recibir el perdón, no para darlo. Hoy, como dice el Profeta: La voz del Señor sobre las aguas (Sal 29,3). ¿Qué voz? Este es mi Hijo amado, en quien me he complacido (Mt 3,17). Hoy la voz de Dios está sobre las aguas, porque Dios Padre, para probar la credibilidad de la generación, él mismo testigo de su Hijo, él mismo su garante, se hace presente. Este es mi Hijo amado, porque no tenía otro que diera testimonio: el arcano del Padre no tenía árbitro; la generación divina no conoce testigo; la divinidad no admite un conocimiento ajeno, como lo dice el mismo Hijo. Nadie conoce al Hijo sino el Padre, ni nadie conoce al Padre sino el Hijo (Mt 11,27).

Hoy el Espíritu Santo flota sobre las aguas en forma de paloma, para que, así como aquella paloma de Noé había anunciado que el diluvio se había retirado del mundo (Gn 8,11), así por indicio de esta se conociera que había cesado el perpetuo naufragio del mundo; y no trajera, como aquella, un ramo del viejo olivo, sino que derrama toda la riqueza del crisma sobre la cabeza del nuevo padre, para cumplir lo que predijo el Profeta: Por eso te ungió Dios, tu Dios, con óleo de alegría por encima de tus compañeros (Sal 45,8). Hoy el Señor está sobre las aguas. Con razón sobre las aguas, y no bajo las aguas, porque Cristo no sirve a su bautismo, sino que manda sobre los sacramentos.

Hoy el Dios de la majestad ha tronado; y si el Padre truena desde el cielo, si el Hijo está en pie en las corrientes del Jordán, si el Espíritu Santo aparece corporalmente desde lo alto, ¿qué significa que el Jordán, que huyó ante la presencia del arca de la Ley (Jos 3), no retrocede ante la presencia de toda la Trinidad? ¿Qué significa? Porque el que se somete a la piedad comienza a no estar sujeto al temor. Aquí la Trinidad ejerce toda su gracia, habla consigo toda su caridad: allí reprende a los elementos, para instruir en el temor a sus siervecillos. Entre todas estas cosas, sin embargo, tales y tan grandes, permanece intrépido Juan, porque no puede temer el que, nacido todo él para el amor de Dios, es aprobado por el testimonio de un ángel.

Hoy Cristo da comienzo a las señales celestiales, al convertir el agua en vino (Jn 2,11), para que aquel de quien el Padre ya había probado con su voz que era Hijo probara él mismo con prodigios que era Dios, porque es autor de los elementos el que cambia los elementos; y él mismo hizo la naturaleza, él que no se fatiga en obrar contra la naturaleza: transforma el agua en vino, para que con el vigor de la divinidad progrese la torpeza de nuestra naturaleza. Pues el que con fragmentos que fluían y con un incremento furtivo extendió y ensanchó cinco panes en hartura para cinco mil hombres (Mt 14,13-21), pudo, con aumentos crecientes, ampliar y perpetuar para la fiesta de bodas las medidas de vino.

Sed aqua in sanguinis erat convertenda mysterium, ut mera pocula de vase corporis sui Christus bibentibus propinaret, ut impleret illud prophetae: Et calix tuus inebrians quam praeclarus est. Tribus autem modis hodie Christi deitas est probata: magorum munere, Patris testimonio, aquae mutatione in vinum; quia tribus stare omne verbum Scripturae firmavit auctoritas dicendo: In ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Sed quia festivitas ipsa ad mensam nos Domini et calicis istius laetitiam commonet jam venire, res amplas brevi sermone sufficit conclusisse, per Dominum nostrum Jesum Christum, qui vivit et regnat nunc et semper, et per omnia saecula saeculorum. Amen.

Pero el agua había de convertirse en el misterio de la sangre, para que Cristo brindara copas de vino puro, del vaso de su cuerpo, a los que beben, para cumplir aquello del Profeta: Y tu cáliz que embriaga, ¡qué excelente es! (Sal 23,5) De tres modos, pues, ha sido probada hoy la deidad de Cristo: por el don de los Magos, por el testimonio del Padre, por el cambio del agua en vino; porque la autoridad de la Escritura estableció que toda palabra se sostiene en tres, al decir: En boca de dos o tres testigos se mantenga toda palabra (Mt 18,16). Pero como la fiesta misma nos invita ya a venir a la mesa del Señor y a la alegría de este cáliz, basta haber concluido grandes cosas en un breve sermón, por nuestro Señor Jesucristo, que vive y reina ahora y siempre, y por todos los siglos de los siglos. Amén.

Sermo CLXI.

De parabola servi ab agro regressi, deque hominis erga Deum gratitudine

Audistis, fratres, quemadmodum famulatum divinum Dominus exigit humanae servitutis exemplo, dicendo: Quis vestrum habens servum arantem, aut pascentem, qui regresso ab agro dicat: Statim transi, recumbe; et non dicit ei, Para quod coenem, et praecingere, et ministra mihi donec manducem et bibam, et post haec tu manducabis et bibes? Numquid gratiam habet servo illi, quia fecit quae sibi imperavit? Non puto. Sic et vos, cum feceritis omnia quae praecepta sunt vobis, dicite: Servi inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus.

Sic et vos. Quid simile? Immo longe dissimile. Tantum debet homo Deo, quantum debet homini homo? Absit. Nam est alter ordo, diversa causa, dissimilis fides. Deus hominem fecit esse, nasci jussit, dedit vivere, concessit sapere, donavit et tempora, distribuit aetates, concessit ad gloriam, aperuit ad honorem, praefecit animantibus, et toti terrae dominum definita lege et aetate praescripsit: et cum talia, tantaque prima homini Dei beneficia deperiissent, secunda reparavit tanto majora, quanto divina; praestantiora tanto, quanto coelestia. Nam coeli post habitatorem dedit, quem dederat ante incolam terrenorum, ut adversum nullum illi, nullus incursus, nullusque serpens terrenis latens in bonis, irrepere amplius in hominem non valeret; servaretque conditio jam certa, quem perdiderat incerta libertas; et esset homo liber omnium, sola Domini servitute, cui conditionem qua factus est debet, debet originem: quod redemptus est, quod emptus est, debet utique servitutem, dicente Apostolo: Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum. Et propheta ut conditionem, ut originem fateretur: Ego servus tuus, inquit, et filius ancillae tuae. Deo ista, homini quid tale debet homo? Et tamen quaerit Deus vel tantum; quia reddere homo Deo nil vult, cui debet totum.

Sermón CLXI.

Sobre la parábola del siervo que vuelve del campo, y sobre la gratitud del hombre hacia Dios

Habéis oído, hermanos, cómo el Señor exige el servicio divino con el ejemplo de la servidumbre humana, diciendo: ¿Quién de vosotros, que tenga un siervo arando o apacentando, le dirá cuando vuelva del campo: Pasa en seguida y recuéstate a la mesa; y no le dice: Prepárame la cena, y cíñete, y sírveme hasta que yo coma y beba, y después de esto comerás y beberás tú? (Lc 17,7-8) ¿Acaso agradece a aquel siervo, porque hizo lo que le había mandado? No lo creo (Lc 17,9). Así también vosotros, cuando hayáis hecho todo lo que se os ha mandado, decid: Siervos inútiles somos; hemos hecho lo que debíamos hacer (Lc 17,10).

Así también vosotros. ¿Qué hay de semejante? Más bien, es muy desemejante. ¿Debe el hombre a Dios tanto como el hombre debe al hombre? De ningún modo. Pues el orden es otro, la causa diversa, la fe desemejante. Dios hizo que el hombre fuera, mandó que naciera, le dio vivir, le concedió saber, le regaló también los tiempos, le distribuyó las edades, le admitió a la gloria, le abrió el camino al honor, lo puso al frente de los animales, y le asignó el dominio de toda la tierra con ley y edad fijadas: y cuando tales y tan grandes primeros beneficios de Dios al hombre se hubieron perdido, restauró otros segundos, tanto mayores cuanto divinos, tanto más excelentes cuanto celestiales. Pues dio después como habitante del cielo al que había dado antes como morador de lo terreno, para que nada adverso para él, ninguna embestida, ninguna serpiente escondida entre los bienes terrenos, pudiera ya deslizarse contra el hombre; y una condición ya segura conservara al que había perdido una libertad insegura; y fuera el hombre libre de todos, con la sola servidumbre del Señor, a quien debe la condición en que fue hecho, a quien debe su origen: porque ha sido redimido, porque ha sido comprado, debe sin duda servidumbre, como dice el Apóstol: Habéis sido comprados a precio; no os hagáis siervos de los hombres (1 Cor 7,23). Y el Profeta, para reconocer su condición, su origen: Yo soy tu siervo, dice, e hijo de tu esclava (Sal 116,16). Esto a Dios; ¿qué cosa semejante debe el hombre al hombre? Y sin embargo Dios pide siquiera otro tanto; porque el hombre nada quiere dar a Dios, a quien lo debe todo.

Sed repetamus lectionem, et oculis nostris similitudinem proponamus ipsam, et quod diximus tunc lucebit, quia nullam Deo, homini totam dependimus servitutem. Quis vestrum habens servum arantem aut pascentem, qui regresso ab agro dicat: Statim transi, recumbe; et non dicit ei, Para quod coenem, et praecingere, et ministra mihi, donec manducem, et bibam, et post haec tu manducabis et bibes? Quam familiaris, quam vernacula, quam de quotidiano usu veniens, quam communis est ista doctrina. Si dominus est, qui audit, agnoscit talia se exigere a servo; si servus, exhibere se domino ista cognoscit.

Servus namque post vigilias antelucanas, post totius diei varios et duros labores, post trepidantes et anxios concursus, et parat Domino suo coenam, et cinctus quod paraverat subministrat: non est elatus, quia fecit, sed cum devotione singula faciens contremiscit, et apponit domino suo cibos multiplices, arte tota totius saporis conditos; ipse autem semicoctam, nec salitam forsitan coenulam gustaturus; porrigens crebra pocula, variat calices, vina mutat; ad longissimi convivii fabulas longiores stat fixus, stat moveri nescius, stat cujus lassescere non licet servituti. Et cum dominus jam partem noctis in somno deducit, peragit in quiete, servus colligit, curat, accurat, ponit, componit, reponit, et sic in rebus necessariis immoratur, ut nihil sibi, aut parum noctis ad escam reservet et soporem. Post haec omnia nisi pervigilet in crastinum, et dominum praevenerit dormientem, fessus, indefessus, manicabit ad verbera, ad praesentem poenam nihil hesterno ei subvenit de labore, quia quidquid dominus indebite, iracunde, libens, nolens, oblitus, cogitans, sciens, nesciens circa servum fecerit, judicium, justitia, lex est, imperantis ira subdito jus est, et ad libitum domini vocem non habet conditio servitutis.

Si ergo et servus sentit quid debeat homini taliter serviendo, et dominando dominus qualem servitutem Domino dominorum debeat, docetur et intelligit se magistro. Hoc implebat Paulus, qui servitutis suae titulos sic scribebat: Usque ad hanc horam esurimus, et sitimus, et nudi sumus, et colaphis caedimur. Et alibi: Lividum facio corpus meum, et servituti subjicio. Praebebat vindictam bonus servus, qui se usque ad livorem sic agens jugiter verberabat: nec laxabat frena corpori, ne per indulgentiam caro laxata alterius incurreret servitutem.

Pero repitamos la lectura, y pongamos ante nuestros ojos la semejanza misma, y entonces brillará lo que hemos dicho: que a Dios no le pagamos servidumbre alguna, al hombre se la pagamos toda. ¿Quién de vosotros, que tenga un siervo arando o apacentando, le dirá cuando vuelva del campo: Pasa en seguida y recuéstate a la mesa; y no le dice: Prepárame la cena, y cíñete, y sírveme hasta que yo coma y beba, y después de esto comerás y beberás tú? ¡Qué familiar, qué casera, qué tomada del uso cotidiano, qué común es esta enseñanza! Si el que oye es señor, reconoce que exige tales cosas a su siervo; si es siervo, sabe que él presta estas cosas a su señor.

Pues el siervo, después de las vigilias antes del alba, después de los variados y duros trabajos de todo el día, después de las idas y venidas temblorosas y angustiadas, prepara la cena a su señor y, ceñido, sirve lo que había preparado: no se ensoberbece por haberlo hecho, sino que tiembla al hacer cada cosa con devoción, y pone delante de su señor manjares múltiples, condimentados con todo arte para todo sabor; mientras él ha de probar una cenita a medio cocer y quizá sin sal; ofreciendo copas frecuentes, varía los vasos, cambia los vinos; ante los relatos, más largos aún, de un larguísimo banquete, está de pie inmóvil, está sin saber moverse, está, él, a cuya servidumbre no le está permitido cansarse. Y cuando el señor ya pasa parte de la noche durmiendo, la consume en reposo, el siervo recoge, cuida, atiende, coloca, compone, repone, y de tal modo se entretiene en las cosas necesarias, que nada o poco de la noche se reserva para la comida y el sueño. Después de todo esto, si no vela hasta el día siguiente y no se adelanta al señor mientras duerme, cansado, incansable, madrugará para los azotes; para el castigo presente de nada le vale el trabajo de ayer, porque todo lo que el señor haga con el siervo indebidamente, con ira, queriendo, sin querer, olvidándose, pensándolo, sabiéndolo, sin saberlo, es juicio, justicia, ley; la ira del que manda es derecho para el súbdito, y ante el capricho del señor la condición de la servidumbre no tiene voz.

Si, pues, también el siervo siente lo que debe al hombre sirviendo de tal modo, también el señor, al dominar, aprende y entiende, siendo él mismo su maestro, qué servidumbre debe al Señor de los señores. Esto cumplía Pablo, que así escribía los rótulos de su servidumbre: Hasta esta hora tenemos hambre, y sed, y estamos desnudos, y somos abofeteados (1 Cor 4,11). Y en otro lugar: Hago lívido mi cuerpo, y lo sujeto a servidumbre (1 Cor 9,27). El buen siervo aplicaba el castigo, obrando de tal modo que se golpeaba continuamente hasta amoratarse: y no aflojaba las riendas al cuerpo, para que la carne, relajada por la indulgencia, no incurriera en la servidumbre de otro.

Sed, homo, quod a servo exigis, impende ei qui te dominum fecit. Tu qui semper dormis, et a servo exigis vigilias indefessas, aliquando vigila tuo Domino pro te sine cessatione vigilanti, assiste tuo Domino vel momento uno jejunanti, cui manducanti tuus servus semper assistit; remitte servo innocenti, cui peccanti blanditur Dominus tuus; da interim veniam, cui tuus Dominus semper ignoscit. Certe si quidquam boni feceris, crede te Domino solvisse debitum, non beneficium praestitisse.

Cum feceritis, inquit, omnia quae praecepta sunt vobis, dicite, servi inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus. Quando per se homo utilis ad divina, qui sic sibi est inutilis ad humana? Cogitet homo cordis mala, carnis vitia, voluptatum fluctus, desideriorum procellas, irarum scopulos, naufragia criminum, et tunc quidquid in se est utile dabit Deo, sibi quidquid inutile est deputabit.

Sed ad proposita redeamus, ut quare Dominus discipulos suos admonuerit jam patescat. Apostolos suos Christus ut mitteret ad populos vario dolore languentes, dedit illis virtutem spiritus, potestatem supernam dedit, dedit gratiam sanitatum, unde perambulantes illi reddebant visum caecis, claudis cursum, surdis auditum, et ne per singula vos morer, cunctis male habentibus dabant salutem, unde redeuntes gloriabantur dicentes: Domine, etiam in nomine tuo daemonia subjecta sunt nobis. Quos Dominus temperat, dicens: Nolite gaudere quia daemonia subjecta sunt vobis: gaudete autem quia nomina vestra scripta sunt in coelis.

Ergo ne per elationem perderent quod conquisierant per laborem, et deputarent sibi quod divinitus fuerant consecuti, ad humilitatem, quae mater est doctrinae, tali revocat exemplo: Quis vestrum habens servum arantem, aut pascentem, qui regresso ab agro dicat ei, Statim transi, et recumbe, et non dicit ei, Para quod coenem, et praecingere, et ministra mihi donec manducem et bibam, et post haec tu manducabis et bibes? Post exactos labores, et magna et multa documenta virtutum, apostoli satis sibi utiles videbantur, sed versari in luto carnis, et limo corporis hujus, et quod essent inutiles, nesciebant, sed deprehenduntur cum Judas tradit, Petrus negat, Joannes fugit, relinquunt omnes, ut solus in quo erat, et ex quo erat tota utilitas appareret.

Pero, hombre, lo que exiges a tu siervo, dalo a aquel que te hizo señor. Tú que siempre duermes y exiges a tu siervo vigilias incansables, vela alguna vez por tu Señor, que vela por ti sin cesar; asiste siquiera un momento a tu Señor, que ayuna, tú, a quien tu siervo asiste siempre cuando comes; dispensa al siervo inocente, tú, a quien tu Señor halaga cuando pecas; da entretanto el perdón, tú, a quien tu Señor siempre perdona. Ciertamente, si has hecho algo bueno, cree que has pagado al Señor una deuda, no que le has hecho un favor.

Cuando hayáis hecho, dice, todo lo que se os ha mandado, decid: Siervos inútiles somos; hemos hecho lo que debíamos hacer. ¿Cuándo es útil por sí mismo el hombre para lo divino, él que es tan inútil para sí en lo humano? Considere el hombre los males del corazón, los vicios de la carne, las olas de los placeres, las tempestades de los deseos, los escollos de las iras, los naufragios de los crímenes, y entonces dará a Dios todo lo que en él hay de útil, se atribuirá a sí todo lo que hay de inútil.

Pero volvamos a lo propuesto, para que quede ya patente por qué amonestó el Señor a sus discípulos. Para enviar a sus apóstoles a los pueblos que languidecían con dolores diversos, Cristo les dio el poder del espíritu, les dio una potestad de lo alto, les dio la gracia de las curaciones; por eso, recorriendo los lugares, devolvían la vista a los ciegos, la carrera a los cojos, el oído a los sordos, y, para no deteneros con cada cosa, daban la salud a todos los que estaban mal; por eso, al volver, se gloriaban diciendo: Señor, hasta los demonios se nos someten en tu nombre (Lc 10,17). A los cuales el Señor modera, diciendo: No os alegréis de que los demonios se os sometan; alegraos, en cambio, de que vuestros nombres estén escritos en los cielos (Lc 10,20).

Así pues, para que no perdieran por la soberbia lo que habían conquistado con el trabajo, y no se atribuyeran a sí lo que habían obtenido de Dios, los llama de nuevo a la humildad, que es madre de la enseñanza, con tal ejemplo: ¿Quién de vosotros, que tenga un siervo arando o apacentando, le dirá cuando vuelva del campo: Pasa en seguida y recuéstate a la mesa; y no le dice: Prepárame la cena, y cíñete, y sírveme hasta que yo coma y beba, y después de esto comerás y beberás tú? Después de acabados los trabajos, y de tantas y tan grandes pruebas de prodigios, los apóstoles se tenían por muy útiles; pero que se movían en el barro de la carne y en el limo de este cuerpo, y que eran inútiles, no lo sabían; pero quedan al descubierto cuando Judas entrega, Pedro niega, Juan huye (Mt 26; Mc 14), todos lo abandonan, para que apareciera solo aquel en quien estaba, y de quien venía, toda la utilidad.

Quod autem dixit: Et postea tu manducabis, monet discipulos, ut post ascensionem suam statim copulari se Domino in illa beatitudine superna gestirent. Nam denique hic relicturos omnia approbat, et praecingit ad tolerantiam passionis, et ministerii sui perficit ad laborem. Nam tunc tanto tempore ministrarunt apostoli discumbenti, quanto tempore inter peccatorum coquinas et gentium focos coenam Domini super mensas Ecclesiae in memoriam perpetem praepararunt. Hanc coenam qui fidelis est novit, qui nescit, et scire desiderat, sit fidelis.

En cuanto a lo que dijo: Y después comerás tú, advierte a los discípulos que después de su ascensión ansíen unirse en seguida al Señor en aquella bienaventuranza de lo alto. Pues, en efecto, aquí da por buenos a los que han de dejarlo todo, y los ciñe para soportar la pasión, y los perfecciona para el trabajo de su ministerio. Pues entonces los apóstoles sirvieron al que estaba a la mesa durante todo el tiempo en que, entre las cocinas de los pecadores y los hogares de los gentiles, prepararon la cena del Señor sobre las mesas de la Iglesia en memoria perpetua. Esta cena la conoce el que es fiel; el que no la conoce y desea conocerla, que sea fiel.

Sermo CLXII.

De eo qui volebat dividere haereditatem

Audistis, fratres, hodie quid a Domino haeres bonorum petierit mundanorum. Magister, inquit, dic fratri meo ut dividat mecum haereditatem. Praeceps cupiditas, et incauta, mundanae litis arbitrum credidit ipsum saeculi cognitorem; et eum fieri voluit divisionis auctorem, qui ad restituendam venerat humani generis unitatem. Magister, dic fratri meo ut dividat mecum haereditatem. Hic non magister quaestus est, sed amor.

Dic fratri meo ut dividat mecum haereditatem. Cum dicit, dic fratri meo, praemisit quod charitatem moneat, quod interpellet naturam, quod pulset affectum. Dic fratri meo ut dividat mecum haereditatem. Non potest dicere fratri, Divide, qui per prophetam docuit: Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum. Dic fratri meo ut dividat mecum haereditatem. Quae major haereditas, quae melior haereditas quam divinae vinculum charitatis? Quia haereditas aliquando perit, charitas numquam, dicente Apostolo: Charitas numquam excidit.

Sed dicit aliquis, Ergo charitas numquam perit, numquam violatur? Plane numquam, quia charitas si est, permanet; si non permanet, non est. Sicut sterilis arbor quae vernali tempore cum tota candescit in flore, fructum non dat illa, sed fallit; ita est charitas quae putatur, et non est: occasionum concussa fluctibus evanescit, ac sic laedit sollicitos et decipit incautos.

Sed ad coepta redeamus. Magister, dic fratri meo ut dividat mecum haereditatem. Haereditas mundana, ante posteris infert jurgia quam confert censum; antequam dividat facultates, scindit haeredes; antequam debitas tradat singulis portiones, successores ipsos desecat et mittit in partes. Proinde non est haereditas ista, sed pugna; et haec noverca filiorum est, non facultas. Ille ditat filios, qui relinquit filiis plenissimam charitatem.

At tu, quisquis ille es qui Dominum tali petitione compellas, Dominum provocas, Dominum producis ad litem, cum quo tibi Apostolus haereditatem docet et ostendit esse communem: Haeredes, inquit, Dei sumus, cohaeredes autem Christi. Hic tibi sic haeres est, hic est tibi frater, qui nascendi sorte, conditione crescendi, vivendi ordine, moriendi exitu, per omnia tibi voluit similis inveniri. Nam cum esset et solus Dei haeres, et Filius unicus per naturam, te participem sibi, te cohaeredem sibi voluit et fecit esse per gratiam, qui eras miser et subjectus ultimae servituti.

Sermón CLXII.

Sobre el que quería dividir la herencia

Habéis oído hoy, hermanos, qué pidió al Señor un heredero de bienes mundanos. Maestro, dice, di a mi hermano que reparta conmigo la herencia (Lc 12,13). La codicia precipitada e incauta creyó árbitro de un pleito mundano al juez instructor mismo del mundo; y quiso que se hiciera autor de la división el que había venido a restaurar la unidad del género humano. Maestro, di a mi hermano que reparta conmigo la herencia. Este no es maestro de ganancia, sino amor.

Di a mi hermano que reparta conmigo la herencia. Cuando dice: di a mi hermano, antepuso lo que recuerda la caridad, lo que interpela a la naturaleza, lo que golpea el afecto. Di a mi hermano que reparta conmigo la herencia. No puede decir a un hermano: «Divide», el que enseñó por medio del Profeta: Mirad qué bueno y qué agradable es que los hermanos habiten en unidad (Sal 133,1). Di a mi hermano que reparta conmigo la herencia. ¿Qué herencia mayor, qué herencia mejor que el vínculo de la caridad divina? Porque la herencia alguna vez perece, la caridad nunca, como dice el Apóstol: La caridad nunca decae (1 Cor 13,8).

Pero dice alguno: «¿Entonces la caridad nunca perece, nunca se quebranta?» Absolutamente nunca, porque la caridad, si existe, permanece; si no permanece, no existe. Como el árbol estéril que en primavera se pone todo blanco de flores no da fruto, sino que engaña, así es la caridad que se supone y no existe: sacudida por las olas de las ocasiones, se desvanece, y así hiere a los solícitos y engaña a los incautos.

Pero volvamos a lo comenzado. Maestro, di a mi hermano que reparta conmigo la herencia. La herencia mundana trae a los descendientes pleitos antes que caudal; antes de dividir los bienes, divide a los herederos; antes de entregar a cada uno las porciones debidas, despedaza a los mismos sucesores y los reparte en bandos. Por tanto, esta no es herencia, sino pelea; y es madrastra de los hijos, no sus bienes. Enriquece a sus hijos el que deja a sus hijos la más plena caridad.

Pero tú, quienquiera que seas, que importunas al Señor con semejante petición, provocas al Señor, llevas al Señor a pleito, con quien el Apóstol te enseña y muestra que tienes la herencia en común: Herederos, dice, de Dios somos, y coherederos de Cristo (Rom 8,17). Este es así heredero contigo, este es tu hermano, el que en la suerte de nacer, en la condición de crecer, en el orden de vivir, en el término de morir, quiso hallarse en todo semejante a ti. Pues, siendo él el único heredero de Dios y el Hijo único por naturaleza, quiso e hizo que tú fueras partícipe con él, coheredero con él, por la gracia, tú que eras miserable y estabas sometido a la última servidumbre.

Habebis itaque, et collata poteris feliciter possidere, si manseris in aula Patris, si fueris in divina haereditate communis.

Dari potest, dividi non potest sors divina, quia coelestia et qui dederit non amittit, et qui acceperit sibi singulariter non recondit. Unde homo quid hunc ad divisionem vocas, quid hunc ad discussionem miserandus invitas, quid ab eo partem petis, qui tibi quaesivit et contulit totum? Vel expertus cessa, et jam poeniteat talia te petiisse. Nam partem substantiae principalis accepisti, et acceptam peregrinus, vagus, luxuriosus cum luxuriosis helluo perdidisti. Hinc paradisi exsul, hinc haereditatis exsors, hinc extorris a vita.

Homo, dicit tibi Christus, Quod a me, et per me consecutus es, sine me non poteris possidere, quia sine me qualis fueris, jam vidisti; hoc sciens pro te Patrem ingrate omnium sic poposci: Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, et illi sint mecum. Et quia nec hoc tibi sufficere poterat ad tutelam, nam cum mecum esses in paradiso, et extra me tu periisses, adjeci, dicens: Pater, sicut tu in me, et ego in te, ita et isti in nobis unum sint. Ego ut Patris bona habeam, processi de Patre, a Patre penitus non recessi: et ideo tantum te in nobis habere volo, quantum nos ipsi sumus, et manemus in nobis. Desine ergo vel superna dividere, vel de terrenis me audiente litigare, ne quem tenes et habes hodie largitorem pium, severissimum sentias postmodum cognitorem.

Sed jam quid responderit Dominus audiamus: Homo, inquit, quis me constituit judicem aut divisorem super vos? Quis me constituit judicem? Et ubi est illud quod tu dixisti, Domine: Pater neminem judicat, sed omne judicium dedit Filio? Aut divisorem super vos? Et quis dividet justos ab injustis, sicut segregat pastor oves ab haedis? Si tibi judicium debetur hominis, et per te est totius saeculi celebranda divisio, quomodo dicis, Quis me constituit judicem aut divisorem super vos?

Est quidem penes Christum, et fuit, atque erit omne judicium, sed tunc non judicaturus venerat, sed judicandus, nec addicturus reos, sed a reis innocens addicendus. In homine agebat Deum, in servo dominum, ut esset vernula temporis, qui erat et factor et cognitor saeculorum. Merito ergo respondit: Quis me constituit judicem aut divisorem super vos? Et quis eum constitueret judicem, qui constituit et restituit universa? Christus ad litigatoris arbitrium arbiter esse non poterat, qui totius judicii summa est et potestas. At illi jurgator quare non opposuit: Quomodo non invitatus a fratre taliter tu petisti? Nescis, quod justus mediator non est, qui ab una tantum eligitur parte? Verum haec non dixit; sed invisus astitit, ut adjudicantis illi fas esset, fratri non esset, resilire sententiam.

Tendrás, por tanto, y podrás poseer felizmente lo que se te ha dado, si permaneces en el palacio del Padre, si tienes en común la herencia divina.

La suerte divina puede darse, no puede dividirse, porque en lo celestial ni el que da pierde, ni el que recibe lo guarda para sí solo. ¿Por qué, entonces, hombre, lo llamas a una división, por qué, miserable, lo invitas a un litigio, por qué le pides una parte a él, que buscó y te dio el todo? Escarmentado al menos, desiste, y arrepiéntete ya de haber pedido tales cosas. Pues recibiste la porción de la hacienda principal, y, una vez recibida, peregrino, vagabundo, disoluto con los disolutos, glotón, la perdiste (Lc 15,13). De ahí desterrado del paraíso, de ahí privado de la herencia, de ahí proscrito de la vida.

Hombre, te dice Cristo: «Lo que de mí y por mí conseguiste, sin mí no podrás poseerlo, porque ya has visto qué fuiste sin mí; sabiendo esto, así pedí al Padre por ti, el más ingrato de todos: Padre, los que me diste, quiero que donde yo estoy, también ellos estén conmigo (Jn 17,24). Y como ni siquiera esto podía bastarte de amparo, pues estando conmigo en el paraíso, fuera de mí pereciste, añadí diciendo: Padre, como tú en mí y yo en ti, así también estos sean uno en nosotros (Jn 17,21). Yo, para tener los bienes del Padre, procedí del Padre, no me retiré en absoluto del Padre: y por eso quiero tenerte en nosotros tanto como nosotros mismos somos y permanecemos en nosotros. Deja, pues, de dividir lo de arriba o de litigar por lo terreno en mi presencia, no sea que a quien hoy tienes y posees como dador piadoso lo experimentes después como juez instructor severísimo».

Pero oigamos ya qué respondió el Señor: Hombre, dice, ¿quién me ha constituido juez o repartidor sobre vosotros? (Lc 12,14) ¿Quién me ha constituido juez? ¿Y dónde queda aquello que tú dijiste, Señor: El Padre no juzga a nadie, sino que ha dado todo el juicio al Hijo (Jn 5,22)? ¿O repartidor sobre vosotros? ¿Y quién separará a los justos de los injustos, como el pastor separa las ovejas de los cabritos (Mt 25,32)? Si a ti se te debe el juicio del hombre, y por ti ha de celebrarse la división del mundo entero, ¿cómo dices: quién me ha constituido juez o repartidor sobre vosotros?

Ciertamente todo juicio está en manos de Cristo, y lo estuvo, y lo estará, pero entonces no había venido a juzgar, sino a ser juzgado, ni a condenar a los reos, sino a ser condenado, inocente, por los reos. En el hombre obraba como Dios, en el siervo como señor, para ser esclavo nacido en casa del tiempo, él que era Hacedor y juez instructor de los siglos. Con razón, pues, respondió: ¿Quién me ha constituido juez o repartidor sobre vosotros? ¿Y quién lo constituiría juez a él, que constituyó y restituyó todas las cosas? Cristo no podía ser árbitro a elección de un litigante, él que es la suma y la potestad de todo juicio. Pero ¿por qué el litigante no le objetó: «¿Cómo, sin que tu hermano te lo pidiera, hiciste tal petición? ¿No sabes que no es mediador justo el que es elegido por una sola parte?» Pero no dijo esto; sino que asistió sin ser visto, para que a aquel le fuera lícito, y no al hermano, apartarse de la sentencia del que adjudicaba.

Et quia Christus correcturus venerat, non damnaturus reum, praecepto removet fomitem jurgiorum, dicendo: Videte, cavete ab avaritia. Hoc est dicere: Abjiciatur avaritia, et non erit in haereditate contentio. Avaritia, fratres, parentes negat, germanos dividit, separat socios, amicitiam solvit, excludit affectum: hanc qui intra se habuerit, erit nullius, suus non erit. Avaritia, fratres, sicut dixit Apostolus, radix est omnium malorum : quae cum radicari coeperit in corde, sic morum dissipat ornamenta, sicut arbor noxia feralibus radicibus nexa solvit, et dissipat monumenta majorum.

Y como Cristo había venido a corregir, no a condenar al reo, con un precepto quita la yesca de los pleitos, diciendo: Mirad, guardaos de la avaricia (Lc 12,15). Es decir: deséchese la avaricia, y no habrá contienda en la herencia. La avaricia, hermanos, niega a los padres, divide a los hermanos, separa a los compañeros, disuelve la amistad, excluye el afecto: quien la tenga dentro de sí no será de nadie, no será suyo. La avaricia, hermanos, como dijo el Apóstol, es la raíz de todos los males (1 Tim 6,10): y cuando ha comenzado a echar raíces en el corazón, disipa los ornamentos de las costumbres como un árbol dañino, enlazado con raíces funestas, desune y disipa los monumentos de los antepasados.

Sermo CLXIII.

De terrenorum cura despicienda

Beati quorum corda hodiernus Dominici sermonis penetravit auditus. Beati quorum mentes promovit ad fidem tanta et talis promissio Salvatoris. Beati qui credulitate coelestium mandatorum duris absoluti sunt praesentium curis. Tali namque hodie discipulos suos, immo omnes auditores suos, Dominus voce compellat: Nolite solliciti esse animae vestrae quid manducetis, neque corpori vestro quod vestiamini.

Anima plus est quam esca, et corpus plus est quam vestimentum. Quis sic ita invidus bonis suis, quis sic deliciis suis inimicus, ut spontanea et coelitus praeparata despiciat, et concupiscat mundanis laboribus et doloribus conquisita? Degener nimis animus, mens tota servilis est, quae coquorum afflatus, squalores coquinae, hesterno horrore fetentia perquirat obsonia, cui jugiter regius deservit atque adjacet apparatus. Noli ergo, homo, inania providendo gemere, noli laborare caduca praeparando, quia prandii tui semper et ubique Deus praeparator assistit.

Quis rex devotis militibus debitam non procurat annonam? Quis dominus fidelibus servis ista cibaria non ministrat? Quis pater non dat panem filiis? Si ergo nobis Deus, et rex et Dominus, et Pater est, quid negabit? Stipendiis suis militans derogat miles regi; suis sumptibus vivens dominum servus accusat; pro se sollicitus filius culpat superstitem patrem. Noli ergo, homo, exponere Deum pro te taliter cogitando, qui et justitia regnantis, et dominantis studio, et generantis affectu, in se totam tui recepit sollicitudinem, refudit et curam, dicendo: Nolite solliciti esse animae vestrae quid manducetis.

Sermón CLXIII.

Sobre el desprecio del cuidado de las cosas terrenas

Bienaventurados aquellos cuyos corazones ha penetrado hoy la escucha de la palabra del Señor. Bienaventurados aquellos cuyas mentes ha movido hacia la fe tan grande y tal promesa del Salvador. Bienaventurados los que por la creencia en los mandamientos celestiales han quedado libres de los duros cuidados del presente. Pues con tal voz se dirige hoy el Señor a sus discípulos, o más bien, a todos sus oyentes: No andéis preocupados por vuestra vida, qué comeréis, ni por vuestro cuerpo, con qué os vestiréis (Lc 12,22).

La vida es más que el alimento, y el cuerpo es más que el vestido (Lc 12,23). ¿Quién hay tan envidioso de sus propios bienes, quién tan enemigo de sus propias delicias, que desprecie lo que se ofrece espontáneamente y está preparado desde el cielo, y codicie lo conseguido con trabajos y dolores mundanos? Muy degenerado es el ánimo, del todo servil la mente que busca los vahos de los cocineros, las suciedades de la cocina, los manjares que hieden con el horror de ayer, ella, a quien sirve y tiene al lado de continuo un aparato regio. No gimas, pues, hombre, procurando cosas vanas, no te fatigues preparando cosas caducas, porque Dios asiste siempre y en todas partes como preparador de tu comida.

¿Qué rey no procura la debida ración a sus soldados devotos? ¿Qué señor no suministra estos alimentos a sus siervos fieles? ¿Qué padre no da pan a sus hijos? Si, pues, Dios es para nosotros rey y Señor y Padre, ¿qué nos negará? El soldado que milita a sus propias expensas desacredita al rey; el siervo que vive a su propia costa acusa a su señor; el hijo solícito por sí mismo culpa a su padre, que aún vive. No expongas, pues, hombre, a Dios pensando de tal modo por ti mismo, a Dios, que con la justicia del que reina, el celo del que es señor y el afecto del que engendra, ha recibido en sí toda tu solicitud y ha tomado sobre sí tu cuidado, diciendo: No andéis preocupados por vuestra vida, qué comeréis.

Sed te forte mellitus imber, et singularis cibus, Judaici fastidii deterret exemplo, nec carnem credis humorum varietate concretam per solum manna sua voluntate compleri: dicis, Deus sicut corpus ex diversis voluit constare membris, ita variatis dapibus voluit et jussit enutriri. Superfluus est, o homo, iste qui te exagitat timor: nam Creatoris ad prandium tota concurrit et advolat creatura. Unde si te legalis cibi singularitas et parcitas terret, invitet et provocet evangelici convivii coelestis effusio, quae in uno ferculo manducaturo Petro totius apponit genera creaturae. Nam quidquid Noe vector novi saeculi, saeculi servavit ad semen, quidquid in aere volitat et fertur, quidquid gignitur et vivit in terra, quidquid in aquis est, et movetur, hoc uno Petri coelitus mactatur, et exhibetur ad coenam. Si ergo vis, homo, accipere et omnia manducare, despice vilia tibi providere cellaria.

Et nos quidem magnis exemplis tibi superna cogitanti carnalia non defutura probare contendimus: Deus autem pro suae majestatis insignibus de suis dubitantem promissis ad vilia et extrema remittit exempla; ut te tali examinatione redarguat, quem tanta imitatione non traxit. Considerate, inquit, corvos, quia non seminant, neque metunt, quibus non est cellarium, neque horreum, et Deus pascit illos; quanto magis vos pluris estis illis? Dubium merito infidelem ad avem mittit, amicam belli, furoris sociam, insatiatam sanguine, et in ipsos mortuos ferro gravius saevientem. Namque cessante gladio carnifex improbissimus exanime grassatur in corpus, laniat, dissipat, spargit, ne quid funeris inventum, quieti misericors sepultura commendet.

Itaque Dominus exemplo tali exaggerat dubitantis insaniam, qui putat Deum hoc piis filiis denegaturum, quod impiis avibus subministrat; et existimant relinquentibus propter se patriam, domum, parentes, filios, conjuges, victus subsidia non daturum, qui nascenti indulsit crescere, terminavit corporis incrementum. O miserum, o tota infelicitate dignissimum, cui cum detur regnum, suspirat panem; cum perpetuitate donetur, deflet potum; cum immortalitatis gloria induatur, plangit corporis vestimentum. Genuinae infelicitatis conscius, fieri non credit se felicem; et terreno enutritus in pulvere coeli incolam dubitat se futurum.

Convenienter ergo Dominus quae sequuntur adjecit: Quis autem vestrum cogitando potest adjicere ad staturam suam cubitum unum? Humanarum mentium cogitationes intimus scrutator exponit; nam omnis homo dum sui corporis pulchritudinem concupiscit, procerum se esse exoptat: sed cogitare homo hoc potest, hoc per se homo obtinere non potest; ad id credendo pervenit, ad hoc pervenire non potest cogitando.

Pero quizá la lluvia de miel y el alimento único te desaniman con el ejemplo del hastío de los judíos, y no crees que la carne, compuesta de variedad de humores, se sacie con el solo maná, según su voluntad: dices: «Dios, así como quiso que el cuerpo constara de miembros diversos, así quiso y mandó que se nutriera de manjares variados». Superfluo es, oh hombre, ese temor que te acosa: pues al banquete del Creador acude y vuela toda la creación. Por eso, si te asustan la singularidad y la escasez del alimento de la Ley, que te invite y te atraiga la efusión del banquete celestial del Evangelio, que en un solo plato pone delante de Pedro, cuando iba a comer, las especies de toda la creación (Hch 10,11-16). Pues todo lo que Noé, transportador de un siglo nuevo, guardó como semilla del siglo, todo lo que vuela y se mueve en el aire, todo lo que se engendra y vive en la tierra, todo lo que está en las aguas y se mueve, todo esto se inmola desde el cielo en el único plato de Pedro y se presenta para la cena. Si, pues, hombre, quieres recibir y comerlo todo, desdeña procurarte despensas viles.

Y nosotros, ciertamente, nos esforzamos por probarte con grandes ejemplos que, si piensas en lo de arriba, no te faltará lo carnal: pero Dios, en lugar de las insignias de su majestad, remite al que duda de sus promesas a ejemplos viles e ínfimos, para refutarte con tal examen a ti, a quien no atrajo un modelo tan grande para imitar. Considerad, dice, los cuervos, que no siembran ni siegan, no tienen despensa ni granero, y Dios los alimenta; ¿cuánto más valéis vosotros que ellos? (Lc 12,24) Con razón remite al infiel que duda al ave amiga de la guerra, compañera del furor, insaciable de sangre, y que se ensaña con los muertos mismos más cruelmente que el hierro. Pues, cuando cesa la espada, ese verdugo perversísimo se arroja sobre el cuerpo exánime, lo desgarra, lo dispersa, lo esparce, para que la sepultura misericordiosa no encomiende al reposo nada que se encuentre del cadáver.

Así el Señor, con tal ejemplo, pone de relieve la locura del que duda, que piensa que Dios negará a los hijos piadosos lo que proporciona a las aves impías; y piensan que no dará los medios de vida a los que por él dejan patria, casa, padres, hijos, cónyuges, él que concedió al recién nacido crecer y puso término al desarrollo del cuerpo. ¡Oh miserable, oh dignísimo de toda infelicidad, que, cuando se le da un reino, suspira por el pan; cuando se le regala la perpetuidad, llora por la bebida; cuando se le reviste de la gloria de la inmortalidad, se lamenta por el vestido del cuerpo! Consciente de su infelicidad de origen, no cree que pueda hacerse feliz; y, nutrido en el polvo terreno, duda que vaya a ser habitante del cielo.

Con razón, pues, añadió el Señor lo que sigue: ¿Quién de vosotros, pensando, puede añadir un codo a su estatura? (Lc 12,25) El escrutador íntimo expone los pensamientos de las mentes humanas; pues todo hombre, al desear la hermosura de su cuerpo, anhela ser alto: pero esto el hombre puede pensarlo, esto el hombre no puede obtenerlo por sí; a aquello llega creyendo, a esto no puede llegar pensando.

Hinc est quod Dominus humani conscius desiderii hominem Christi tetendit in formam, ut in mensuram Christi speciositate tota decorus esset, qui in brevitate sua erat ipso erubescente deformis; unde bene subjunxit: Si ergo neque quod minimum est potestis, de caeteris quid solliciti estis? Hoc est, quid cogitatione, homo, majora praesumis, qui per fidem minora desperas? Quid vestimento minus, quid majus corporis incremento? Crede ergo tibi a Deo vestitum corporis posse praestari, a quo tibi fides corporis incrementa repromittit.

Verum, quia Deus sic humanum diligit genus, ut ipsos quos dominantis jure corripit, mox paterno soletur, et mulceat blandimento, quos comparatione foedissimae avis exasperasse videbatur, ad floris odorati et speciosi nimium hos reducit exemplum. Considerate, inquit, lilia quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut unum ex istis. O quantum se superna pietas hominis amore deponit! Nam qui poterat praecepta sua sola auctoritate firmare, toto insinuat et astruit labore doctoris, et qui sufficiebat in sola fide promissionis suae terminum collocare, auditores ad fidem promissi suasoris perducit exemplo; dubios lilii comparatione confirmat, lilium Salomonis sublimat exemplo: quia ipso Domino testante, inter omnes mundi reges Salomon singulari gloria, ornatu unico, speciosus effulsit, et omnes terrae flores lilium vincit et praecellit in gratia; tantumque distat ab universo germine lilium, quantum regem specie, gloria, cunctis, constat excellere.

Nec a nobis latius lilii describenda est pulchritudo, cujus praerogativam Dominica testatio reddit singularem: iteranda sunt sane illa quae ad robur fidei nostrae geminato Dominus commendavit exemplo; quia Christianus de vita, de regno, de immortalitate certus, de pastus et vestitus non debet necessitate pulsari, cum videat Deum hodie nato, et perituro in crastinum germini tantam vestibus gloriam contulisse. Sed sicut ariditate ista, sicut clibani deputantur incendio, ita mortis, ita gehennae ignibus destinantur, qui praesentia sibi a Deo praestari dubitant, cum futura sibi jam sentiant contributa.

De ahí que el Señor, conocedor del deseo humano, extendió al hombre hasta la forma de Cristo, para que fuera hermoso con toda la belleza de la medida de Cristo el que en su pequeñez era deforme, avergonzándose él mismo de ello; por eso añadió con razón: Si, pues, no podéis ni siquiera lo que es mínimo, ¿por qué os preocupáis por lo demás? (Lc 12,26) Es decir: ¿por qué, hombre, presumes cosas mayores pensando, tú que por la fe desesperas de las menores? ¿Qué hay menor que el vestido, qué mayor que el crecimiento del cuerpo? Cree, pues, que Dios puede darte el vestido del cuerpo, él, de quien la fe te promete el crecimiento del cuerpo.

Pero, como Dios ama de tal modo al género humano que a los mismos a quienes corrige con el derecho del señor al punto los consuela y acaricia con halago paterno, a los que parecía haber irritado con la comparación de un ave asquerosísima los conduce al ejemplo de una flor fragante y hermosísima. Considerad, dice, los lirios, cómo crecen: no trabajan ni hilan. Pero os digo que ni Salomón en toda su gloria se vestía como uno de ellos (Lc 12,27). ¡Oh, cuánto se abaja la piedad de lo alto por amor del hombre! Pues el que podía afirmar sus preceptos con la sola autoridad, los inculca y los establece con todo el trabajo de un maestro, y el que bastaba para poner el término de su promesa en la sola fe, conduce a los oyentes a la fe en lo prometido con el ejemplo del que persuade; confirma a los que dudan con la comparación del lirio, ensalza el lirio con el ejemplo de Salomón: porque, según el testimonio del Señor mismo, entre todos los reyes del mundo Salomón resplandeció hermoso por una gloria singular, por un ornato único, y el lirio vence y aventaja en gracia a todas las flores de la tierra; y tanto dista el lirio de todo lo que brota, cuanto consta que el rey aventaja a todos en hermosura, en gloria.

Ni hemos de describir nosotros más ampliamente la belleza del lirio, cuya prerrogativa la hace singular el testimonio del Señor: pero hay que repetir, sin duda, aquello que el Señor encomendó con doble ejemplo para robustecer nuestra fe; porque el cristiano, seguro de la vida, del reino, de la inmortalidad, no debe ser acosado por la necesidad del alimento y del vestido, cuando ve que Dios ha dado tan gran gloria de vestiduras a una planta nacida hoy y que perecerá mañana. Pero así como estas cosas, por su sequedad, son destinadas al fuego como en el horno (Lc 12,28), así son destinados a los fuegos de la muerte, a los fuegos de la gehena, los que dudan que Dios les conceda lo presente, cuando sienten ya que se les ha otorgado lo futuro.

Et vos nolite quaerere quid manducetis, aut quid bibatis, et nolite in sublimia tolli; haec enim omnia gentes mundi quaerunt. Pater autem vester scit quoniam his indigetis. Verumtamen quaerite regnum Dei, et haec omnia adjicientur vobis. Cum se patrem nostrum dicit, nostri sibi piam curam comprobat non deesse: cum nos regnum coeleste jubet quaerere, subjicienda monstrat omnia; nobis quidquid coelestis exigit apparatus indicat adfuturum.

Y vosotros no busquéis qué comeréis o qué beberéis, y no os elevéis a lo sublime; pues todas estas cosas las buscan las gentes del mundo. Pero vuestro Padre sabe que tenéis necesidad de ellas. Buscad, en cambio, el reino de Dios, y todas estas cosas se os añadirán (Lc 12,29-31). Cuando se llama padre nuestro, muestra que no le falta un piadoso cuidado de nosotros: cuando nos manda buscar el reino celestial, muestra que todo se ha de añadir; indica que estará a nuestra disposición todo lo que requiere el aparato celestial.

Sermo CLXIV.

De igne coelesti, de separatione facta a Christo, et de Ecclesiae et Synagogae divisione. In illud Lucae: Ignem veni mittere in terram, etc.

Sicut febrientibus amarus est semper salutaris cibus, ita et saepe Dominicus sermo contrarius imperitis: utrisque tamen aliter, aut ex corporis, aut ex mentis infirmitate contingit. Hodie Dominus exasperasse nonnullorum videtur auditum, dicendo: Ignem veni mittere in terram, et quid volo, nisi ut accendatur? Et infra: Putatis quia pacem veni mittere in terram? Non, dico vobis, sed separationem.

Et ubi est illud: Ecce Agnus Dei? Ubi illud: Sicut ovis ad occisionem ductus est, et sicut agnus coram tondente se mutus, sic non aperuit os suum? Sed et illud: Dicite filiae Sion: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus? Et quid est quod Agnus iste tam dure in praedicatione percutit? Quid sic arietat in verbo, qui in passione tanta patientia tacet, in morte tota humilitate succumbit? Et revera, fratres, mundum suum Christus per omnia mitis et mansuetus intravit, dum nascitur nostro dulcis in germine, dum cunis blande blandior ipse fovetur, dum parvulus in gremio se fundit et resolvit humano, dum parentis in collo stringitur, et stringit toto charitatis amplexu. Et ut enutriat toto dum nutritur affectu, per omnes sensim currit et adolescit aetates: pauper agit semper, solitarius semper incedit, quia pauper communis est semper; patet omnibus solitarius semper.

Et quid est quod tantum verbis spargit ignem, quod tanta et talia inflammat, et dilatat incendia, dicendo: Ignem veni mittere in terram? Quid est? Ager quoties longa incuria silvescit, et toto luxuriae agrestis sordescit horrore, peritissimi cultoris utique semper aperitur et purgatur incendio: ac studio benigno cultor ignis apponitur, ut exustis sentibus reveletur prima facies campi, praestetur agricolae libera, fiat facilis via vomeri, sit germinis ferax sterilis diu terra, et longa ac moesta otia laeto laetissima jam repenset in fructu.

Sermón CLXIV.

Sobre el fuego celestial, sobre la separación hecha por Cristo, y sobre la división de la Iglesia y la Sinagoga. Sobre aquello de Lucas: «He venido a echar fuego sobre la tierra», etc.

Así como a los que tienen fiebre les es siempre amarga la comida saludable, así también la palabra del Señor resulta a menudo contraria a los inexpertos; a unos y a otros, sin embargo, les sucede de otro modo: por debilidad o del cuerpo o de la mente. Hoy el Señor parece haber exasperado el oído de algunos, al decir: He venido a echar fuego sobre la tierra, ¿y qué quiero sino que se encienda? (Lc 12,49) Y más abajo: ¿Pensáis que he venido a enviar paz a la tierra? No, os digo, sino separación (Lc 12,51).

¿Y dónde queda aquello de: He aquí el Cordero de Dios (Jn 1,29)? ¿Dónde aquello: Como oveja fue llevado al matadero, y como cordero mudo ante el que lo esquila, así no abrió su boca (Is 53,7)? ¿Y también aquello: Decid a la hija de Sion: He aquí que tu rey viene a ti, manso (Mt 21,5)? ¿Y qué es esto, que este Cordero hiera tan duramente en su predicación? ¿Por qué embiste así como un carnero con su palabra quien en la Pasión calla con tanta paciencia y en la muerte sucumbe con toda humildad? Y en verdad, hermanos, Cristo entró en su mundo manso y apacible en todo: al nacer, dulce, en nuestro germen; al ser acariciado tiernamente en la cuna, él más tierno todavía; al derramarse, pequeñito, y abandonarse en un regazo humano; al ser estrechado al cuello de su madre, y estrecharlo con todo el abrazo de la caridad. Y para nutrir con todo su afecto mientras es nutrido, recorre poco a poco todas las edades y crece: vive siempre pobre, anda siempre solitario, porque el pobre es siempre de todos; el solitario está siempre abierto a todos.

¿Y qué es esto, que esparza tanto fuego con sus palabras, que inflame y propague incendios tan grandes y tales, diciendo: He venido a echar fuego sobre la tierra? ¿Qué es? Cuando un campo, por largo descuido, se vuelve selva y se ensucia con todo el horror de una maleza agreste, siempre se abre y se limpia con el fuego de un cultivador expertísimo: el cultivador aplica el fuego con solicitud benigna, para que, quemadas las zarzas, se descubra el primer rostro del campo y se entregue libre al labrador, se haga fácil el camino al arado, la tierra largo tiempo estéril se vuelva fecunda en semilla, y, gozosísima, compense ya con fruto gozoso su largo y triste reposo.

Ergo ubi Judaicus cespes continuo aratro legis et jugi cultu effetus ad inopiam, non respondit germini, non labori, sed pro tritico lolium reddidit, protulit pro viribus spinas, Christus ad sata gentium divini cultus convertit industriam: ac diu oppressa dumis nationum cupiens novalia purgare, ignem mittit primum maximus magister in terram, et quidquid naturalis squalefecerat luxus, quidquid arefecerat brumalis rigor, artifici depurgat et consumit incendio; quatenus sola longo exhausta jejunio ipso suo cinere saginata pinguescerent, et post diuturnam duritiem tenera redderentur et mollia; ac sic evangelico apta cultu semini redderentur commoda; et felici sulco jam redderent tricesimum, sexagesimum ac centesimum fructum.

Sed hic ipse cultus non est novus agricolae veteri et coelesti, nam legem pangere, gratiam serere, ignis semper uti opere consuevit. Daturus legem ignem praemisit in rubo; sed divinum rubus portavit, non concepit incendium, jam tunc aculeis malitiae plenum et ingratum culturae legis populum praefigurans. Et nunc in arva gentium cum destinaret apostolos, sic eos igneo imbre perfudit, et ignis consedit super eos, ut possent humecta siccare, sicca infundere, decoquere cruda, frigida calefacere, accendere exstincta, comburere noxia, et in opere diverso uno atque eodem igne ad coelestem copiam tota percolere deserta terrarum, dicente propheta: In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum.

Sed ad illud jam quod sequitur transeamus. Ignem veni mittere in terram, et quid volo nisi ut accendatur? Sed baptismo habeo baptizari, et quomodo coarctor donec perficiatur? Urget aqua ignem: cogitanda est talis, tam divisa conjunctio. Urget unda flammam, multiplicat flamma undam. Quae est talis, tam concors ista discordia? Geritur hic, sicut diximus, agricolae divini species: plena namque omnia calore germinant, humore nutriuntur. Unde rerum parens Deus ignis et aquae commercio nos germinat, nos enutrit, quorum tanto ardet, calet, exaestuat, anhelat affectu. Baptismo habeo baptizari. Christus suo baptizatur in sanguine, ut quidquid ex nostra carne suscepit, diluatur, renovetur, et totam suae divinae majestatis redigatur in formam. Baptizatur Christus suae baptismate Passionis, qui totius peccatum mundi lavit, quod non nisi ab eo qui mundum fecerat, poterat aboleri.

Putatis, ait, quia pacem veni mittere in terram? Non, dico vobis, sed separationem. Quare? Quia conjunctio coelestis est in ista separatione terrena. Nemo potest connecti terrae, et jungi coelo. Grata ergo et chara sit ista terrena separatio, quae nos sic a terrenis separat, ut inserat nos divinis.

Así pues, cuando el césped judío, agotado hasta la indigencia por el arado continuo de la Ley y por un cultivo incesante, no respondió a la semilla ni al trabajo, sino que devolvió cizaña por trigo y produjo espinas con todas sus fuerzas, Cristo volvió la industria del cultivo divino hacia los sembrados de los gentiles; y, deseando limpiar los barbechos de las naciones, largo tiempo ahogados por las zarzas, el maestro supremo echa primero fuego sobre la tierra, y todo lo que había afeado la maleza natural, todo lo que había secado el rigor del invierno, lo purga y lo consume con fuego de artífice; a fin de que los suelos, extenuados por un largo ayuno, engordasen abonados con su propia ceniza, y tras larga dureza se volviesen tiernos y blandos; y así, aptos para el cultivo evangélico, quedasen dispuestos para la semilla; y en surco dichoso diesen ya fruto del treinta, del sesenta y del ciento por uno.

Pero este mismo cultivo no es nuevo para el antiguo y celestial labrador, pues para plantar la Ley, para sembrar la gracia, siempre acostumbró servirse de la obra del fuego. Cuando iba a dar la Ley, envió delante el fuego en la zarza (Ex 3,2); pero la zarza llevó el incendio divino, no lo concibió, prefigurando ya entonces a un pueblo lleno de las espinas de la malicia e ingrato al cultivo de la Ley. Y ahora, al destinar a los apóstoles a los campos de los gentiles, los empapó de tal modo con una lluvia de fuego, y el fuego se posó sobre ellos (Hch 2,3), que pudieran secar lo húmedo, empapar lo seco, cocer lo crudo, calentar lo frío, encender lo apagado, quemar lo dañino, y, en obra diversa, con un solo y mismo fuego, cultivar para la abundancia celestial todos los desiertos de la tierra, como dice el Profeta: Por toda la tierra salió su sonido, y hasta los confines del orbe sus palabras (Sal 19,5).

Pero pasemos ya a lo que sigue. He venido a echar fuego sobre la tierra, ¿y qué quiero sino que se encienda? Pero tengo que ser bautizado con un bautismo, ¿y cómo me siento apremiado hasta que se cumpla? (Lc 12,50) El agua apremia al fuego: hay que meditar una unión tal, tan dividida. La onda apremia a la llama, la llama multiplica la onda. ¿Qué discordia es esta, tan grande, tan concorde? Aquí, como dijimos, se representa la figura del labrador divino: pues todas las cosas germinan llenas de calor y se nutren de humedad. Por eso Dios, padre de todas las cosas, nos hace germinar y nos nutre con el comercio del fuego y del agua, él que arde, se enciende, hierve y jadea por nosotros con tan gran afecto. Tengo que ser bautizado con un bautismo. Cristo es bautizado en su propia sangre, para que todo lo que asumió de nuestra carne sea lavado, renovado y llevado a la forma entera de su divina majestad. Cristo es bautizado con el bautismo de su Pasión, él que lavó el pecado del mundo entero, que no podía ser abolido sino por aquel que había hecho el mundo.

¿Pensáis, dice, que he venido a enviar paz a la tierra? No, os digo, sino separación. ¿Por qué? Porque la unión celestial está en esta separación terrena. Nadie puede estar atado a la tierra y juntado al cielo. Sea, pues, grata y querida esta separación terrena, que de tal modo nos separa de lo terreno que nos injerta en lo divino.

Erunt, inquit, ex hoc quinque in domo una divisi, tres in duo, et duo in tres: dividetur pater in filium, et filius in patrem; mater in filiam, et filia in matrem; socrus in nurum suam, et nurus in socrum suam. Cum quinque dixerit ex una domo dividendos numero, nomina sex dividentur, pater, filius, mater, filia, socrus, nurus: sed quia est ipsa socrus quae mater est, certum est quinque tantum personas in his nominibus inveniri. Dividuntur autem tres in duo, dum in sponso sponsa conjuncta, socrus quae tertia est, divisa remanebit in domo. Ergo ista in qua Ecclesia conjungitur Christo Synagoga, quae mater est, et socrus, permanet suo jam marito perdivisa. Duo ergo in tres ita dividuntur, dum de isto Christi et Ecclesiae consortio altera haeres scinditur et dividitur Synagoga, ut Christus et Ecclesia divisi ab haereticis, uno maneant et jungantur in Spiritu.

Dividitur et pater in filium, et filius in patrem, dum Judaicus populus qui per carnalem Christi generationem paternum sortitus est nomen, a Christo Filio per invidiam separatur, pater lividus in odium vertit affectum, cui filii gloria jugis est poena, est continuus cruciatus, dicente Apostolo: Quorum patres, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in saecula. Dividitur et mater in filiam: est namque Synagoga mater, ex qua per Petrum et caeteros apostolos nascitur Ecclesia filia, quae ubi divini regis Christi meruit habere consortium, matrem et aemulam pertulit et novercam. Et quae filiae mater talis, qualis nurui socrus? Haec namque Synagoga mater, ubi Ecclesiam nurum vidit ex gentibus advenisse, occidit scelesta filium, nurus consortium ne videret: occidit Christum, si vel sic amorem nurus furibunda valeret exstinguere. Sed ex morte totum resurrexit in Ecclesiae conjugium Christus; ut probaret charitatem non separari morte, sed crescere.

Arguit eos autem Dominus qui faciem coeli, ortus nubium, stellarum cursus, plagas orbis student nimia curiositate perquirere, et tempus salutis suae nullis studiis, nullis indiciis nituntur agnoscere. Hypocritae, ait, faciem coeli et terrae nostis probare; et quomodo tempus istud non probatis? Oculus effusus perdit lumen, quia tota hominis intra pupillam visio continetur. Ne ergo studeas videre multa, ut videas temetipsum; ne praesumas excelsa contueri, nec longinqua ambias conspicere, quia angustus oculus non capit multa, non penetrat excelsa, longinqua non perspicit, atque ita videt nihil, qui videre existimat totum. Agnosce ergo diem salutis, tempus acceptum per Christum Jesum Dominum nostrum, si vis a te.

...

Habrá, dice, desde ahora cinco divididos en una sola casa, tres contra dos y dos contra tres: se dividirá el padre contra el hijo, y el hijo contra el padre; la madre contra la hija, y la hija contra la madre; la suegra contra su nuera, y la nuera contra su suegra (Lc 12,52-53). Aunque dijo que serían divididos cinco en número de una sola casa, se dividirán seis nombres: padre, hijo, madre, hija, suegra, nuera; pero como la suegra es la misma que es madre, es cierto que en estos nombres se hallan solo cinco personas. Se dividen tres contra dos en cuanto que, juntada la esposa al esposo, la suegra, que es la tercera, quedará dividida en la casa. Así pues, esta Sinagoga en la que la Iglesia se junta a Cristo, y que es madre y suegra, permanece ya del todo dividida de su marido. Y dos se dividen contra tres de este modo: en cuanto que de este consorcio de Cristo y de la Iglesia se escinde y se divide la Sinagoga, la otra heredera, para que Cristo y la Iglesia, divididos de los herejes, permanezcan y se junten en un solo Espíritu.

Se divide también el padre contra el hijo, y el hijo contra el padre, en cuanto que el pueblo judío, que por la generación carnal de Cristo obtuvo el nombre de padre, se separa por envidia de Cristo Hijo: el padre, lleno de rencor, convierte su afecto en odio, él para quien la gloria del hijo es un castigo perpetuo, es un tormento continuo, como dice el Apóstol: De ellos son los padres, de los cuales es Cristo según la carne, el cual está sobre todas las cosas, Dios bendito por los siglos (Rom 9,5). Se divide también la madre contra la hija: porque la Sinagoga es la madre, de la cual por medio de Pedro y de los demás apóstoles nace la Iglesia hija, la cual, cuando mereció tener el consorcio de Cristo, rey divino, soportó a su madre como rival y como madrastra. ¿Y qué madre es para su hija lo que la suegra para la nuera? Porque esta Sinagoga madre, cuando vio que la Iglesia, la nuera, había llegado de entre los gentiles, mató malvadamente al hijo para no ver el consorcio de la nuera: mató a Cristo, por si al menos así, furiosa, lograba extinguir el amor de la nuera. Pero de la muerte Cristo resucitó para unas nupcias enteras con la Iglesia, para probar que la caridad no se separa con la muerte, sino que crece.

Ahora bien, el Señor reprende a los que se afanan por escrutar con excesiva curiosidad el rostro del cielo, el surgir de las nubes, el curso de las estrellas, las regiones del orbe, y no se esfuerzan con ningún estudio, con ningún indicio, por reconocer el tiempo de su salvación. Hipócritas, dice, sabéis examinar el rostro del cielo y de la tierra; ¿y cómo es que no examináis este tiempo? (Lc 12,56) El ojo que se derrama pierde la luz, porque toda la visión del hombre se contiene dentro de la pupila. No te afanes, pues, por ver muchas cosas, para que te veas a ti mismo; no presumas de contemplar lo excelso, ni pretendas divisar lo lejano, porque el ojo estrecho no abarca muchas cosas, no penetra lo excelso, no alcanza a ver lo lejano, y así nada ve quien cree verlo todo. Reconoce, pues, el día de la salvación, el tiempo aceptable (2 Cor 6,2), por Cristo Jesús nuestro Señor, si quieres, desde ti mismo.

...

Sermo CLXV.

De consecratione D. Projecti episcopi Foro-Corneliensis

Omnibus quidem Ecclesiis venerationem debere me profiteor, et fidelissimam servitutem: sed Corneliensi Ecclesiae inservire peculiarius ipsius nominis amore compellor. Cornelius namque memoriae beatissimae vita clarus, cunctis virtutum titulis ubique fulgens, operum magnitudine notus universis, pater mihi fuit, ipse me per Evangelium genuit, ipse pius piissime nutrivit, ipse sanctus sancta instituit servitute, ipse pontifex sacris obtulit et consecravit altaribus: et ideo mihi clarum, colendum, mirabile Cornelii nomen. Amor ergo cognominis me compellit Corneliensis Ecclesiae desideriis desideranter occurrere, et Projectum venerabilem virum amabilius pontificem consecrare.

Projectum dixi, sed non abjectum, juxta illud: In te projectus sum ex utero; de ventre matris meae Deus meus es tu. Et vere iste Projectus ex utero humanae matris matris divinae in utero jugiter mansit, qui domus suae nescius, domus Dei esse perstitit habitator.

Qualiter autem, fratres, cunabulis ab ipsis gradus Ecclesiasticae militiae conscenderit et officia, quia dicere mihi longum est, sicut dicit Dominus, aetatem habet, ipse pro se loquatur, per Dominum nostrum Jesum Christum, qui vivit et regnat cum Spiritu sancto in saecula saeculorum, Amen.

Sermón CLXV.

Sobre la consagración de san Proyecto, obispo de Forum Cornelii

Declaro que debo veneración a todas las iglesias, y un servicio fidelísimo; pero a servir a la iglesia de Forum Cornelii me impulsa más particularmente el amor de su mismo nombre. Pues Cornelio, de beatísima memoria, ilustre por su vida, resplandeciente en todas partes con todos los títulos de las virtudes, conocido de todos por la grandeza de sus obras, fue padre para mí: él me engendró por el Evangelio (1 Cor 4,15), él, piadoso, me crió piadosísimamente, él, santo, me formó en un santo servicio, él, como pontífice, me ofreció y me consagró a los sagrados altares; y por eso el nombre de Cornelio es para mí ilustre, venerable, admirable. El amor al homónimo me impulsa, pues, a salir con deseo al encuentro de los deseos de la iglesia de Forum Cornelii, y a consagrar pontífice, con más amor, a Proyecto, varón venerable.

Dije Proyecto, pero no abyecto, según aquello: En ti fui arrojado desde el seno; desde el vientre de mi madre tú eres mi Dios (Sal 22,11). Y en verdad este Proyecto, desde el seno de una madre humana, permaneció continuamente en el seno de la madre divina, él que, sin conocer su propia casa, perseveró en ser morador de la casa de Dios.

Pero cómo, hermanos, desde la misma cuna subió los grados y oficios de la milicia eclesiástica, puesto que contarlo me sería largo, como dice el Señor: Edad tiene, hable él por sí mismo (Jn 9,21), por nuestro Señor Jesucristo, que vive y reina con el Espíritu Santo por los siglos de los siglos. Amén.

Sermo CLXVI.

De quadragesimali jejunio

Habet quidem simplicitas innocentiae suae gratiam, habet fidei suae fructum; scientiae praemium habere non potest, palmam habere non potest virtutum. Aliud est otio et securitati suae vivere, aliud est pro omnibus ferre vigilias et labores. Simplicitas civem bonum facit, non facit militem fortem: hinc est quod ille censum solvit, hic stipendia percipit et honores. Civis aut cedit aut succumbit adversis, adversa miles sustinet et propellit; ille pugnare non didicit, hic non timere; ille cavet semper, hic vincit. Haec diximus, ut quae sit distantia monstraremus inter eum qui Christianae fidei simpliciter accipit et sequitur sacramentum, et inter eum qui studet ipsius fidei et apprehendere scienter, et nosse mysterium.

Ecce Quadragesimae jejunium, quod devotione solemni die crastino suscipit universalis Ecclesia: multi putant abstinentiae tantum studio, vel nobis traditum, vel pro nobis Dominum peregisse, nec altioris intelligentiae continere mysterium, sed solummodo castigandis corporibus, resecandis vitiis, temperandis mentibus hoc provisum. Porro quadragenarius iste numerus tam sacratus esse a saeculis, tam mysticus reperitur, ut semper efficiendis rebus divinis, et maximis Dei negotiis explicandis adhibitus lege inviolabili perscribatur. Quod ut luceat ad purum copiosissimis percurramus exemplis.

Cum mundus intra generis humani primordia perdeflenda, nefando vitiorum squalore sordesceret, et totus criminum feteret horrore, ac pene ipso iniquitatis suae fumo fuscare coeli tantam contenderet claritatem, quadraginta diebus ac noctibus expiaturus terram, coelestis imber effunditur: ut, quia perire sibi mundus, quod factus fuerat, jam debebat, gauderet tali baptismate se renatum, sciretque quod est, non se naturae, sed auctoris sui gratiae, jam debere; ipsamque nostri baptismatis formam terra, nostri corporis origo, praelibaret; ut quae ante natos homines producebat ad mortem, hos ad vitam produceret jam renatos. Attendite, fratres, quantus sit quadragenarius numerus iste, qui et tunc coelum terris aperuit abluendis, et nunc fonte baptismatis orbem totum pandit gentibus innovandis. Merito nos quadraginta diebus per jejunium currimus, ut perveniamus ad fontem baptismatis et salutis.

Sermón CLXVI.

Sobre el ayuno cuaresmal

La sencillez tiene, ciertamente, la gracia de su inocencia, tiene el fruto de su fe; el premio de la ciencia no puede tenerlo, la palma de las virtudes no puede tenerla. Una cosa es vivir para el propio ocio y la propia seguridad, otra soportar vigilias y trabajos por todos. La sencillez hace un buen ciudadano, no hace un soldado valiente: por eso aquel paga tributo, este recibe soldada y honores. El ciudadano o cede o sucumbe ante la adversidad; el soldado soporta la adversidad y la rechaza; aquel no aprendió a luchar, este aprendió a no temer; aquel siempre se guarda, este vence. Esto hemos dicho para mostrar qué distancia hay entre aquel que recibe y sigue con sencillez el sacramento de la fe cristiana, y aquel que se afana por comprender con ciencia y por conocer el misterio de esa misma fe.

He aquí el ayuno de la Cuaresma, que mañana emprende con devoción solemne la Iglesia universal: muchos piensan que, solo por afán de abstinencia, o nos fue transmitido, o el Señor lo cumplió por nosotros, y que no encierra el misterio de una inteligencia más alta, sino que fue dispuesto únicamente para castigar los cuerpos, cercenar los vicios, templar las mentes. Ahora bien, este número cuarenta se halla tan sagrado desde los siglos, tan místico, que por una ley inviolable consta como empleado siempre para realizar las cosas divinas y llevar a cabo los mayores asuntos de Dios. Para que esto brille con toda claridad, recorramos ejemplos abundantísimos.

Cuando el mundo, en los lamentabilísimos comienzos del género humano, se ensuciaba con la nefanda inmundicia de los vicios, y apestaba entero con el horror de los crímenes, y casi pretendía oscurecer con el humo mismo de su iniquidad la tan grande claridad del cielo, se derrama durante cuarenta días y cuarenta noches una lluvia celestial para purificar la tierra (Gn 7,12): para que, como el mundo debía ya perecer por sí mismo en cuanto a lo que había sido hecho, se alegrase de haber renacido por tal bautismo, y supiese que lo que es ya no se lo debe a la naturaleza, sino a la gracia de su autor; y para que la tierra, origen de nuestro cuerpo, preludiase la forma misma de nuestro bautismo; para que la que antes producía a los hombres nacidos para la muerte los produjese ya renacidos para la vida. Atended, hermanos, cuán grande es este número cuarenta, que entonces abrió el cielo para lavar las tierras, y ahora con la fuente del bautismo abre el orbe entero para renovar a las naciones. Con razón corremos nosotros cuarenta días mediante el ayuno, para llegar a la fuente del bautismo y de la salvación.

Quadraginta annis populum Judaeorum panificus in eremo pavit imber: nec solito ministratu incrementa germinis produxit e terra, sed ipse terris potius fluxit frumenta; totumque servitutis humanae ademit laborem, qui blando rore esurientibus coelestem praebuit et evexit annonam. Quadraginta diebus terram repromissionis exploratio missa divinitus circuivit: ut hic sacratus numerus promissas Israeliticum populum evocaret ad terras, qui nos quadragenariis jejuniorum cursibus evocat, et perducit ad coelum. Namque et nostri corporis terram quadraginta diebus explorat nunc et circuit coelestis inspectio, ut expugnatis et expulsis vitiorum gentibus, regionem nostri cordis possideat turba virtutum.

Et quia nihil omittendum est, Moyses ipse dierum quadraginta jejunio ita humano defaecatus est et exinanitus a corpore, ut totus divinitatis mutaretur in gloriam; et adhuc in nostri corporis obscuro toto fulgeret lumine deitatis; neque intueri eum mortalium visus posset, qui substantia Dei diu pastus tota mortalis cibi oblitus fuerat adjumenta: unde didicit coram Deo et cum Deo commorantibus vitae subsidia non deesse. Et revera, fratres, nescit lassari, mori non potest, cui panis, cui vita Deus est. Merito hic talis legem sancire meruit, qui totum quidquid in homine lex urgere poterat, peramisit. Praestiterat hoc Moysi juge fortasse jejunium; sed nondum reddiderat talem, si defuisset quadragenarius numerus hic sacratus.

Jejunium Eliam levavit ad coelum, et purificato sic corpori ignei currus addixit obsequium; ut ostenderet gehenna, quae exurit reos, innocuis quam deservit: sed ut ad hoc perveniat et Elias, quadragenarii numeri ante viam mysticam praecurrit. Ezechiel eximius prophetarum quadraginta diebus jacens latere uno, scientibus legem loquor, captivitatem futuram dum praefigurat, absolvit: quia sacratus numerus iste suscipit iniquitates, ut deleat; captivitates ut absolvat ingreditur; vincula patitur, ut relaxet. Hinc est ergo quod Dominus, auctor a saeculis in hoc numero absconditi sacramenti, intra ipsum numerum dierum quadraginta jejunii, ut quod adumbraverat in famulis ipsa per se jam Veritas, facta et coepta perficeret, firmaret tenera, inchoata suppleret, et quae praeceptis instituerat, roboraret exemplo; non enim suffecerat hoc tantum tanti numeri sacramentum imperasse verbis, nisi commendasset et facto.

Durante cuarenta años una lluvia panificadora alimentó en el desierto al pueblo de los judíos (Ex 16,35): no produjo de la tierra el crecimiento de la semilla por el ministerio acostumbrado, sino que más bien ella misma hizo fluir el grano sobre las tierras; y quitó todo el trabajo de la servidumbre humana, ella que con suave rocío ofreció y trajo a los hambrientos un sustento celestial. Durante cuarenta días la exploración enviada por Dios recorrió la tierra de la promesa (Nm 13,25): para que este número sagrado llamase al pueblo israelita hacia las tierras prometidas, él que a nosotros nos llama con los cursos de cuarenta días de los ayunos y nos conduce hasta el cielo. Pues también ahora una inspección celestial explora y recorre durante cuarenta días la tierra de nuestro cuerpo, para que, vencidas y expulsadas las naciones de los vicios, la muchedumbre de las virtudes posea la región de nuestro corazón.

Y como nada hay que omitir, Moisés mismo, con un ayuno de cuarenta días (Ex 24,18), de tal modo fue purificado y vaciado del cuerpo humano, que todo entero se transformó en la gloria de la divinidad; y, todavía en la oscuridad de nuestro cuerpo, resplandecía con toda la luz de la deidad; y la vista de los mortales no podía mirarlo, a él que, alimentado largo tiempo con la sustancia de Dios, se había olvidado de todos los auxilios del alimento mortal: de donde aprendió que a los que moran ante Dios y con Dios no les faltan los sustentos de la vida. Y en verdad, hermanos, no sabe de cansancio, no puede morir aquel cuyo pan, cuya vida es Dios. Con razón mereció un hombre así sancionar la Ley, él que había dejado todo cuanto en el hombre la Ley podía apremiar. Quizá un ayuno perpetuo habría logrado esto para Moisés; pero no lo habría hecho todavía tal, si hubiese faltado este sagrado número cuarenta.

El ayuno elevó a Elías al cielo (2 Re 2,11), y al cuerpo así purificado le asignó el servicio de un carro de fuego, para mostrar cómo sirve a los inocentes la gehena, que abrasa a los culpables: pero para que también Elías llegase a esto, recorrió antes el camino místico del número cuarenta (1 Re 19,8). Ezequiel, eximio entre los profetas, yaciendo cuarenta días sobre un costado (Ez 4,6) —hablo a quienes conocen la Ley—, al prefigurar la cautividad futura, la libera: porque este número sagrado toma sobre sí las iniquidades para borrarlas; entra en las cautividades para liberarlas; padece cadenas para soltarlas. Por eso, pues, el Señor, autor del misterio escondido desde los siglos en este número, se mantuvo dentro de ese mismo número de cuarenta días de ayuno (Mt 4,2), para que lo que había esbozado en sus criados, la Verdad misma, ya por sí misma, lo llevase a término una vez hecho y comenzado, afianzase lo tierno, completase lo incoado, y corroborase con el ejemplo lo que había establecido con preceptos; pues no habría bastado haber ordenado con palabras este misterio tan grande de un número tan grande, si no lo hubiese recomendado también con el hecho.

Et tamen, fratres, a tempore diluvii sacramenti hujus contendimus aperire mysterium, non ausi anteriora contingere, superiora rimari, loqui tacita, tam diu certe reposita proferre: praesertim cum mihi temerarium et vobis non necessarium videam causarum tales tantasque origines perscrutari. Verae devotionis est, fidelissimae servitutis est, quid fieri velit, non quare velit dominator, inquirere.

Si ergo quadraginta dierum simplex, purum, aequale, tantis testimoniis, sub tanti numero sacramenti traditum nobis a Domino jejunium perdocetur, unde ista varietas, unde novitas ista, unde hebdomadae nunc resolutae, nunc rigidae, nunc indulgentes nimium, nunc severae? Unde intemperati jejunii usus iste, qui aut afficiat sine venia, aut remittat ad crapulam? Hoc est, separatim calida, separatim frigida, separatim salis, separatim cibi remedia suis usibus deputare, et totum vitae negligere conditorem? Certe qui corporis cibos condiunt, sapienter discant animae pabulum temperare, ne aut plus salitum, aut penitus insulsum salutaris cibi generat lethale fastidium. Jejunium sit aequale: et, ut est nobis traditum, servetur ad corporis et animae disciplinam. Certe qui jejunare non potest, non praesumat inducere novitatem: sed fateatur esse fragilitatis propriae quod relaxat, et redimat eleemosynis quod non potest supplere jejuniis; quia illius gemitus Dominus non requirit, qui pro se gemitus pauperum sic redemit.

Y sin embargo, hermanos, desde el tiempo del diluvio nos hemos esforzado por abrir el misterio de este sacramento, sin atrevernos a tocar lo anterior, a escudriñar lo más alto, a decir lo callado, a sacar a la luz lo que, con certeza, estuvo guardado tanto tiempo: sobre todo porque veo que para mí sería temerario y para vosotros no necesario escudriñar tales y tan grandes orígenes de las causas. Es propio de la verdadera devoción, es propio de un servicio fidelísimo, inquirir qué quiere el señor que se haga, no por qué lo quiere.

Si, pues, por tantos testimonios se demuestra que el Señor nos transmitió, bajo el misterio de un número tan grande, un ayuno de cuarenta días sencillo, puro, igual, ¿de dónde esta variedad, de dónde esta novedad, de dónde semanas ora relajadas, ora rígidas, ora sobremanera indulgentes, ora severas? ¿De dónde este uso de un ayuno destemplado, que o aflige sin perdón o suelta hasta la crápula? Es decir, ¿asignar a sus usos, por separado lo caliente, por separado lo frío, por separado los remedios de la sal, por separado los del alimento, y descuidar por completo al sazonador (conditor) de la vida? Ciertamente, quienes sazonan los alimentos del cuerpo aprendan a templar con sabiduría el pasto del alma, no sea que, o demasiado salado o del todo insípido, engendre un hastío mortal del alimento saludable. Sea igual el ayuno: y, como nos fue transmitido, guárdese para la disciplina del cuerpo y del alma. Ciertamente, el que no puede ayunar no presuma introducir novedades: reconozca más bien que es de su propia fragilidad lo que relaja, y redima con limosnas lo que no puede suplir con ayunos; porque el Señor no requiere los gemidos de aquel que así ha redimido para sí los gemidos de los pobres.

Sermo CLXVII.

De D. Joanne Baptista praedicante, deque poenitentia agenda

Opportune nobis Joannes beatissimus jejunii tempore poenitentiae doctor advenit; doctor dicto factoque, magister verus, quod verbo asserit, demonstrat exemplo. Magisterium stat de scientia, sed magisterii auctoritas constat ex vita; docenda faciens, obedientem perficit auditorem. Docere factis, sola est norma doctrinae; doctrina in dictis scientia est, in factis virtus. Scientia ergo illa vera est, quae fuerit mixta virtuti; illa, illa divina est, non humana, evangelista probante, cum dicit: Quae coepit Jesus facere et docere. Praeceptor cum docenda facit, et auditu instruit, et informat exemplo.

In diebus, inquit, illis venit Joannes Baptista praedicans in deserto Judaeae, et dicens: Poenitentiam agite, appropinquavit enim regnum coelorum. Poenitentiam agite, quare non magis gaudete? gaudete magis, quia succedunt humanis divina, coelestia terrenis, temporalibus sempiterna, malis bona, secura anxiis, aerumnis beata, mansura perituris. Poenitentiam agite. Poeniteat plane, poeniteat qui divinis praetulit humana, qui servire voluit mundo, et dominationem mundi cum mundi Domino non habere. Poeniteat qui maluit perire cum diabolo, quam regnare cum Christo. Poeniteat qui virtutum libertatem fugiens, captivus voluit esse vitiorum. Poeniteat, et satis poeniteat, qui ne vitam teneret, manus tradidit morti.

Appropinquavit enim regnum caelorum. Regnum coelorum est praemium justorum, judicium peccatorum, impiis poena. Beatus ergo Joannes, qui poenitentia judicium voluit praeveniri; peccatores non judicium voluit habere, sed praemium; impios voluit regnum intrare, non poenam. Et tunc Joannes vicinum cecinit regnum coelorum, quando adhuc puer mundus aetatum conquirebat augmenta.

Sermón CLXVII.

Sobre san Juan Bautista predicando, y sobre hacer penitencia

Oportunamente, en el tiempo del ayuno, nos llega el beatísimo Juan como doctor de la penitencia; doctor de palabra y de obra, maestro verdadero, lo que afirma con la palabra lo demuestra con el ejemplo. El magisterio se apoya en la ciencia, pero la autoridad del magisterio consiste en la vida; haciendo lo que hay que enseñar, logra un oyente obediente. Enseñar con hechos es la única norma de la doctrina; la doctrina en las palabras es ciencia, en los hechos virtud. Aquella ciencia, pues, es verdadera, que esté mezclada con la virtud; aquella, aquella es divina, no humana, como lo prueba el evangelista cuando dice: Lo que Jesús comenzó a hacer y a enseñar (Hch 1,1). El preceptor, cuando hace lo que hay que enseñar, instruye por el oído y forma con el ejemplo.

En aquellos días, dice, vino Juan el Bautista predicando en el desierto de Judea, y diciendo: Haced penitencia, porque se ha acercado el reino de los cielos (Mt 3,1-2). Haced penitencia: ¿por qué no más bien «Alegraos»? Alegraos más bien, porque a lo humano sucede lo divino, a lo terreno lo celestial, a lo temporal lo sempiterno, a lo malo lo bueno, a lo angustioso lo seguro, a las miserias lo dichoso, a lo que perecerá lo que permanecerá. Haced penitencia. Arrepiéntase de veras, arrepiéntase el que antepuso lo humano a lo divino, el que quiso servir al mundo, y no tener el dominio del mundo con el Señor del mundo. Arrepiéntase el que prefirió perecer con el diablo antes que reinar con Cristo. Arrepiéntase el que, huyendo de la libertad de las virtudes, quiso ser cautivo de los vicios. Arrepiéntase, y arrepiéntase mucho, el que, por no retener la vida, entregó sus manos a la muerte.

Porque se ha acercado el reino de los cielos. El reino de los cielos es premio de los justos, juicio de los pecadores, castigo para los impíos. Bienaventurado, pues, Juan, que quiso que el juicio fuese prevenido por la penitencia; quiso que los pecadores no tuvieran juicio, sino premio; quiso que los impíos entraran en el reino, no en el castigo. Y Juan cantó entonces cercano el reino de los cielos, cuando el mundo, todavía niño, iba ganando el crecimiento de sus edades.

Modo coelorum regnum quam proximum jam scimus, quando mundus senectute fessus extrema, vacuatur viribus, membra deponit, amittit sensus, doloribus urgetur, curam respuit, vitae moritur, vivit morbis, defectum clamat, testatur finem. Nos ergo duriores Judaeis, qui fugientem sequimur mundum, qui futurorum temporum obliviscimur, praesentibus inhiamus, qui in ipso positi jam judicio non timemus, qui venienti jam Domino non occurrimus, qui volumus manere mortem, resurrectionem nolumus mortuorum, qui servire volumus, nolumus regnare, ut tantum regnum nostro Domino differamus. Ubi est illud: Cum orabitis, dicite: Veniat regnum tuum? Majori ergo poenitentia opus est nobis, et pro modo vulneris modus adhibendus est medicinae.

Poeniteamus, fratres, poeniteamus cito, quia nobis spatium temporis jam negatur, jam nobis ipsa hora concluditur, judicii praesentia jam nobis satisfactionis locum excludit. Currat poenitentia, sententia ne praecurrat: quia Dominus quod non venit adhuc, quod adhuc exspectat, quod moras facit, nos sibi redire desiderat, non perire, quos pietate tali semper est allocutus: Nolo mortem peccatoris, sed ut revertatur impius a via sua, et vivat. Poenitentes ergo revertamur, fratres, et ne de arcto temporis pertimescamus, quia auctor temporis nescit arctari: probat hoc evangelicus latro, qui in cruce et in hora mortis rapuit veniam, invasit vitam, effregit paradisum, penetravit ad regnum. Et nos, fratres, qui de voluntate meritum non quaesivimus, acquiramus vel de necessitate virtutem, ne judicemur judices nostri simus: poenitentiam debemus nobis, ut possimus nobis auferre sententiam.

Prima est felicitas perpetua innocentiae securitate gaudere, inviolatam servare mentis et corporis sanctitatem, nulla immunda mundi inquinamenta sentire, reatus conscientiam non habere, vulnera nescire peccati, gratiam semper possidere virtutum, semper sub spe vivere coelestium praemiorum. Sed si quo forte nostra mens jaculo fuerit confixa peccati, si caro tumescat ex crimine, si vitiorum sanie fragilitas humana corrumpatur; tunc aegris illa, quae non sanis, poenitentiae medicina succurrat, ferrum compunctionis accedat, apponatur adustio tunc doloris, adhibeantur suspiriorum tunc fomenta, tumentis conscientiae fervor evaporet; tunc reatus ulcera lacrymis abluantur, immunditiam corporis cilicia tunc detergant. Ferat, ferat amaram poenitentiae curam, qui servare debitam noluit sanitatem.

Ahora sabemos ya lo cercanísimo que está el reino de los cielos, cuando el mundo, cansado por la extrema vejez, se vacía de fuerzas, depone los miembros, pierde los sentidos, es apremiado por dolores, rechaza la cura, muere a la vida, vive para las enfermedades, proclama su desfallecimiento, atestigua su fin. Nosotros, pues, más duros que los judíos, que seguimos a un mundo que huye, que olvidamos los tiempos futuros, ansiamos los presentes, que, puestos ya en el juicio mismo, no tememos, que no salimos al encuentro del Señor que ya viene, que queremos que permanezca la muerte, no queremos la resurrección de los muertos, que queremos servir, no queremos reinar, hasta el punto de diferir a nuestro Señor un reino tan grande. ¿Dónde queda aquello: Cuando oréis, decid: Venga tu reino (Lc 11,2)? Tenemos necesidad, pues, de una penitencia mayor, y la medida de la medicina debe aplicarse según la medida de la herida.

Arrepintámonos, hermanos, arrepintámonos pronto, porque ya se nos niega el espacio del tiempo, ya se nos cierra la hora misma, ya la presencia del juicio nos excluye el lugar de la satisfacción. Corra la penitencia, no sea que la sentencia se adelante: porque el Señor, en cuanto que no ha venido todavía, en cuanto que todavía espera, en cuanto que se demora, desea que volvamos a él, no que perezcamos, nosotros, a quienes siempre habló con tal piedad: No quiero la muerte del pecador, sino que el impío se convierta de su camino y viva (Ez 33,11). Volvamos, pues, penitentes, hermanos, y no temamos la estrechez del tiempo, porque el autor del tiempo no sabe de estrecheces: lo prueba el ladrón del Evangelio, que en la cruz y en la hora de la muerte arrebató el perdón, invadió la vida, forzó el paraíso, penetró hasta el reino (Lc 23,43). Y nosotros, hermanos, que no buscamos el mérito por la voluntad, adquiramos al menos la virtud por la necesidad; para no ser juzgados, seamos nuestros propios jueces: nos debemos la penitencia a nosotros mismos, para poder quitarnos de encima la sentencia.

La primera felicidad es gozar de la seguridad perpetua de la inocencia, conservar inviolada la santidad de la mente y del cuerpo, no sentir ninguna de las inmundas manchas del mundo, no tener conciencia de culpabilidad, no conocer las heridas del pecado, poseer siempre la gracia de las virtudes, vivir siempre en la esperanza de los premios celestiales. Pero si por ventura nuestra mente ha sido traspasada por algún dardo del pecado, si la carne se hincha por el crimen, si la fragilidad humana se corrompe con la podre de los vicios, entonces aquella medicina de la penitencia, que no es para los sanos, socorra a los enfermos; acérquese el hierro de la compunción, aplíquese entonces el cauterio del dolor, pónganse entonces los fomentos de los suspiros, evapórese el ardor de la conciencia hinchada; entonces lávense con lágrimas las úlceras de la culpabilidad, entonces los cilicios limpien la inmundicia del cuerpo. Soporte, soporte la amarga cura de la penitencia el que no quiso conservar la salud debida.

Cui vita sua chara est, dura nulla est cura: medicus non sit ingratus, qui per dolorem revocat ad salutem. Qui innocentiae creditum servat, poenitentiae non solvit usuram. Dominus hoc aperit dicendo: Non est opus sanis medicus, sed male habentibus. Et qui male haberent patefecit, iterum dicens: Non veni vocare justos, sed peccatores.

Revocat per poenitentiam Joannes, Christus per gratiam vocat: hinc est quod Joannes vestitu, victu, loco, totus poenitentia formatus incedit. Venit, inquit, Joannes Baptista praedicans in deserto Judaeae et dicens: Poenitentiam agite. Per deserta Judaeae poenitentiam clamat Joannes, quae legis cultum, prophetarum laborem, fecunditatem patrum, frugem Dei sua sterilitate perdebat: unde ad poenitentiam merito vocantur disciplinarum deserta, non hominum, non locorum: vocat clamor, ubi non assistit auditor.

Ipse autem Joannes habebat vestimentum de pilis camelorum. Potuit de caprarum, sed cilicio opus non erat: sed accepit tortuosissimi pilos animantis nihil habentis recti, nihil gratiae, nihil decoris, quem natura dedit labori duro, addixit magno ponderi, extremae tradidit servituti. Tali poenitentiae magister indui debuit vestimento; ut qui a recti detorserant disciplina, et deformes se totos formis reddiderant peccatorum, magnis poenitentiae sarcinis subderentur, adjicerentur duris satisfactionis angoribus; suspiria compunctionis laboriosa portarent; ut directi et attenuati in modum acus per angustum poenitentiae foramen ampla remissionis intrarent, et impleretur Dominicum dictum: Camelum per foramen acus posse transire.

Esca autem ejus erant locustae, et mel silvestre. Locusta castigandis peccatoribus attributa merito poenitentiae figuratur in pastum, ut de peccati loco exsiliens, in poenitentiae locum ad coelum possit pennis veniae pervolare. Hoc propheta senserat, qui dicebat: Sicut umbra cum declinat sublatus sum, et excussus sum sicut locustae; genua mea infirmata sunt prae jejunio, et caro mea immutata est propter misericordiam. Audis quemadmodum de peccato in poenitentiam excussus est ut locusta, et curvavit genua ut poenitentiae pondera bajularet: et adjicitur mellis cibus, ut amara poenitentiae dulcis misericordia temperaret.

Para quien estima su vida, ninguna cura es dura: no le sea ingrato el médico que por el dolor lo llama de nuevo a la salud. El que conserva el crédito de la inocencia no paga el interés de la penitencia. El Señor lo declara diciendo: No necesitan médico los sanos, sino los que están mal (Mt 9,12). Y declaró quiénes estaban mal, diciendo de nuevo: No he venido a llamar a los justos, sino a los pecadores (Mt 9,13).

Juan llama de vuelta por la penitencia, Cristo llama por la gracia: por eso Juan anda todo él formado por la penitencia, en el vestido, en el alimento, en el lugar. Vino, dice, Juan el Bautista predicando en el desierto de Judea y diciendo: Haced penitencia. Por los desiertos de Judea, que con su esterilidad iba perdiendo el culto de la Ley, el trabajo de los profetas, la fecundidad de los padres, la cosecha de Dios, clama Juan la penitencia: por eso con razón son llamados a la penitencia los desiertos de las disciplinas, no de los hombres, no de los lugares: el clamor llama donde no asiste oyente.

Y el mismo Juan tenía un vestido de pelos de camello (Mt 3,4). Pudo tenerlo de pelo de cabra, pero no hacía falta un cilicio: sino que tomó los pelos de un animal tortuosísimo, que nada tiene de recto, nada de gracia, nada de belleza, al que la naturaleza dio al trabajo duro, destinó a una gran carga, entregó a la extrema servidumbre. Con tal vestido debía revestirse el maestro de la penitencia; para que los que se habían torcido apartándose de la disciplina de lo recto, y se habían vuelto enteramente deformes con las formas de los pecados, fuesen sometidos a las grandes cargas de la penitencia, sujetos a las duras angustias de la satisfacción, llevasen los trabajosos suspiros de la compunción; para que, enderezados y adelgazados a la manera de una aguja, entrasen por el estrecho ojo de la penitencia a las anchuras de la remisión, y se cumpliese el dicho del Señor: Un camello puede pasar por el ojo de una aguja (Mt 19,24).

Y su comida eran langostas y miel silvestre. La langosta, destinada a castigar a los pecadores (Ex 10), con razón se figura como alimento de la penitencia, para que, saltando del lugar del pecado al lugar de la penitencia, pueda volar hasta el cielo con las alas del perdón. Esto había sentido el Profeta, que decía: Como la sombra cuando declina he sido quitado, y he sido sacudido como las langostas; mis rodillas se han debilitado por el ayuno, y mi carne se ha mudado a causa de la misericordia (Sal 109,23-24). Oyes cómo fue sacudido como langosta del pecado a la penitencia, y dobló las rodillas para cargar los pesos de la penitencia: y se añade el alimento de la miel, para que la dulce misericordia templase las amarguras de la penitencia.

Sermo CLXVIII.

De parabola centum ovium

Sicut profunda maris ingredi, et liquentis viae calles invios transmeare artifex viator invenit; ita de Dei dictis aliquid audire, et ad divini sensus penetrare secretum dedit et docuit lex divina. Hinc est quod ratem nostrae mentis carnis a littore solventes, in pelagus evangelici sermonis intramus, credentes quod flante Spiritu sancto coelestis intelligentiae perveniamus ad portum. Dominus noster hodie spem peccatorum promovit ad veniam, et superborum murmur piissimo compressit exemplo.

Erant, inquit, appropinquantes Domino publicani et peccatores, ut audirent illum: et murmurabant Pharisaei et Scribae dicentes, quia hic peccatores recipit et manducat cum illis. Non minus invidi quam superbi malitiam de Dominica bonitate capiebant: de pietate Dei impii reddebantur, fiebant de Christi miseratione crudeles, sumebant de coelesti curatione languorem, et poenitentium veniam vertebant judicis in reatum. Peccatores recipit, et manducat cum illis. Sic videt invidus, sic superbus sentit: avarus sic sapit, intelligit sic malignus. Peccatores recipit. Non dicunt suscipit. Quid amiserat, qui recipit? Donat culpas, iram vertit in gaudium, dolorem mutat in gratiam, quicumque invenit quod amisit. Peccatores recipit. Recipit peccatores Deus, sed Deus peccatores esse non sinit, quos recipit; peccator Deum non violat appropinquans, Deus peccatorem sanctificat cum propinquat. Pharisaee, Christus peccata non recipit, cum recipit peccatorem, quia Deus non criminis, sed hominis est receptor. Unde Pharisaeus non quales venerant, sed quales redibant videre debuit peccatores. Certe Paulum, quem persecutorem miserant, praedicatorem viderunt mox rediisse.

Sed jam Deus gaudium suum de reditu peccatoris comparatione qua, qua similitudine insinuet, audiamus. Et ait ad illos parabolam: Quis ex vobis homo qui habet centum oves, et si perdiderit ex eis unam, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, et vadit ad illam quae perierat, donec inveniat eam? Et cum invenerit eam, imponit super humeros suos gaudens; et veniens domum convocat amicos et vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam quae perierat. Ita, dico vobis, gaudium erit in coelis super uno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta novem justis, qui non indigent poenitentia.

Sermón CLXVIII.

Sobre la parábola de las cien ovejas

Así como el viajero experto halló el modo de entrar en las profundidades del mar y de atravesar las sendas sin camino de una vía líquida, así la Ley divina nos concedió y nos enseñó a oír algo de las palabras de Dios y a penetrar hasta el secreto del sentido divino. Por eso, soltando la balsa de nuestra mente de la orilla de la carne, entramos en el piélago de la palabra evangélica, confiando en que, soplando el Espíritu Santo, llegaremos al puerto de la inteligencia celestial. Hoy nuestro Señor elevó la esperanza de los pecadores hasta el perdón, y reprimió la murmuración de los soberbios con un ejemplo piadosísimo.

Se acercaban, dice, al Señor los publicanos y los pecadores para oírlo: y murmuraban los fariseos y los escribas, diciendo: Este recobra a los pecadores, y come con ellos (Lc 15,1-2). No menos envidiosos que soberbios, sacaban malicia de la bondad del Señor: de la piedad de Dios se volvían impíos, de la miseración de Cristo se hacían crueles, de la curación celestial tomaban dolencia, y convertían el perdón de los penitentes en culpabilidad del juez. Recobra a los pecadores, y come con ellos. Así ve el envidioso, así siente el soberbio: así entiende el avaro, así comprende el malvado. Recobra a los pecadores. No dicen «acoge». ¿Qué había perdido el que recobra? Perdona las culpas, convierte la ira en gozo, cambia el dolor en gracia, cualquiera que encuentra lo que había perdido. Recobra a los pecadores. Recobra Dios a los pecadores, pero Dios no permite que sean pecadores aquellos a quienes recobra; el pecador, al acercarse, no viola a Dios; Dios santifica al pecador cuando se acerca. Fariseo, Cristo no recobra los pecados cuando recobra al pecador, porque Dios no es receptor del crimen, sino del hombre. Por eso el fariseo debió mirar a los pecadores no tales como venían, sino tales como regresaban. Ciertamente vieron a Pablo, a quien habían enviado como perseguidor, volver pronto como predicador.

Pero oigamos ya con qué comparación, con qué semejanza da a entender Dios su gozo por el regreso del pecador. Y les dijo una parábola: ¿Qué hombre de vosotros que tiene cien ovejas, si pierde una de ellas, no deja las noventa y nueve en el desierto, y va tras la que se había perdido, hasta que la encuentra? (Lc 15,3-4) Y cuando la encuentra, la pone sobre sus hombros gozoso; y al llegar a casa convoca a los amigos y a los vecinos, diciéndoles: Alegraos conmigo, porque he encontrado mi oveja que se había perdido (Lc 15,5-6). Así, os digo, habrá gozo en los cielos por un solo pecador que hace penitencia, más que por noventa y nueve justos que no necesitan penitencia (Lc 15,7).

Semper quidem cum perdita reperimus, novum capimus cumulum gaudiorum, et est jucundius nobis invenisse perdita quam non perdidisse servata. Sed haec parabola plus divinae pietatis quam consuetudinis humanae loquitur, et exprimit veritatem. Magna relinquere, amare minora, Dei potestatis est, non est cupiditatis humanae: quia Deus et quae non sunt facit esse; et perdita sic sequitur, ut teneat quae reliquit; et amissa sic invenit, ut quae servata sunt non amittat.

Ergo non terrenus pastor iste est, sed coelestis, et parabola haec tota non figurata est laboribus humanis, sed divinis est obumbrata mysteriis; sicut ex ipso numero mox lucescit cum dicit: Quis ex vobis homo qui habet centum oves, et si perdiderit ex eis unam? Quare non quinquaginta, quare non ducentas, sed centum? quare non quatuor, quare non quinque, sed unam? Ut ostenderet non ex damno fuisse, sed ex numero plus dolorem. Namque amissio unius totum dissipaverat centenarium numerum; et totum de dextera redegerat ad sinistram, ut dispendio unius et sinistra clauderet omnes, et dextera nil haberet. Nonagesimus et nonus numerus in sinistra latet clausus, constrictus haeret, tenetur oppressus: qui tamen ubi unus perceperit et senserit augmentum, mox dexterae transit ad palmam, mox centenarii numeri pervenit ad coronam; et si non habuisse centenarium numerum doloris est, cujus doloris est perdidisse? Videtis quia per unius ovis amissionem pastor iste totum gregem cecidisse de dextera, et totum in sinistram doluerat recidisse; et ideo relictis nonaginta novem, unam sequitur, unam quaerit, ut inveniret in una omnes, redintegraret omnes in una.

Sed jam coelestis parabolae pandamus secretum. Homo habens oves centum Christus est. Pastor bonus, pastor pius, qui in una ove, hoc est in Adam, posuerat totum gregem generis humani, hanc inter amoena paradisi, hanc in regione vitalis pascuae collocarat: sed illa vocem pastoris oblita est, dum lupinis ululatibus credit, et caulas perdidit salutares, et tota lethalibus sauciata vulneribus. Hanc ergo Christus veniens quaerere in mundum, in utero virgineae regionis invenit. Venit suae nativitatis in carne, et in crucem levans humeris suae imposuit Passionis, et gaudens toto resurrectionis gaudio per ascensum ad coelestem tulit et pertulit mansionem.

Et vocavit amicos et vicinos. Hoc est angelos. Dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam quae perierat. Congratulantur et congaudent Christo angeli super ovis Dominicae reditu, nec indignantur in toto sibi praesidere solio majestatis, quia de coelestibus invidia cum diabolo fuerat jam fugata: nec poterat per Agnum qui peccatum mundi tulerat, in superna amplius invidiae penetrare peccatum.

Siempre, ciertamente, que recuperamos lo perdido, obtenemos un nuevo cúmulo de gozos, y nos es más grato haber encontrado lo perdido que no haber perdido lo guardado. Pero esta parábola habla y expresa la verdad de la piedad divina más que de la costumbre humana. Dejar lo grande, amar lo menor, es propio de la potestad de Dios, no es propio de la codicia humana: porque Dios hace ser aun las cosas que no son; y de tal modo sigue lo perdido que retiene lo que dejó; y de tal modo encuentra lo extraviado que no pierde lo que se guardó.

Así pues, este pastor no es terreno, sino celestial, y toda esta parábola no está figurada con trabajos humanos, sino sombreada con misterios divinos; como en seguida se ve claro por el número mismo, cuando dice: ¿Qué hombre de vosotros que tiene cien ovejas, si pierde una de ellas? ¿Por qué no cincuenta, por qué no doscientas, sino cien? ¿Por qué no cuatro, por qué no cinco, sino una? Para mostrar que el mayor dolor no había venido de la pérdida, sino del número. Pues la pérdida de una sola había deshecho todo el número de cien; y había reducido el todo de la derecha a la izquierda, de modo que, por la pérdida de una, también la izquierda las encerrase a todas, y la derecha no tuviese nada. El número noventa y nueve yace encerrado en la izquierda, queda sujeto, apretado, oprimido: pero en cuanto percibe y siente el aumento de uno, pasa en seguida a la palma de la derecha, llega en seguida a la corona del número cien; y si no haber tenido el número cien es cosa de dolor, ¿de qué dolor es haberlo perdido? Veis que por la pérdida de una sola oveja este pastor se había dolido de que todo el rebaño había caído de la derecha, y había recaído entero en la izquierda; y por eso, dejadas las noventa y nueve, sigue a una, busca a una, para encontrar a todas en una, para reintegrar a todas en una.

Pero desvelemos ya el secreto de la parábola celestial. El hombre que tiene cien ovejas es Cristo. El buen pastor, el pastor piadoso, que en una sola oveja, esto es, en Adán, había puesto todo el rebaño del género humano, la había colocado entre las delicias del paraíso, la había colocado en la región de los pastos vitales: pero ella olvidó la voz del pastor al creer a los aullidos de los lobos, y perdió los rediles de la salvación, y quedó toda herida con heridas mortales. Por eso Cristo, viniendo al mundo a buscarla, la encontró en el seno de una región virginal. Vino en la carne de su natividad, y levantándola a la cruz la puso sobre los hombros de su Pasión, y gozoso con todo el gozo de la resurrección, por la ascensión la llevó y la condujo hasta la morada celestial.

Y llamó a los amigos y a los vecinos. Esto es, a los ángeles. Diciéndoles: Alegraos conmigo, porque he encontrado mi oveja que se había perdido. Se congratulan y se gozan con Cristo los ángeles por el regreso de la oveja del Señor, y no se indignan de que esta presida sobre ellos en todo el trono de la majestad, porque la envidia ya había sido ahuyentada del cielo junto con el diablo: ni podía ya, por el Cordero que había quitado el pecado del mundo, penetrar en las alturas el pecado de la envidia.

Fratres, ille nos quaesivit in terra, nos illum quaeramus in coelis; ille nos portavit suae divinitatis ad gloriam, nos illum sanctitate tota nostro portemus in corpore: Glorificate, inquit Apostolus, et portate Deum in corpore vestro. Ille Deum in corpore suo portat, qui nullum portat in suae carnis operatione peccatum.

Hermanos, él nos buscó en la tierra, busquémoslo nosotros en los cielos; él nos llevó a la gloria de su divinidad, llevémoslo nosotros con toda santidad en nuestro cuerpo: Glorificad, dice el Apóstol, y llevad a Dios en vuestro cuerpo (1 Cor 6,20). Lleva a Dios en su cuerpo el que no lleva ningún pecado en la actividad de su carne.

Sermo CLXIX.

De parabola drachmae perditae

Per omnes evangelicas lectiones latere mysticos sensus et coelestis intelligentiae manere secreta, norunt soli quicumque divini Spiritus gratiam percepere. Ecce posteaquam pastor Supernus perditam centenarii gregis ovem perquisivit, invenit et angelorum laetitiam totam coeleste jam retulit ad ovile, mulier evangelica producitur in figuram: quae lumine accenso de decem drachmis unam drachmam perditam sic requirit, ut inventa hac de lucro suo, de suo gaudio, causam pariat coelestium gaudiorum. Sic enim dicit: Aut quae mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam unam, non accendit lucernam et everrit domum, et quaerit diligenter, donec inveniat? Et cum invenerit, convocat amicas et vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam quam perdideram. Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore poenitentiam agente.

Putasne mulier ista communis est, aut habuisse eam decem drachmas humano putatur ex sensu, aut unam casu creditur perdidisse mundano, aut simpliciter contingit quod eam nocturno requirit in tempore, aut lucernam de nostri usus more succendit, aut consuetum quod eam perdidit et invenit intra domum, aut familiare quod amicas ad laetitiam convocat et vicinas, quas perdens convocasse non legitur ad moerorem? Novum damni genus, et quod drachmam non ablatam patefaciat, sed dilapsam: et quod eam domesticis absconditam tenebris et non defossam dolis loquatur extraneis. Videtis quam singulare sit totum, quam morem transeat et supergrediatur humanum, quam divinum spiret et redoleat sensum, quam attollat ad coelum mentis intellectum, quam collocet in supernis, quam cogat superni cordis accendere lucernam, et instar evangelicae mulieris, per Dominicae lectionis obscura, drachmam quaerere scientiae salutaris.

Antequam Christus ad ovem veniret errantem, et miserandis discursibus attritam misericordibus humeris sublevaret ad coelum, et onustus pecore pio inaccessas lupis perveniret ad caulas; mulier habens decem drachmas tenebras diutinas sustinebat, et non solum drachmam perditam deflebat unam, sed ipsas novem drachmas sibi residuas non videbat. Nox ei erat jugis, erat ei profunda et perseverans caligo; cui lucerna sine divino igne ad noctis solatium non lucebat.

Sermón CLXIX.

Sobre la parábola de la dracma perdida

Que en todas las lecturas evangélicas se ocultan sentidos místicos y permanecen secretos de inteligencia celestial, solo lo saben los que han recibido la gracia del Espíritu divino. He aquí que, después de que el Pastor de lo alto buscó la oveja perdida del rebaño de cien, la encontró y devolvió ya al redil celestial todo el gozo de los ángeles, se presenta como figura la mujer del Evangelio: la cual, encendida una luz, busca de tal modo una dracma perdida de entre diez dracmas, que, encontrada esta, de su ganancia, de su gozo, da a luz la causa de los gozos celestiales. Pues dice así: ¿O qué mujer que tiene diez dracmas, si pierde una dracma, no enciende una lámpara y barre la casa, y busca con diligencia hasta encontrarla? (Lc 15,8) Y cuando la encuentra, convoca a las amigas y a las vecinas, diciendo: Alegraos conmigo, porque he encontrado la dracma que había perdido (Lc 15,9). Así, os digo, habrá gozo ante los ángeles de Dios por un solo pecador que hace penitencia (Lc 15,10).

¿Piensas que esta mujer es una cualquiera, o se cree con sentido humano que tuvo diez dracmas, o se piensa que perdió una por un azar mundano, o sucede sencillamente que la busca en tiempo de noche, o que enciende la lámpara según la costumbre de nuestro uso, o es habitual que la perdió y la encontró dentro de la casa, o familiar que convoca a las amigas y a las vecinas para la alegría, cuando no se lee que, al perderla, las convocara para el duelo? Nuevo género de pérdida, y que muestra la dracma no robada, sino caída; y que habla de ella escondida en las tinieblas domésticas, y no enterrada por las astucias de extraños. Veis cuán singular es todo, cuánto pasa y sobrepasa la costumbre humana, cuánto respira y huele a un sentido divino, cuánto eleva al cielo la inteligencia de la mente, cuánto la coloca en lo alto, cuánto la obliga a encender la lámpara de un corazón elevado, y, a semejanza de la mujer del Evangelio, a buscar por las oscuridades de la lectura del Señor la dracma de la ciencia saludable.

Antes de que Cristo viniera a la oveja errante, y, gastada por sus lamentables correrías, la levantara al cielo sobre sus hombros misericordiosos, y, cargado con el piadoso animal, llegara a los rediles inaccesibles a los lobos, la mujer que tenía diez dracmas soportaba largas tinieblas, y no solo lloraba la única dracma perdida, sino que no veía las mismas nueve dracmas que le quedaban. La noche era continua para ella, era suya una oscuridad profunda y persistente; para ella la lámpara sin fuego divino no lucía para consuelo de la noche.

Sed posteaquam supernus ignis, ignis Spiritus sancti flammeo se super apostolos imbre diffudit, et non minus frigida quam tetra mortalium corda toto ignis sui calore succendit, mulier, id est Ecclesia, accendit lucernam suam, id est, internum illum sui cordis obtutum, hoc est, illuminatos, ut inquit Apostolus, oculos cordis vestri. Accendit ergo lucernam suam, et illam Judaicam domum ignorantiae caecam tenebris evertit apostolicum post laborem, donec jam de decem drachmis, hoc est, Decalogo legis, drachmam perditam reperiret in Christo. Christus est plenum deitatis numisma, Christus est drachma nostrae redemptionis et pretii, Christus est qui et erat in legis Decalogo et latebat, Christus est quem habebat et Synagoga, et tenebris impugnantibus non videbat.

Decem drachmas, decem legis diximus verba, ex quibus Verbum perdiderat et Synagoga unum. Quod unum? Illud quod in Ecclesia primus quia lucerna ardens erat, Joannes invenit, dicente Domino: Ille erat lucerna ardens, dicente evangelista: In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.

Hoc fuisse in Decalogo jam patescat. Audi, inquit, Israel, Dominus Deus tuus Deus unus est. Hoc Synagoga dum non videt in Filio, amittit in Patre; dum non credit in Christo, Christum lethaliter crucifigit; cui merito per Decalogum consequenter dicitur: Non occides. Siquidem dum Judaeus ipsam mandatorum seriem capite detruncat, ante Christi quam legis exstitit homicida; unde et totum corpus Decalogi retorsit in Christum. Non occides, non moechaberis: damnata est Synagoga, quae juncta diis gentium repulit Christum, qui seposita potestate dominantis, conjugis ad eam descendit affectus. Non furtum facies. Furata est Dominicam resurrectionem, quae pretium militibus dedit, ut resurrectionis infoderet et occuleret veritatem. Non falsum testimonium. Haec est quae conquisivit falsos testes, ut impleret illud: Exsurgentes testes iniqui, quae ignorabam, interrogabant me, Et revera aliter tradere non poterat veritatis auctorem, quia semper sola impugnat falsitas veritatem. Sic ruit, sic per gradus cadit, qui de scalis labitur et corruit praeceptorum. Nam si Dominum Deum credidisset unum, ad hoc ruinarum barathrum non venisset.

Pero después de que el fuego de lo alto, el fuego del Espíritu Santo, se derramó sobre los apóstoles en lluvia de llamas, y encendió con todo el calor de su fuego los corazones de los mortales, no menos fríos que oscuros, la mujer, esto es, la Iglesia, encendió su lámpara, esto es, aquella mirada interior de su corazón, esto es, como dice el Apóstol, iluminados los ojos de vuestro corazón (Ef 1,18). Encendió, pues, su lámpara, y tras el trabajo apostólico trastornó aquella casa judía, ciega por las tinieblas de la ignorancia, hasta encontrar en Cristo, de las diez dracmas, esto es, del Decálogo de la Ley, la dracma perdida. Cristo es la moneda plena de la deidad, Cristo es la dracma de nuestra redención y de nuestro precio, Cristo es el que estaba en el Decálogo de la Ley y estaba escondido, Cristo es aquel a quien también la Sinagoga tenía, y no veía, porque las tinieblas la combatían.

Las diez dracmas, hemos dicho, son las diez palabras de la Ley, de las cuales también la Sinagoga había perdido una, el Verbo. ¿Cuál? Aquella que Juan encontró el primero en la Iglesia, porque era una lámpara ardiente, como dice el Señor: Él era una lámpara ardiente (Jn 5,35), y como dice el evangelista: En el principio era el Verbo, y el Verbo estaba junto a Dios, y el Verbo era Dios (Jn 1,1).

Que esto estaba en el Decálogo, quede ya patente. Escucha, dice, Israel: el Señor tu Dios es un solo Dios (Dt 6,4). Al no ver esto en el Hijo, la Sinagoga lo pierde en el Padre; al no creer en Cristo, crucifica mortalmente a Cristo; a la cual con razón se le dice a continuación por medio del Decálogo: No matarás (Ex 20,13). Pues al decapitar la serie misma de los mandamientos, el judío resultó homicida de Cristo antes que de la Ley; por eso también volvió todo el cuerpo del Decálogo contra Cristo. No matarás, no cometerás adulterio (Ex 20,14): queda condenada la Sinagoga, que, unida a los dioses de los gentiles, rechazó a Cristo, el cual, dejando a un lado la potestad del que domina, descendió hasta ella con afecto de cónyuge. No hurtarás (Ex 20,15). Hurtó la resurrección del Señor la que dio dinero a los soldados para enterrar y ocultar la verdad de la resurrección (Mt 28,12-13). Nada de falso testimonio. Ella es la que buscó testigos falsos (Mt 26,59-60), para cumplir aquello: Levantándose testigos inicuos, me preguntaban lo que yo ignoraba (Sal 35,11). Y en verdad no podía entregar de otro modo al autor de la verdad, porque siempre solo la falsedad combate la verdad. Así se desploma, así cae peldaño a peldaño el que resbala y se derrumba de la escala de los mandamientos. Pues si hubiera creído que el Señor Dios es uno, no habría llegado a esta sima de ruinas.

Sed nos lucernam matris Ecclesiae jam sequamur, et ambulantes in lumine Dominici vultus, Christi perveniamus ad drachmam; atque amicas et vicinas, id est, Ecclesias gentium convocemus, ne matrem nostram, drachmam suam, nesciant invenisse; et dicamus cum propheta: Paravi lucernam Christo meo. Et quid lucerna profuerit audiamus: Ecce audivimus eam in Ephrata, invenimus eam in campis silvae. Introibimus in tabernaculum ejus, adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus. Ecce quod per distensos campos et nemora diffusa quaerebamus, hoc in Domino, hoc matris inveniamus ad lucernam. Super hoc laetetur et coelum, quia in uno peccatore poenitentiam agente totius Christiani populi claruit plenitudo, et tota deitatis forma Christi nostra refulsit in drachma.

Pero sigamos ya la lámpara de nuestra madre la Iglesia, y, caminando a la luz del rostro del Señor, lleguemos a la dracma de Cristo; y convoquemos a las amigas y a las vecinas, esto es, a las iglesias de los gentiles, no sea que ignoren que nuestra madre ha encontrado su dracma; y digamos con el Profeta: He preparado una lámpara para mi Cristo (Sal 132,17). Y oigamos de qué sirvió la lámpara: He aquí que la oímos en Efrata, la encontramos en los campos del bosque (Sal 132,6). Entraremos en su tabernáculo, adoraremos en el lugar donde se posaron sus pies (Sal 132,7). He aquí que lo que buscábamos por campos extensos y bosques dilatados, esto encontrémoslo en el Señor, esto a la luz de la lámpara de la madre. Por esto alégrese también el cielo, porque en un solo pecador que hace penitencia ha brillado la plenitud de todo el pueblo cristiano, y toda la forma de la deidad de Cristo ha resplandecido en nuestra dracma.

Sermo CLXX.

De Christo pro nobis varias formas suscipiente, apostolos vocante, morbos curatum mittente, et paupertatem praecipiente

Beatus Marcus hodie cum Galilaeae Dominum retulit circumisse castella, ineffabilem circa nos prodidit ejus pietatem. Et circuibat, inquit, Jesus castella in circuitu docens. Audistis quemadmodum circuit, quemadmodum te et propter te ubique pietas indefessa perquirit. Et ille qui capit ipse omnia, nec ab ulla capitur ipse creatura, intrat; et tuo angustatur in corpore, tuis in habitaculis se coarctat. Et ille cujus majestatem vox fidelium quotidiana testatur clamans: Pleni sunt coeli et terra gloria tua, tuis propter te circuit, apparet, videtur, et tenetur in locis. Quo se movet immobilis plenitudo; quo accedit, vel unde recedit, quo sunt plena omnia? Et tamen vadit, redit, descendit, ascendit, et totum te, et propter te homo Deus patitur, quia te nimis diligit, nimis amat.

Habitus suscipit, formas variat, commutat officia: et nunc igneus tibi resplendet in rubo, ut perfidia te frigidum fidei calore succendat; nunc elucescit coelesti flammeus in columna, ut remotis ignorantiae tuae tenebris, per solitudines mundi hujus, viam possis scientiae percurrere salutaris; nunc idem tibi nubis vertitur in columnam, ut ardentes tuorum temperet aestus animorum; nunc te ut aquila protegit pennis sapientiae, et coelestem provocet ad volatum, dicente Moyse: Sicut aquila protegit nidum suum, et super pullos suos confidit, extendens alas suas accepit eos, et suscepit eos super scapulas suas, Dominus solus lucebat eos, et non erat cum eis Deus alienus. Nunc sicut gallina educit, ducit, vocat, recipit, protegit, portat, fovet, ambit, amplectitur, et sui volatus oblita, suae temporaliter immemor libertatis, tuis in penetralibus, tuo versatur in pulvere, ut te vernaculis, familiaribus, domesticis alat, erudiat, instituat nutrimentis; nunc ut pastor bonus altissimis errantem solus requirit in montibus, solus invenit, solus suis humeris imponit, et ne amplius in terrenis pascuis luporum morsibus pervadaris, coelestes evehit et perducit ad caulas. Sic, sicut diximus, habitus suscipit, formas variat, et ut te mutet in melius, ipse sua toties mutat et commutat officia. Et quia diu circuierat ut diriperet et devoraret inimicus, nunc necessario circuit ut te vindicet, ut eripiat Christus, dicente Scriptura: Adversarius vester sicut leo rugiens circuit quaerens quem devoret.

Sermón CLXX.

Sobre Cristo, que por nosotros toma diversas formas, llama a los apóstoles, los envía a curar enfermedades y manda la pobreza

El bienaventurado Marcos, al referir hoy que el Señor recorrió las aldeas de Galilea, reveló su inefable piedad para con nosotros. Y recorría Jesús, dice, las aldeas de alrededor enseñando (Mc 6,6). Habéis oído cómo recorre, cómo una piedad incansable te busca por todas partes a ti y por ti. Y aquel que abarca él mismo todas las cosas, y no es abarcado él mismo por criatura alguna, entra; y se estrecha en tu cuerpo, se encierra en tus moradas. Y aquel cuya majestad atestigua la voz cotidiana de los fieles, clamando: Llenos están los cielos y la tierra de tu gloria (Is 6,3), por ti recorre tus lugares, aparece, es visto y es tenido. ¿Adónde se mueve la plenitud inmóvil; adónde se acerca, o de dónde se retira aquel de quien están llenas todas las cosas? Y sin embargo va, vuelve, desciende, asciende, y a ti entero, y por ti, hombre, padece Dios, porque te quiere sin medida, te ama sin medida.

Toma apariencias, varía sus formas, cambia sus oficios: y ora, ígneo, te resplandece en la zarza (Ex 3,2), para encenderte a ti, frío por la incredulidad, con el calor de la fe; ora brilla, llameante, en la columna celestial (Ex 13,21), para que, quitadas las tinieblas de tu ignorancia, puedas recorrer por las soledades de este mundo el camino de la ciencia saludable; ora el mismo se te convierte en columna de nube, para templar los ardientes calores de tus ánimos; ora te protege como águila con las alas de la sabiduría, y te invita al vuelo celestial, como dice Moisés: Como el águila protege su nido, y confía sobre sus polluelos, extendiendo sus alas los recibió, y los acogió sobre sus espaldas: solo el Señor los alumbraba, y no había con ellos dios extraño (Dt 32,11-12). Ora, como gallina, saca, guía, llama, recibe, protege, lleva, abriga, rodea, abraza (Mt 23,37), y, olvidada de su vuelo, desmemoriada por un tiempo de su libertad, se afana en tus aposentos, en tu polvo, para alimentarte, instruirte, formarte con nutrimentos caseros, familiares, domésticos; ora, como buen pastor, busca él solo al extraviado en los montes altísimos, él solo lo encuentra, él solo lo pone sobre sus hombros, y, para que no seas ya invadido por las mordeduras de los lobos en los pastos terrenos, te eleva y te conduce hasta los rediles celestiales (Lc 15,4-5). Así, como dijimos, toma apariencias, varía sus formas, y, para mudarte a mejor, él mismo tantas veces muda y cambia sus oficios. Y porque el enemigo había rondado largo tiempo para despedazar y devorar, ahora Cristo necesariamente ronda para reivindicarte, para arrebatarte, como dice la Escritura: Vuestro adversario, como león rugiente, ronda buscando a quién devorar (1 Pe 5,8).

Et convocavit, inquit, duodecim. Post diuturna tempora tetrae noctis, aurorae suae desiderato splendore aeternus dies Christus noster reluxit in lucem, qui duodecim suas horas in apostolis suis duodecim signanter aptaret. Hunc diem beatus Psalmista prophetali vidit spiritu, cum canebat: Haec est dies quam fecit Dominus, exsultemus et laetemur in ea. Unde et Apostolus lucis ac diei filios appellat credentes: Vos filii lucis estis et diei. Et convocavit duodecim. Duodenarius numerus iste per quaternarium tripartitam nobis monstrat et format quadrigam: per quam Trinitas tota toto orbe apostolicis vehitur et fertur excursibus, ut diabolum mitis bellator expugnet, ut mundi superbiam mansuetus victor inclinet, ut discordias gentium pacificus auferat praeliator, ut destructo inferno, hoc est, peccati fovea, diuturno carcere animarum humani generis captivitatem liberam triumphi sui perducat ad gloriam. Hunc Trinitatis currum beatus Psalmista vidit prophetali spiritu, cum dicebat: Ascendisti in altum, captivam duxisti captivitatem, accepisti dona in hominibus. Hunc currum sibi, suo Patri et Spiritui sancto, Dominus cum diceret, praeparabat: Tollite jugum meum super vos, quia jugum meum suave est, et onus meum leve est. Nescit lassescere bajulus misericordiae, pietatis evector.

Duodecim patriarchas, duodecim distinctos in tribubus, duodecim fontes eremi, duodecim Jordanis lapides elevatos ex alveo, in figuram formamque apostolici numeri fuisse descriptos scrutatori legis relinquimus altius ad probandum, quia nobis cur binos ad praedicandum discipulos miserit, propositae lectionis series conatur aperire. Et coepit eos mittere binos et binos. Binos mittebat ne destituta singularitas aut negaret, ut Petrus; aut fugeret, ut Joannes. Cito cadit fragilitas humana, quae de se superbe confisa socios despicit, non vult habere collegam, dicente Scriptura: Et vae uni cum ceciderit, et non est secundus qui erigat eum. Quantum autem alter alterius roboretur auxilio, eadem Scriptura testatur, cum dicit: Frater qui adjuvatur a fratre, quasi civitas munita.

Et coepit eos mittere binos et binos. Nec mirum, fratres, si Trinitas, quae ex duodenario numero tripartitam conscendit quadrigam, nunc ascendit et bigam; ut duobus nuntiis duorum vocatio monstretur, et clareat populorum, dicente Apostolo: Numquid Judaeorum Deus tantum? Nonne et gentium? immo et gentium; et impleatur Isaiae vaticinium, qui se ascensorem bigae vidisse testatur, ubi audit sibi dici: Quid tu vides? et respondit, video assessorem bigae, unde mox cecidisse Babylonem clamat, et omnia sculptilia.

Y convocó, dice, a los doce (Mc 6,7). Tras los largos tiempos de una noche tenebrosa, Cristo, nuestro día eterno, volvió a brillar en la luz con el deseado esplendor de su aurora, para ajustar significativamente sus doce horas a sus doce apóstoles. Este día lo vio con espíritu profético el bienaventurado salmista, cuando cantaba: Este es el día que hizo el Señor, exultemos y alegrémonos en él (Sal 118,24). Por eso también el Apóstol llama a los creyentes hijos de la luz y del día: Vosotros sois hijos de la luz y del día (1 Tes 5,5). Y convocó a los doce. Este número doce, por el cuatro, nos muestra y forma una cuadriga tripartita: en la cual la Trinidad entera es llevada y transportada por todo el orbe en las correrías apostólicas, para que el manso guerrero venza al diablo, el apacible vencedor doblegue la soberbia del mundo, el combatiente pacífico quite las discordias de las naciones, para que, destruido el infierno, esto es, la fosa del pecado, la larga cárcel de las almas, conduzca la cautividad del género humano, liberada, a la gloria de su triunfo. Este carro de la Trinidad lo vio con espíritu profético el bienaventurado salmista, cuando decía: Subiste a lo alto, llevaste cautiva la cautividad, recibiste dones entre los hombres (Sal 68,19). Este carro lo preparaba el Señor para sí, para su Padre y para el Espíritu Santo, cuando decía: Tomad sobre vosotros mi yugo, porque mi yugo es suave, y mi carga es ligera (Mt 11,29-30). No sabe cansarse el portador de la misericordia, el conductor de la piedad.

Que los doce patriarcas, los doce distribuidos en tribus (Gn 49), las doce fuentes del desierto (Ex 15,27), las doce piedras del Jordán levantadas de su cauce (Jos 4), fueron trazados como figura y forma del número apostólico, lo dejamos al escrutador de la Ley para que lo pruebe más a fondo, puesto que la serie de la lectura propuesta intenta descubrirnos por qué envió a los discípulos de dos en dos a predicar. Y comenzó a enviarlos de dos en dos. Los enviaba de dos en dos, para que la soledad, desamparada, no negase, como Pedro, o huyese, como Juan. Pronto cae la fragilidad humana, que, confiando soberbiamente en sí, desprecia a los compañeros, no quiere tener colega, como dice la Escritura: Y ay del que está solo, cuando caiga, y no hay un segundo que lo levante (Ecl 4,10). Y cuánto se fortalece uno con la ayuda del otro lo atestigua la misma Escritura, cuando dice: El hermano ayudado por su hermano es como una ciudad fortificada (Prov 18,19).

Y comenzó a enviarlos de dos en dos. Ni es de extrañar, hermanos, que la Trinidad, que por el número doce subió a la cuadriga tripartita, suba ahora también a una biga; para que con dos mensajeros se muestre y brille el llamamiento de dos pueblos, como dice el Apóstol: ¿Acaso es Dios solo de los judíos? ¿No lo es también de los gentiles? Sí, también de los gentiles (Rom 3,29); y para que se cumpla el vaticinio de Isaías, que atestigua haber visto al que montaba una biga, cuando oye que se le dice: ¿Qué ves tú? y respondió: Veo a uno sentado en una biga; por lo cual en seguida clama que cayó Babilonia, y todas sus imágenes esculpidas (Is 21,7-9).

Quis dubitat, fratres, per has bigas Christum salutares inequitasse discursus, cum videat apostolica praedicatione corruisse templa, idola deperiisse, cessasse pecudum mugitus, et victimas, ipsas aras cum thuris sic fumo jam tota evanuisse per saecula? Has bigas Habacuc viderat cum clamaret: Qui ascendis super equos tuos, et equitatus tuus sanitas.

Et dedit, inquit, eis potestatem spirituum immundorum. Hoc est, divinae virtutis insigne; hoc tropaeum singularis triumphi, ut praedae suae praedo ipse, ipsis captivis suis ipse captivus, vinctis quondam suis vinctus ipse diabolus nunc tradatur, quatenus eorum subjiciatur imperio, quorum ante fuerat magnificus servitute. Merito dolet, gemit merito, merito stridet, qui se videt hominum sententia, hominum potestate percelli, qui se Deum hominibus longa diu fuerat persuasione mentitus.

Et praecepit eis, ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum, non peram, non panem, non in zonis aes. Homo cum operarios invitat ad opera, non necessaria victus solum, sed etiam largo fundit epulas apparatu, ut convivium humanitatis effusae pondus operis superet et laborem. Deum quantum credit inhumanum, qui ad opera ejus invitatus, pera, pane, pretio onustus incedit, et anxius; ut aut lassus aut tardior ad opus operarius infidelis occurrat, aut occurrere fortassis non possit! praemia promittit ille copiosa, tot chirographis, tot testibus, largam spondet ille mercedem, tu eum neque panem, neque vestimentum impio spiritu aestimas praebiturum? Teipsum cum non esses, dedit esse; et quidquid, homo, habes dedit ipse; et cum tibi ac tuis voluptatibus viveres, victus necessaria non negavit: hunc suis virtutibus, suis operibus servienti, non panem, non vestimentum aestimas largiturum? Hoc ipsum quod in pera, quod in zona portas, quis dedit tibi? Quid illi de suo insultaturus occurris? Novit quia dives es.

Cede, homo, opibus tuis: sufficit tibi divina paupertas, depone sarcinas divitiarum tuarum, onustus non potest per angustam viam ad opus Dominicae messis pervenire, veni expeditus, veni liber ad opera, antequam nudus et exspoliatus, infidelis omnibus operarius rapiaris ad poenam; quia, sicut scriptum est, Morientem divitiae non sequuntur. Sit tibi pera conscientia tua, sit tibi panis vita tua; ut sit verus panis Christus in vita, qui dixit: Ego sum panis. Sit tibi in pretium merces tua, quia ille praemium exigit securus a Christo, qui ut sequeretur Christum, nudus despexit respuens fideliter quod habebat.

¿Quién duda, hermanos, que Cristo cabalgó en correrías salvadoras por medio de estas bigas, cuando ve que por la predicación apostólica se han derrumbado los templos, han perecido los ídolos, han cesado los mugidos de las reses y las víctimas, y los mismos altares, con el humo del incienso, se han desvanecido ya por todos los siglos? Estas bigas las había visto Habacuc cuando clamaba: Tú que montas sobre tus caballos, y tu cabalgada es salud (Hab 3,8).

Y les dio, dice, potestad sobre los espíritus inmundos. Esta es la insignia del poder divino; este el trofeo de un triunfo singular: que el saqueador mismo sea entregado ahora como botín a su propio botín, cautivo él mismo de sus propios cautivos, encadenado el diablo mismo a los que antes tuvo encadenados, de modo que quede sujeto al mando de aquellos cuya servidumbre lo había hecho antes magnífico. Con razón siente dolor, con razón gime, con razón rechina los dientes el que se ve abatido por la sentencia de los hombres, por la potestad de los hombres, él que durante tanto tiempo, con larga persuasión, se había fingido Dios ante los hombres.

Y les mandó que no llevasen nada para el camino, sino solo un bastón: ni alforja, ni pan, ni cobre en la faja (Mc 6,8). Cuando un hombre invita a los obreros al trabajo, no solo les procura lo necesario para el sustento, sino que además derrama banquetes con generoso aparato, para que el convite de una humanidad desbordante supere el peso de la obra y el trabajo. ¡Cuán inhumano cree a Dios el que, invitado a sus obras, avanza cargado de alforja, pan y dinero, y ansioso, de modo que, obrero infiel, acude a la obra o cansado o más lento, o acaso no puede acudir! Él promete recompensas copiosas, con tantos documentos de deuda, con tantos testigos garantiza un salario abundante, ¿y tú, con espíritu impío, piensas que no te proporcionará ni pan ni vestido? Cuando no existías, te dio el ser; y todo lo que tienes, hombre, te lo dio él mismo; y cuando vivías para ti y para tus placeres, no te negó lo necesario para el sustento: ¿y piensas que al que sirve a sus poderes, a sus obras, no le concederá ni pan ni vestido? Esto mismo que llevas en la alforja, en la faja, ¿quién te lo dio? ¿Por qué sales a su encuentro para insultarlo con lo que es suyo? Sabe que eres rico.

Desiste, hombre, de tus riquezas: te basta la pobreza divina; depón los fardos de tus riquezas; el cargado no puede llegar por el camino estrecho a la obra de la mies del Señor; ven expedito, ven libre a las obras, antes de que, desnudo y despojado, obrero infiel en todo, seas arrebatado al castigo; porque, como está escrito: Al que muere no lo siguen las riquezas. Sea tu conciencia tu alforja, sea tu vida tu pan; para que Cristo sea el pan verdadero en tu vida, él que dijo: Yo soy el pan (Jn 6,35). Sea para ti tu salario el dinero, porque reclama seguro su recompensa a Cristo el que, para seguir a Cristo, desnudo, despreció lo que tenía, rechazándolo fielmente.

Sermo CLXXI.

De discipulis illotis manibus prandentibus

Sicut fulgura cum saxa, montes, arbores, ipsa domorum culmina, terribili collisione dissolvunt, sensus hominum mentesque corripiunt: ita Dominus quoties in Pharisaeos intonat, suos timore salutari corrigit et emendat, sicut hodie evangelicus sermo perdocuit, Pharisaeos et Scribas vituperasse aliquos discipulorum Domini, eo quod non lotis manibus manducarent. Nemo cum haec audit, existimet discipulos Domini sub specie contemptus incultis et lutulentis manibus edere, nec mensae Domini, nec convivii communis servare et colere honestatem: quando istud neque natura patitur, neque hospitalitatis admittit affectio. Quis aquam manibus non offerat mox ad venientis obsequium, quis ad offerentis tristitiam mox recuset? praesertim cum Dominus ipse arguat Simonem invitatus ad mensam? Pedibus meis, inquit, aquam non dedisti. Vult itaque fieri, quod sic exigere perdocetur.

Sed Pharisaei non diligentiam corporis in discipulis Domini, sed superstitionis suae baptismata perquirebant; nescientes unum baptisma, quod Dominus non lavandis solum, sed in novandis animabus et corporibus invenisset; quod non corpus ad cultum vitae, sed conscientiam dilueret ad salutem. Hoc propheta precabatur, cum diceret: Amplius lava me ab injustitia mea. Id est, quousque me legaliter lavas, et me non lavas? lava me per gratiam semel, quem lavacra legis innumera non laverunt.

Sed hoc aperiat nobis ipse qui sequitur evangelicus sermo: Pharisaei, inquit, et omnes Judaei nisi crebro laverunt manus non manducant, tenentes traditionem seniorum, et cum de foro veniunt nisi baptizati fuerint non manducant, servantes baptisma calicum et urceorum ac aeramentorum et lectorum. Pharisaee, qui te mundum credis, cum tua omnia tuo sint polluta convivio? In foro tu de innocentis sanguine disputasti, de rapienda substantia pauperis perquisisti, perscrutatus es qualiter libertatem addiceres servituti, et cum interiora tua tanto sint confecta crimine, quemadmodum te exterior lavare et mundare sufficiat aqua? corda et corpora nostra mundare haec poterit, cum fuerit et ipsa Spiritus sancti purificata commercio, ut visibili ministerio invisibile purificationis nostrae perficiat sacramentum.

Sermón CLXXI.

Sobre los discípulos que comían sin lavarse las manos

Así como los rayos, cuando con terrible choque deshacen las rocas, los montes, los árboles, los techos mismos de las casas, sobrecogen los sentidos y las mentes de los hombres: así el Señor, cada vez que truena contra los fariseos, corrige y enmienda a los suyos con un temor saludable, como hoy nos enseñó la palabra evangélica: que los fariseos y los escribas vituperaron a algunos de los discípulos del Señor, porque comían sin lavarse las manos (Mc 7,2). Nadie, al oír esto, piense que los discípulos del Señor comían con las manos descuidadas y enlodadas en señal de desprecio, y que no guardaban ni honraban el decoro ni de la mesa del Señor ni del convite común: puesto que esto ni lo consiente la naturaleza, ni lo admite el afecto de la hospitalidad. ¿Quién no ofrecería en seguida agua para las manos en homenaje al que llega, quién la rehusaría en seguida, con tristeza del que la ofrece? ¿Sobre todo cuando el Señor mismo, invitado a la mesa, reprende a Simón? A mis pies, dice, no diste agua (Lc 7,44). Así pues, quiere que se haga lo que de ese modo se muestra que exige.

Pero los fariseos no buscaban en los discípulos del Señor el cuidado del cuerpo, sino los bautismos de su superstición; ignorando el único bautismo, que el Señor había ideado no solo para lavar, sino para renovar las almas y los cuerpos; que lavase no el cuerpo para el aseo de la vida, sino la conciencia para la salvación. Esto pedía el Profeta cuando decía: Lávame más aún de mi injusticia (Sal 51,4). Es decir: ¿hasta cuándo me lavas según la Ley, y no me lavas? Lávame una vez por la gracia, a mí, a quien los innumerables lavatorios de la Ley no lavaron.

Pero que nos lo descubra la misma palabra evangélica que sigue: Los fariseos, dice, y todos los judíos, si no se lavan a menudo las manos, no comen, observando la tradición de los ancianos; y cuando vuelven de la plaza, si no se han bautizado, no comen, guardando el bautismo de copas y jarros y vasijas de bronce y lechos (Mc 7,3-4). Fariseo, ¿tú que te crees limpio, cuando todas tus cosas están contaminadas por tu banquete? En la plaza tú discutiste sobre la sangre del inocente, indagaste cómo arrebatar la hacienda del pobre, escudriñaste de qué manera entregar la libertad a la servidumbre; y estando tus entrañas impregnadas de tan gran crimen, ¿cómo te bastaría para lavarte y limpiarte el agua de fuera? Esta podrá limpiar nuestros corazones y nuestros cuerpos cuando ella misma haya sido purificada por el comercio del Espíritu Santo, para que con un ministerio visible lleve a cabo el sacramento invisible de nuestra purificación.

Sed tu, Judaee, calices, urceos, aeramenta baptizas, quae motu sensuque carentia per naturam, ut reatum nesciunt, ita non sentiunt; haec honoras, et te per quem contaminata sunt omnia, non emundas; tuis usibus, tuis obsequiis haec mancipata purificas, et te divinis officiis, divinis ministeriis non purificas mancipatum.

Sed nos, fratres, non quid Judaeis, sed quid discipulis suis Dominus responderit, audiamus: Dicebat autem, quod quae de homine exeunt, illa contaminant hominem. Abintus enim de corde hominum procedunt cogitationes malae, adulteria, fornicationes, homicidia, furta, avaritiae, nequitiae; dolus, impudicitia, oculus malus, blasphemiae, superbia, stultitia: omnia haec mala abintus procedunt et contaminant hominem. Quae spatia terrarum, quae magnitudo urbium, quae latitudo regionum, tot hostes ferre, tot inimicos capere, tantas sustinere praevalet nationes, quot vitia, quot delicta, quot crimina rapiunt humanos sensus, hominum corda patiuntur? Vidistis, fratres, quod ad unam ovem genera tota, tota feritas bestiarum accedant, quae magis eo saeviunt, quo se explere nequeunt, satiari non possunt unius captione voraci dente praedones; qui plus hinc aestuant et tabescunt, quod capere nequeunt et vorare; quod ad unam columbam tot milvi, tot aquilae, vultures tot voraces, tantarum currat congeries avium sordidarum. Hanc numerositatem, hanc multitudinem senserat propheta cum caneret: Circumdederunt me mala, quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meae, et non potui ut viderem.

Abintus de corde hominum procedunt. Tolerabilis est hostis cum muros arietat extrinsecus, cum foris positus cedit aliquando conflictui; cui vero est intus inimicus, cujus adversarius in ipsis penetralibus jam desaevit, iste se intelligit, et sentit oppressum, iste se et captivum pervidet et deplorat, iste suus expugnator esse non potest, suis esse non potest liberator, alienum requirit auxilium, quaerit alterum defensorem. Abintus exeunt de corde. Novus est hic ordo bellandi: de homine contra hominem gentes exeunt bellaturae: non contentae in occulto vincere, prosternere in abdito; quasi quae famam quaerant hominis de ruina.

Pero tú, judío, bautizas copas, jarros, vasijas de bronce, que, carentes por naturaleza de movimiento y de sentido, así como no conocen la culpabilidad, tampoco sienten; a estas las honras, y a ti, por quien todo ha sido contaminado, no te limpias; estas cosas sujetas a tus usos, a tus servicios, las purificas, y a ti, sujeto a los oficios divinos, a los ministerios divinos, no te purificas.

Pero nosotros, hermanos, oigamos no lo que el Señor respondió a los judíos, sino lo que respondió a sus discípulos: Decía, pues, que lo que sale del hombre, eso contamina al hombre (Mc 7,20). Porque de dentro, del corazón de los hombres, proceden los malos pensamientos, los adulterios, las fornicaciones, los homicidios, los hurtos, las avaricias, las maldades; el fraude, la impudicia, el mal de ojo, las blasfemias, la soberbia, la necedad: todos estos males proceden de dentro y contaminan al hombre (Mc 7,21-23). ¿Qué extensiones de tierras, qué grandeza de ciudades, qué anchura de regiones tiene fuerza para soportar tantos adversarios, para contener tantos enemigos, para sostener naciones tan grandes, como vicios, delitos y crímenes arrebatan los sentidos humanos, como padecen los corazones de los hombres? Habéis visto, hermanos, cómo contra una sola oveja acuden especies enteras, toda la fiereza de las bestias, que se ensañan tanto más porque no pueden saciarse, salteadores de diente voraz que no pueden hartarse con la captura de una sola; que tanto más arden y se consumen porque no pueden capturarla y devorarla; cómo contra una sola paloma se lanzan tantos milanos, tantas águilas, tantos buitres voraces, un tropel tan grande de aves inmundas. Este gran número, esta multitud, la había sentido el Profeta cuando cantaba: Me rodearon males sin número: me han alcanzado mis iniquidades, y no pude ver (Sal 40,13).

De dentro, del corazón de los hombres, proceden. Es soportable el enemigo cuando embiste las murallas desde fuera, cuando, situado fuera, cede a veces en el combate; pero el que tiene dentro al enemigo, aquel cuyo adversario se ensaña ya en sus mismos aposentos interiores, ese se comprende y se siente oprimido, ese se ve y se llora cautivo, ese no puede tomarse a sí mismo por asalto, no puede ser su propio libertador; busca ayuda ajena, busca otro defensor. De dentro salen, del corazón. Nuevo es este orden de batalla: del hombre, contra el hombre, salen naciones a guerrear; no contentas con vencer en lo oculto, con derribar en lo escondido; como si buscaran fama con la ruina del hombre.

Judaei, qui foris sunt, se et sua forinsecus lavent; nos, fratres, ab istis vitiorum sordibus emundemur intrinsecus: has nequitiarum gentes in nostris mentibus Christo propugnante vincamus, has delictorum bestias de nostris cordibus terrore Dominici nominis effugemus, has criminum rabies et voracissimas aves a nostris sensibus crucis hasta fortiter propellamus; ut civitatis nostrae splendor, templi nostri sanctitas, domus nostrae integer et singularis ornatus, ad habitandum semper in nobis nostrum provocet et invitet auctorem. Illuc vitia redire nequeunt, ubi Christus cum suis virtutibus commoratur.

Los judíos, que están fuera, lávense a sí mismos y sus cosas por fuera; nosotros, hermanos, limpiémonos por dentro de estas inmundicias de los vicios: venzamos en nuestras mentes, combatiendo Cristo por nosotros, a estas naciones de maldades; ahuyentemos de nuestros corazones, con el terror del nombre del Señor, a estas bestias de los delitos; rechacemos con fuerza de nuestros sentidos, con la lanza de la cruz, a estas rabias de los crímenes y a estas aves voracísimas; para que el esplendor de nuestra ciudad, la santidad de nuestro templo, el adorno íntegro y singular de nuestra casa, llame e invite a nuestro autor a habitar siempre en nosotros. Allí no pueden volver los vicios, donde Cristo mora con sus virtudes.

Sermo CLXXII.

De invidia et hypocrisi

Audistis hodie, fratres, quemadmodum, dum seclusit alios, seipsum janitor invidiosus exclusit. Vae vobis, inquit, legis peritis, quia tulistis clavem scientiae, ipsi non introistis, et eos qui introibant prohibuistis. Audistis ergo quemadmodum dum seclusit alios, seipsum janitor invidiosus exclusit. Acceperat claves Pharisaeus non ut clauderet, sed ut intrare desiderantibus aperiret; sed ne intraret alter, ipse permanere foris maluit per livorem.

Omnia quidem vitia ad suorum semper tendunt et prosiliunt laesionem; sed suos semper amplius invidia consumit: invidia suorum carnifex semper exstitit, extendit sensus, torquet animos, discruciat mentes, corda corrumpit. Et quid plura? Hanc qui receperit, sua sustinet sine fine supplicia, quia in se domesticum semper diligit habere tortorem. Quis ibi malorum finis, ubi alterius bonum poena est alterius? ubi cruciatus alienus est aliena felicitas? malum multiplex: quot sunt prosperitates hominum, tot tormenta sunt invidorum. Cum aliis vitiis animus poterit confligere Christianus, invidiam quisquis antequam sentiat non fugerit, non evadit. Haec peritis legis legem suasit non aperire, sed claudere; et salutaris praecepti non commodare doctrinam, sed negare; obserare scientiae fontem et vitalis fluenti, originis suae secreto divitias obstruere. Iste velociter fugiendus est morbus, quia quos contigerit non patitur jam sanari.

Invidia coelum tentavit; ibi enim diabolum fecit ex angelo; ussit terras, quae utique paradisi nobis amoena flammeo custode seclusit. Reges urget, quia haec Herodem in coaevos Christi sic compulit desaevire, ut ante lac quam sanguis teneris funderetur ex membris. Charitatem violat, nam haec Cain reddidit fratricidam, et innocuam adhuc terram novi sanguinis cruore perfudit. Vastat populos, namque Judaeos haec, si dici fas est, si capit sermo, fecit esse deicidas: deicidas diximus, non quo pervenit, sed quo facinus hoc tetendit.

Sermón CLXXII.

Sobre la envidia y la hipocresía

Habéis oído hoy, hermanos, cómo el portero envidioso, al dejar fuera a los otros, se excluyó a sí mismo. Ay de vosotros, dice, legistas, porque os habéis llevado la llave de la ciencia; vosotros no entrasteis, y a los que entraban se lo impedisteis (Lc 11,52). Habéis oído, pues, cómo el portero envidioso, al dejar fuera a los otros, se excluyó a sí mismo. El fariseo había recibido las llaves no para cerrar, sino para abrir a los que deseaban entrar; pero, para que otro no entrase, prefirió por rencor quedarse él mismo fuera.

Todos los vicios, ciertamente, tienden siempre y se lanzan al daño de los suyos; pero la envidia consume siempre más a los suyos: la envidia ha sido siempre verdugo de los suyos; estira los sentidos, tortura los ánimos, atormenta las mentes, corrompe los corazones. ¿Y qué más? Quien la ha acogido soporta sus propios suplicios sin fin, porque ama tener siempre dentro de sí un torturador doméstico. ¿Qué fin de males hay allí donde el bien de uno es castigo de otro? ¿donde la felicidad ajena es tormento ajeno? Mal múltiple: cuantas son las prosperidades de los hombres, tantos son los tormentos de los envidiosos. Con los demás vicios podrá luchar el ánimo cristiano; de la envidia, quien no huye antes de sentirla, no escapa. Ella persuadió a los legistas a no abrir la Ley, sino a cerrarla; y a no prestar la doctrina del precepto saludable, sino a negarla; a cerrar con cerrojo la fuente de la ciencia y del caudal vital, a obstruir sus riquezas en el secreto de su origen. Esta enfermedad ha de huirse con presteza, porque a los que ha tocado no les permite ya sanar.

La envidia tentó el cielo; pues allí hizo del ángel un diablo; abrasó las tierras, ella que en efecto nos cerró las delicias del paraíso con un guardián de fuego (Gn 3,24). Apremia a los reyes, pues ella empujó a Herodes a ensañarse de tal modo contra los coetáneos de Cristo, que se derramó de los tiernos miembros la sangre antes que la leche (Mt 2,16). Viola la caridad, pues hizo de Caín un fratricida, y empapó la tierra todavía inocente con el derramamiento de una sangre nueva (Gn 4,8). Devasta pueblos; pues esta hizo a los judíos, si es lícito decirlo, si la palabra lo admite, deicidas: deicidas hemos dicho, no por aquello a que llegó, sino por aquello a que tendió esta fechoría.

In Christo enim Judaei non hominem tantum, sed Deum Filium Dei conati sunt opprimere, necare virtutes, cum dicunt: Hic est haeres, venite, occidamus eum, et nostra erit haereditas ejus. Sed quid valet diabolus ad Deum? Invidia quid valet ad Dominicam charitatem? Invidit diabolus nobis terram, sed donavit coelum Deus; claves scientiae legisperitus sustulit, sed claves coelestis regni per Petrum largitus est Christus. Ac sic invidia suis commodis est nudata, et homo ditatus est ipsa necessitate damnorum.

Bene ergo in sequentibus Dominus adjecit, dicens: Attendite vobis a fermento Pharisaeorum. Quia in fermento non est moles magnitudinis, sed tumoris; et conspersio tali specie inflata est, non ditata: quantum enim efferbuerit ferventius, tantum farris massa turgescit, et totam formam levitatis implet, et tumoris. Congrue ergo a Domino dictum est: Attendite vobis a fermento Pharisaeorum, quod est hypocrisis. Quid est hypocrisis, nisi species arte composita; quae aliud in re agit, aliud promittit in vultu? Haec penes Pharisaeos per scientiam tumescebat, Apostolo sic dicente: Scientia inflat. Illos namque scientia inflabat ad superbiam, non instruebat ad vitam; et corrumpebat ad malitiam, non ad prudentiam promovebat. Erat in eorum facie hypocrisis, erat in eorum mente invidiae hydrops, erat in pectore siticulosus fons, erat ardens unda, quae suis magis ac magis inflammabatur fluentis, ut bibentis non exstingueret sitim, sed augeret incendium. Sic, sic hypocrisi ministrante, suis semper invidia propinat.

Ab hoc nos morbo subtrahit Apostolus: Cum nos non in fermento veteri, neque in fermento malitiae et nequitiae, sed in azymis sinceritatis et veritatis, sanctum Pascha Domini celebrare compellit. Veritas nescit tumorem, simplicitas hypocrisim prorsus ignorat. In azymis sinceritatis et veritatis. Haec sunt cordis azyma, haec coelesti dulcedine confecta, haec gratiae saporata pinguedine, haec sancti Spiritus igne decocta; haec nos manducantes Agnum Dei, Agnum qui tollit peccatum mundi, ad nostrum Pascha solemniter immolamus, quibus Christus ad laetitiam totam, totam est natus et immutatus ad gloriam.

Pues en Cristo los judíos intentaron aplastar no solo a un hombre, sino a Dios, el Hijo de Dios, matar sus poderes, cuando dicen: Este es el heredero, venid, matémoslo, y será nuestra su herencia (Mc 12,7). Pero ¿qué puede el diablo contra Dios? ¿Qué puede la envidia contra la caridad del Señor? El diablo nos escatimó la tierra, pero Dios nos regaló el cielo; el legista se llevó las llaves de la ciencia, pero Cristo otorgó por medio de Pedro las llaves del reino celestial (Mt 16,19). Y así la envidia ha quedado despojada de sus ganancias, y el hombre se ha enriquecido por la necesidad misma de sus pérdidas.

Bien añadió, pues, el Señor a continuación, diciendo: Guardaos de la levadura de los fariseos (Lc 12,1). Porque en la levadura no hay mole de grandeza, sino de hinchazón; y el amasijo se infla con tal apariencia, no se enriquece: pues cuanto más fervientemente ha fermentado, tanto más se hincha la masa de harina, y llena toda su forma de ligereza y de hinchazón. Con razón, pues, dijo el Señor: Guardaos de la levadura de los fariseos, que es la hipocresía. ¿Qué es la hipocresía sino una apariencia compuesta con arte, que hace una cosa en los hechos y promete otra en el rostro? Entre los fariseos se hinchaba por la ciencia, como dice el Apóstol: La ciencia hincha (1 Cor 8,1). Pues la ciencia los hinchaba para la soberbia, no los instruía para la vida; y los corrompía para la malicia, no los promovía a la prudencia. Estaba en su rostro la hipocresía, estaba en su mente la hidropesía de la envidia, estaba en su pecho una fuente sedienta, estaba un agua ardiente, que se inflamaba más y más con sus propios caudales, de modo que no apagaba la sed del que bebía, sino que aumentaba el incendio. Así, así, sirviendo la hipocresía, la envidia da siempre de beber a los suyos.

De esta enfermedad nos aparta el Apóstol, cuando nos impulsa a celebrar la santa Pascua del Señor no con la levadura vieja, ni con la levadura de la malicia y de la maldad, sino con los ázimos de la sinceridad y de la verdad (1 Cor 5,8). La verdad no conoce la hinchazón, la sencillez ignora por completo la hipocresía. Con los ázimos de la sinceridad y de la verdad. Estos son los ázimos del corazón, estos amasados con dulzura celestial, estos sazonados con la grosura de la gracia, estos cocidos al fuego del Espíritu Santo; comiéndolos, inmolamos solemnemente para nuestra Pascua al Cordero de Dios, al Cordero que quita el pecado del mundo (Jn 1,29), nosotros, por quienes Cristo nació para el gozo entero, y fue transformado para la entera gloria.

Sermo CLXXIII.

De D. Joanne Baptista et Herode

Pastor bonus pervigiles noctes, dies anxios ducit, ne quid callidus latro, ne quid luporum feritas astuta perniciosum charo gregi, ne quid noxium moliatur. Pastor bonus, sicut Dominus dixit: Animam suam ponit pro ovibus suis. Sed et oves bonae pastoris sui audiunt attentis auribus vocem, pastoris sui semper sequuntur arbitrium, pastoris sui totam faciunt voluntatem. Ascendunt colles, petunt ardua, mutant saepe regiones: ac sic apta pascuis, irrigua fluentis, umbrosa, accommoda, secreta quietis loca penetrant, reperiunt amoenitates, et deliciis perfruuntur.

Et vos, filioli, Dominici gregis portio copiosa, niveo et divino vestita jam vellere, molli fetu, coelesti germine perfecunda, si per nostrae vocis auditum ad loca saepe salutaria, ad salutaria pascua pervenistis; si per nostri sermonis fluenta animi vestri aestus, vestrae sitis temperastis ardorem; si sub doctrinae nostrae tegmine aliquanta commoditate recubastis, quae ordinamus attendite, quae dicimus audite, quae facimus approbate; nec pro voluntate vestra, sed pro dispositione nostra praedicationis nostrae percipite rationem: et sive cum dicimus de gradu isto, sive cum de sacerdotali sede pro temporis ratione tractamus, ut oves bonae, ut chari greges, dilecta pignora, sine fastu impigrae, ac toto fidei cursu convenite, concurrite. Nec vos locorum mutatio tam propinqua, et spatia sic arctata, aut reddant desides, aut faciant murmurantes: quia nec ovis ad caulas pervenit, si pro suo libito pervagetur; nec scientiam discipulus poterit obtinere, si doceri pro sua voluntate contenderit; aegrotus quoque numquam poterit recipere sanitatem, si pro suo fuerit curatus arbitrio.

Sed quia nobis hodie contra lupum furentem sermo est, arrepto pastorali baculo transeamus ad evangelicam lectionem. Audivit, inquit, Herodes rex (manifestum enim factum erat nomen Jesu), et dicebat: Quia Joannes Baptista resurrexit a mortuis, propterea virtutes operantur in illo. Stultus de mortuo pie credit, quem feraliter persecutus est vivum. Joannes resurrexit, ait, et tamen confitetur ignorans, quia in Christo pro Christo resurgit occisus.

Sermón CLXXIII.

Sobre san Juan Bautista y Herodes

El buen pastor pasa noches en vela y días angustiosos, para que ni el astuto ladrón, ni la fiereza taimada de los lobos, trame nada pernicioso, nada dañino, contra el querido rebaño. El buen pastor, como dijo el Señor: da su vida por sus ovejas (Jn 10,11). Pero también las ovejas buenas oyen con oídos atentos la voz de su pastor, siguen siempre el albedrío de su pastor, hacen toda la voluntad de su pastor. Suben las colinas, buscan lo escarpado, cambian a menudo de región: y así penetran en lugares aptos para los pastos, regados por corrientes, umbrosos, cómodos, secretos para el reposo; encuentran amenidades, y disfrutan de delicias.

Y vosotros, hijitos, porción abundante del rebaño del Señor, vestidos ya de un vellón níveo y divino, tierna cría, fecundísima de germen celestial: si por oír nuestra voz habéis llegado a menudo a lugares saludables, a pastos saludables; si por los caudales de nuestra predicación habéis templado los calores de vuestros ánimos, el ardor de vuestra sed; si bajo el amparo de nuestra doctrina habéis reposado con alguna comodidad, atended a lo que ordenamos, oíd lo que decimos, aprobad lo que hacemos; y percibid el plan de nuestra predicación no según vuestra voluntad, sino según nuestra disposición: y ya hablemos desde este escalón, ya prediquemos desde la sede sacerdotal según lo pida el tiempo, como ovejas buenas, como rebaños queridos, prendas amadas, sin desdén, diligentes, y con toda la carrera de la fe, reuníos, acudid. Ni el cambio de lugar, tan cercano, y los espacios tan estrechos, os vuelvan perezosos o murmuradores: porque ni la oveja llega a los rediles si vaga a su capricho; ni el discípulo podrá obtener la ciencia si pretende ser enseñado según su voluntad; tampoco el enfermo podrá jamás recobrar la salud si es curado según su propio albedrío.

Pero como hoy nuestro sermón es contra un lobo furioso, empuñemos el cayado pastoral y pasemos a la lectura evangélica. Oyó el rey Herodes, dice (pues se había hecho manifiesto el nombre de Jesús), y decía: Juan el Bautista ha resucitado de entre los muertos, y por eso obran en él los prodigios (Mc 6,14). El necio cree piadosamente acerca del muerto, al que persiguió cruelmente cuando vivía. Juan ha resucitado, dice; y sin embargo, sin saberlo, confiesa que, muerto por Cristo, resucita en Cristo.

Herodes, quid egit gladius tuus? crudelitas tua quid profecit? quo processit impietas tua? si ut ipse dicis, rediit ad virtutes, resurrexit ad opera divina, qui furore tuo putabatur exstinctus? Joannes resurrexit sicut fateris ipse: non hic persona, sed infirmitas perit; non hic Joannes, sed mors magis tali morte succubuit: illusa est poena, carnifex habetur irrisus, ipsa est cognitoris miseri decepta sententia, quae interemptum non perdidit, sed promovit.

Joannes resurrexit a mortuis, propterea virtutes operantur in illo. Et si hostis legis, per legem tamen ille resurrectionem promissam didicerat mortuorum. Et si resurrecturum Joannem noverat, cur insanus occidit? Si ad totius divinae virtutis culmen, si ad totum quidquid est potestatis insigne tali morte sciebat elevandum, cur se tantae mortis esse fecit auctorem? Semper febrit impietas, a phrenesi semper crudelitas obtinetur, carere dementia furor nescit; in se namque saevit, quoties in alterum tendit; se punit, dum percellit insontem; sibi lethalis est totus, cum erga justum crudelis existit. Ecce Joannes, ut ipse dicis, jam vivit in Christo: ad tuam poenam redit, qui venit ad omnium coelesti munere medicinam.

Alii autem dicebant quia Elias est; alii vero dicebant quia propheta est, aut quasi unus ex prophetis. Quo audito, Herodes ait: Ipse est Joannes, quem ego decollavi; hic resurrexit a mortuis. Malevolo quidem at veraci sensu testis ipse criminis sui, assertor sceleris sui, sui facinoris accusator existit. Joannes, quem ego decollavi, ipse est; hic resurrexit a mortuis. Verum dicit: nam sicut in Christo sui resurgunt, ita in suis ipse patitur Christus; et sicut honor capitis ad membra pertendit, ita membrorum poena ad dolorem capitis, ad capitis redundat injuriam. Joannes, quem ego decollavi, ipse est. Iste rex sapiens, egregius judex, censor morum, disciplinae custos, vindex innocentiae, criminum poena, quod decollaverit Joannem dicit, quare decollaverit tacet, ne potestatem regiam tanti facti confunderet turpitudo: sed evangelista prodit, ut interfectoris dedecus interfecti producat ad gloriam.

Nam ipse Herodes, inquit, misit, ac tenuit Joannem, et vinxit eum in carcere propter Herodiadem, uxorem Philippi, fratris sui, quia duxerat eam uxorem. Dicebat enim Joannes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias, quae uxor esse duorum fratrum sceleris amore contendit, ut affectione violaret affectum, et sociaretur Herodi Herodias, ne essent vel nomine dissimiles, qui erant scelere, moribus vitaque consimiles, et jungerentur vocabulo, quos criminum junxerat turpitudo; haec ergo Herodias insidiabatur Joanni.

Herodes, ¿qué hizo tu espada? ¿qué logró tu crueldad? ¿hasta dónde avanzó tu impiedad? ¿si, como tú mismo dices, ha vuelto a los prodigios, ha resucitado para las obras divinas el que se creía extinguido por tu furor? Juan ha resucitado, como tú mismo reconoces: aquí no perece la persona, sino la debilidad; aquí no sucumbió Juan, sino más bien la muerte a tal muerte: la pena ha sido burlada, el verdugo queda escarnecido, la sentencia misma del miserable juez instructor ha sido engañada, la cual no destruyó al que mató, sino que lo promovió.

Juan ha resucitado de entre los muertos, y por eso obran en él los prodigios. Aunque enemigo de la Ley, por la Ley, sin embargo, había aprendido la resurrección prometida de los muertos. Y si sabía que Juan resucitaría, ¿por qué lo mató, insensato? Si sabía que por tal muerte Juan había de ser elevado a la cumbre de todo el poder divino, a toda insignia de potestad, ¿por qué se hizo autor de una muerte tan grande? Siempre tiene fiebre la impiedad, siempre la crueldad está poseída por el frenesí, el furor no sabe carecer de demencia; pues se ensaña contra sí cada vez que apunta contra otro; se castiga a sí mismo al abatir al inocente; es todo él mortal para sí cuando se muestra cruel con el justo. He aquí que Juan, como tú mismo dices, vive ya en Cristo: vuelve para tu castigo el que vino, por don celestial, para la medicina de todos.

Pero otros decían: Es Elías; y otros decían: Es un profeta, o como uno de los profetas (Mc 6,15). Al oír esto, Herodes dijo: Es Juan, a quien yo decapité; este ha resucitado de entre los muertos (Mc 6,16). Con sentido malévolo, pero veraz, se muestra él mismo testigo de su crimen, aseverador de su maldad, acusador de su fechoría. Juan, a quien yo decapité, es él; este ha resucitado de entre los muertos. Dice verdad: pues así como los suyos resucitan en Cristo, así Cristo mismo padece en los suyos; y así como el honor de la cabeza se extiende a los miembros, así el castigo de los miembros redunda en dolor de la cabeza, en injuria de la cabeza. Juan, a quien yo decapité, es él. Este rey sabio, juez egregio, censor de las costumbres, custodio de la disciplina, vengador de la inocencia, castigo de los crímenes, dice que decapitó a Juan, calla por qué lo decapitó, para que la torpeza de semejante hecho no confundiera la potestad regia: pero el evangelista lo revela, para llevar la deshonra del que mató a la gloria del que fue muerto.

Porque el mismo Herodes, dice, mandó prender a Juan, y lo encadenó en la cárcel por causa de Herodías, la mujer de Filipo, su hermano, porque se había casado con ella (Mc 6,17). Porque Juan decía a Herodes: No te es lícito tener la mujer de tu hermano (Mc 6,18). Herodías, que por amor de la maldad se empeñó en ser mujer de dos hermanos, para violar el afecto con el afecto, y para que Herodías se asociase a Herodes, a fin de que no fueran distintos ni siquiera en el nombre los que eran semejantes en la maldad, en las costumbres y en la vida, y se unieran por el vocablo aquellos a quienes había unido la torpeza de los crímenes: esta Herodías, pues, acechaba a Juan (Mc 6,19).

Herodes adulterae non vincebat animum, nefas tamen adulterae differebat. Illa, ne esset arguens, arguentis tendebat ad mortem; ille, ut placeret incestae, captivus ipse justum tantum tenuit, et vinxit inclusum, quia in innocentem reus facile non poterat dictare sententiam.

Cum accidisset, inquit, opportunus dies, Herodes natalis sui coenam fecit principibus, tribunis et primis Galilaeae; cumque intrasset filia ipsius Herodiadis, et saltasset, et placuisset Herodi, simulque recumbentibus, Rex ait puellae: Pete a me quod vis, et dabo tibi. Et juravit illi, Quidquid petieris, dabo tibi, etiam si dimidium regni mei. Ingratus, inhumanus rex, qui virtuti tantae, tam glorioso labori, tam memorabili facto, non totum regnum suum, sed dimidium dedit. Et quare sibi vel pro parte servavit, qui post tantam domus suae gloriam, post tantam familiae sanctitatem, post tale castitatis exemplum, esse, videri, vivere, non debebat? Illa ergo criminis filia, non naturae, non tam ad matrem, quam ad ipsam sentinam sui sceleris mox cucurrit; ut quae fluida tota, tota ierat resoluta, saeva, et truculenta revolaret, et, ut de ipsis artibus loquar, ut tragoediam nefandam caneret, quae impleverat turpissime comoediam.

At illa egressa dixit matri suae: Quid petam? Illa vero dixit: Caput Joannis Baptistae. Et ingressa statim cum festinatione ad regem, petivit dicens: Volo, ut protinus des mihi in disco caput Joannis Baptistae. Et contristatus est rex propter jusjurandum, et propter simul recumbentes, noluit eam contristare; et statim rex misso spiculatore, jussit afferri caput ejus. Ille autem abiit, et decollavit eum in carcere, et attulit caput ejus in disco, et dedit illud puellae, et puella dedit illud matri suae. Sic judicat mens oppressa crapulis, soluta vino, et toto quodammodo ebrietatis demersa naufragio. Volo, ut protinus des mihi in disco caput Joannis. Serpentis germen caput hominis petit, cui suum caput sententia principali sciebat addictum, dicente Deo: Ipse servabit caput tuum, et tu illius observabis calcaneum.

In longum nos trahit prolixitas lectionis, et satis in altum promovet loci ipsius immensa profunditas. Differamus hodie quae sequuntur, ne dum sermo festinat ad finem, quae sunt prolixe dicenda transmittat. Id in clausula nostri commendamus eloquii, quod sine causa cucurrerit serpens: nam tota germina serpentis antiqui iste Joannes noster interemit, et effusione sui sanguinis exstinxit occisus.

Herodes no vencía el ánimo de la adúltera, pero difería la abominación de la adúltera. Ella, para que no hubiera quien la reprendiera, tendía a la muerte del que la reprendía; él, para agradar a la incestuosa, cautivo él mismo, solo retuvo al justo y lo tuvo encadenado y encerrado, porque, siendo reo, no podía fácilmente dictar sentencia contra el inocente.

Habiendo llegado, dice, un día oportuno, Herodes dio una cena por su natalicio a los príncipes, a los tribunos y a los principales de Galilea; y habiendo entrado la hija de la misma Herodías, y habiendo bailado, y agradado a Herodes y a los que estaban recostados con él, el rey dijo a la muchacha: Pídeme lo que quieras, y te lo daré (Mc 6,21-22). Y le juró: Lo que me pidas te lo daré, aunque sea la mitad de mi reino (Mc 6,23). ¡Rey ingrato, inhumano, que a tan gran virtud, a tan glorioso trabajo, a tan memorable hazaña, no dio todo su reino, sino la mitad! ¿Y por qué se reservó para sí siquiera una parte, él que después de tanta gloria de su casa, después de tanta santidad de su familia, después de tal ejemplo de castidad, no debía existir, ni ser visto, ni vivir? Aquella hija del crimen, pues, no de la naturaleza, corrió en seguida no tanto a su madre cuanto a la sentina misma de su maldad; para que la que había entrado toda fluida, toda desatada, volviese volando cruel y truculenta, y, para hablar de las artes mismas, cantase una tragedia nefanda la que había representado torpísimamente una comedia.

Y ella, saliendo, dijo a su madre: ¿Qué pediré? (Mc 6,24) Y ella dijo: La cabeza de Juan el Bautista. Y entrando en seguida con prisa ante el rey, pidió diciendo: Quiero que me des en seguida en un plato la cabeza de Juan el Bautista (Mc 6,25). Y el rey se entristeció; por el juramento y por los que estaban recostados con él, no quiso entristecerla; y en seguida el rey, enviando a un verdugo, mandó traer su cabeza (Mc 6,26-27). Y él fue y lo decapitó en la cárcel, y trajo su cabeza en un plato, y se la dio a la muchacha, y la muchacha se la dio a su madre (Mc 6,27-28). Así juzga una mente oprimida por la crápula, desatada por el vino y hundida, en cierto modo, en el naufragio entero de la embriaguez. Quiero que me des en seguida en un plato la cabeza de Juan. El germen de la serpiente pide la cabeza de un hombre, sabiendo que su propia cabeza había sido condenada por la sentencia soberana, como dice Dios: Él acechará tu cabeza, y tú espiarás su calcañar (Gn 3,15).

La extensión de la lectura nos arrastra a lo largo, y la inmensa profundidad del pasaje mismo nos lleva muy hondo. Dejemos para otro día lo que sigue, no sea que, mientras el sermón se apresura hacia el fin, pase por alto lo que ha de decirse por extenso. Esto encomendamos a la cláusula de nuestro discurso: que la serpiente corrió en vano: pues este Juan nuestro, muerto, destruyó toda la descendencia de la antigua serpiente y la extinguió con el derramamiento de su sangre.

Sermo CLXXIV.

De decollatione D. Joannis Baptistae

Herodianae coenae cruentas epulas, convivium sic ferale, tunc terra, tunc coelum, hodie mecum vester horruit et expavit auditus. Herodes, inquit, natalis sui coenam fecit. Bene coenam, quia non luci, sed tenebris addictus est hic natalis, in quo noctis filius natus est, non diei. Natalis sui, inquit, coenam fecit principibus, tribunis et primis Galilaeae. Quid egit incauta et caeca semper impietas? Omnes evocat potestates, ut non tam multos convivii sui socios, quam innumeros criminis sibi testes assumat, et tot habeat facinoris sui arbitros, quot habuit praesides disciplinae.

Cumque intrasset filia ipsius Herodiadis et saltasset, inquit, et placuisset Herodi. Respondit suo turpis generi, dum patri complacet turpiori; de adulterio namque non nisi turpis debuit procreari: quae fractis gressibus, corpore dissoluto, disjuncta compage membrorum, fluentibus ex arte visceribus, tota patri fieret deformitate formosior. Et revera suam credidit tunc Herodes cum talem vidit; nam putasset alienam, si pudicam vel aliquantulum pervidisset. Serpens tunc latebat in femina, quae reptans gressibus flexuosis lethale toto corpore virus effudit, ut discumbentium mentes furor, venenum corpora sauciaret, homines verterentur in bestias; nec vino jam tales, sed sanguine potarentur; nec pane rabidi, sed carnibus vescerentur humanis. Tales utique tales reddidit, quibus adhuc fumante sanguine caput intulit tunc Joannis; ut illud Psalmistae canticum probaretur: Dederunt carnes sanctorum tuorum bestiis terrae, effuderunt sanguinem eorum tamquam aquam.

Ecce quidquid pariunt totis noctibus protracta convivia; ecce quid generat quod cum mensura emitur, et sine mensura bibitur vinum. Ecce quo praecipitatur caro, cum ad luxuriae facinus voluptatis inflammatur incendiis. Rogo quid tantis cuneis arctatur? Sufficit infelix caro sibi suis casibus ad ruinam, attestante propheta cum dicit: Ut quid irruitis in hominem, interficitis universi vos tamquam parieti inclinato et maceriae impulsae? Jacebat in Herode caro oppressa crapulis, ebrietate captiva, quae, titillante luxuria, et non tam ludente quam illudente lascivia, promitteret quidquid turpitudo peteret se daturam.

Sermón CLXXIV.

Sobre la degollación de san Juan Bautista

De los manjares sangrientos de la cena de Herodes, de un convite tan funesto, se horrorizó y se llenó de pavor entonces la tierra, entonces el cielo, y hoy, conmigo, vuestro oído. Herodes, dice, dio una cena por su natalicio (Mc 6,21). Bien dicho cena, porque este natalicio está entregado no a la luz, sino a las tinieblas, el día en que nació un hijo de la noche, no del día. Por su natalicio, dice, dio una cena a los príncipes, a los tribunos y a los principales de Galilea. ¿Qué hizo la impiedad, siempre incauta y ciega? Convoca a todas las potestades, para tomar para sí no tanto muchos compañeros de su convite cuanto innumerables testigos de su crimen, y tener tantos árbitros de su fechoría cuantos gobernadores de la disciplina tuvo.

Y habiendo entrado la hija de la misma Herodías y habiendo bailado, dice, y agradado a Herodes (Mc 6,22). Respondió a su torpe linaje, al agradar a un padre más torpe; porque del adulterio no debía procrearse sino una torpe: la que, con pasos quebrados, con el cuerpo desatado, con la trabazón de los miembros desencajada, con las entrañas fluyendo con arte, se volvía, con toda su deformidad, más hermosa para su padre. Y en verdad Herodes la creyó entonces suya, cuando la vio tal; pues la habría creído ajena, si la hubiera visto siquiera un poco púdica. La serpiente se ocultaba entonces en la mujer, que, reptando con pasos sinuosos, derramó con todo su cuerpo un veneno mortal, de modo que el furor hería las mentes, el veneno los cuerpos de los que estaban recostados, los hombres se convertían en bestias; ya no se embriagaban tales con vino, sino con sangre; ya no rabiosos por el pan, sino que se alimentaban de carnes humanas. A tales hombres los volvió verdaderamente tales, a quienes entonces presentó la cabeza de Juan con la sangre todavía humeante; para que se comprobase aquel cántico del salmista: Dieron las carnes de tus santos a las bestias de la tierra, derramaron su sangre como agua (Sal 79,2-3).

He aquí lo que dan a luz los convites prolongados noches enteras; he aquí lo que engendra el vino, que se compra con medida y se bebe sin medida. He aquí adónde se precipita la carne, cuando se inflama con los incendios del placer hasta la fechoría de la disolución. Pregunto: ¿por qué se la estrecha con tan grandes escuadrones? Basta la carne infeliz a sí misma, con sus propias caídas, para su ruina, como atestigua el Profeta cuando dice: ¿Por qué os lanzáis contra un hombre? ¿Matáis todos vosotros, como a una pared inclinada y a una cerca derribada? (Sal 62,4) Yacía en Herodes la carne oprimida por la crápula, cautiva de la embriaguez, la cual, con la disolución haciéndole cosquillas, y la lascivia no tanto jugando cuanto burlando, prometería que daría todo cuanto la torpeza pidiera.

Pete a me quod vis, inquit, et dabo tibi; et juravit illi. Jurat miser, dum quidquid honestatis est et virtutis abjurat. Pete a me quod vis. Quid peteret luxuria, nisi castitatis interitum, pudicitiae necem, mortem sibi semper contrariae sanctitatis? Volo ut des mihi in disco caput Joannis. Si caput viri est, juxta Apostolum, Christus, jam tunc novello ore antiquissimus serpens Christi Domini tendebat ad mortem. Volo ut des mihi in disco caput Joannis. Jam tunc avidus draco in servi capite Domini degustabat sitiens passionem. Volo ut des mihi in disco. Cur in disco, cur pretiose gestas, quem viliter occidis, nisi quia pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus? Hoc ipsum quod vis non agis quomodo ipsa vis, quia agit te superna ratio aliter quam vis. In illo quidem tunc ferali antro, non aula regis, rabies tunc fera pastum suum credidit, cum caput martyris vidit; lotum suum sensit, cum liquorem sacri sanguinis sitiens aspexit; ferculum crudelitatis suae toto ore, totis faucibus contendit et conatur absorbere.

Sed Joannes venit in sublimi positus, ut lucerna super candelabrum, tenebras ut fugaret, dicente Domino: Ille erat lucerna ardens et lucens. Venit Joannes, ut judex in tribunali resplendens, ut qui arguit adulterium, exponeret et damnaret homicidam; et qui pie vivens incestum vocarat ad poenitentiam, reservaverat ad veniam, homicidium etiam damnaret occisus. Quam quaeso meretur veniam, qui in morte Joannis ipsam poenitentiam tam crudeliter interemit?

Gratis cucurristis Herodes et Herodias, nomina non affectione sociata, sed crimine, quae vocem intercipi posse stultissime credidisti. Ego sum, inquit, vox clamantis in deserto. Vox occidi non potest, sed magis clamat angustiis corporis absoluta. Sic vox Abel in suo jam effusa sanguine magis sonat, magis penetrat, magis pertendit ad coelum. Sic nunc, Joannes toto orbe clamat, totis saeculis facinus vestrum cunctis refert, et ostentat in gentibus.

Ecce Joannes Christi capite gloriatur, qui capiti putabatur addictus. Ecce eo die quo tu finisti tuum, ille sibi natalem coeli conquisivit: quia quando tuus ortus mersit in finem, tunc illius finis ortus est in natalem. Justus enim tunc inchoat vivere, cum pro Christo meretur occidi; transfertur ista morte vita martyris, non aufertur; morte magis claruit, qui ob hoc mortuus est, ut viveret in aeternum. Ecce tu jaces in morte, Joannes vivit occisus. Tu fucatam murice purpuram perdidisti, Joannes cruore suo fulgenti purpura semper gloriatur indutus.

Pídeme lo que quieras, dice, y te lo daré; y le juró. Jura el miserable, al abjurar de cuanto hay de honestidad y de virtud. Pídeme lo que quieras. ¿Qué había de pedir la disolución sino la destrucción de la castidad, la muerte violenta del pudor, la muerte de la santidad, siempre contraria a ella? Quiero que me des en un plato la cabeza de Juan. Si la cabeza del varón, según el Apóstol, es Cristo (1 Cor 11,3), ya entonces, con boca nueva, la antiquísima serpiente tendía a la muerte de Cristo el Señor. Quiero que me des en un plato la cabeza de Juan. Ya entonces el dragón ávido, sediento, saboreaba en la cabeza del siervo la Pasión del Señor. Quiero que me des en un plato. ¿Por qué en un plato, por qué llevas preciosamente a quien matas vilmente, sino porque preciosa a los ojos del Señor es la muerte de sus santos (Sal 116,15)? Esto mismo que quieres no lo haces como tú quieres, porque un designio de lo alto te mueve de otro modo que como quieres. En aquel antro entonces funesto, no palacio de rey, la rabia feroz creyó tener su pasto cuando vio la cabeza del mártir; sintió tener su bebida cuando, sedienta, contempló el licor de la sangre sagrada; se esfuerza e intenta engullir el plato de su crueldad con toda la boca, con todas las fauces.

Pero Juan vino, puesto en alto, como lámpara sobre el candelero, para ahuyentar las tinieblas, como dice el Señor: Él era una lámpara que ardía y brillaba (Jn 5,35). Vino Juan, como juez resplandeciente en el tribunal, para que el que reprendió el adulterio expusiera y condenara al homicida; y el que, viviendo piadosamente, había llamado a la penitencia al incestuoso, lo había reservado para el perdón, condenase, muerto, también el homicidio. ¿Qué perdón, pregunto, merece el que en la muerte de Juan mató tan cruelmente a la penitencia misma?

En vano corristeis, Herodes y Herodías, nombres asociados no por el afecto, sino por el crimen, que muy neciamente creísteis que se podía interceptar la voz. Yo soy, dice, la voz del que clama en el desierto (Jn 1,23). La voz no puede ser matada, sino que clama más, librada de las estrecheces del cuerpo. Así la voz de Abel, derramada ya en su sangre, suena más, penetra más, llega más hasta el cielo (Gn 4,10). Así ahora Juan clama por todo el orbe, por todos los siglos cuenta a todos vuestra fechoría, y lo muestra entre las naciones.

He aquí que Juan se gloría de tener por cabeza a Cristo, él que se creía condenado en su cabeza. He aquí que en el día en que tú acabaste el tuyo, él se ganó su natalicio del cielo: porque cuando tu orto se hundió en el fin, entonces su fin surgió en natalicio. Porque el justo comienza a vivir cuando merece ser muerto por Cristo; por esta muerte la vida del mártir es trasladada, no arrebatada; más brilló por la muerte el que murió para vivir eternamente. He aquí que tú yaces en la muerte, Juan vive, muerto. Tú perdiste la púrpura teñida de múrice; Juan, revestido de su sangre, se gloría siempre en una púrpura resplandeciente.

Tui convivae nunc participes efficiuntur in poenis, Joannes coelesti mensa cum choris vescitur angelorum. Ille audit coelestem jugiter symphoniam, tu audis inferni semper gemitum et stridorem. Ille meretricis tuae, saltatricis tuae addictus in pretium, nunc regno, nunc praemiis coelestibus honoratur, tu mercedem sententiae tuae cum tua filia in tartaro percepisti.

Vestimentum Joseph, cum adulteram fugeret, derelinquit; Joannes ne videret adulteram, ipsum projecit et corpus. Joseph, ne adulterium faceret, libens carcerem suscepit; Joannes ut argueret adulterium, eremum carcere commutavit. Joseph somnia dum revelat, evasit ex morte; Joannes, ut Dei Filium revelaret, suscepit et mortem. Joseph dum panem praeparat temporalem, ex auro torquem meruit, et honorem; Joannes, ut ostenderet coelestem credentibus panem, martyrii torquem meruit ex cruore.

Merito in natis mulierum cunctis major est hic Joannes, qui non solum adulteras arguit, sed et licita mulierum consortia virginitatis amore calcavit. Et si Joannes tantus, Joannes talis, tanta eremo separatus a feminis feminarum pericula non evasit, quis est qui inter feminas vivens evasurum se sine labore maximo, maxima sine cautione confidit, nisi is qui sancto alitur Spiritu? Qui cum genitore natoque una cuncta disponit saecula per aevi omnia spatia.

Tus convidados se hacen ahora partícipes en los castigos; Juan se alimenta en la mesa celestial con los coros de los ángeles. Él oye continuamente la sinfonía celestial, tú oyes siempre el gemido y el rechinar del infierno. Él, entregado como precio de tu meretriz, de tu bailarina, es ahora honrado con un reino, ahora con premios celestiales; tú has recibido el salario de tu sentencia con tu hija en el Tártaro.

José dejó su vestido cuando huía de la adúltera (Gn 39,12); Juan, por no ver a la adúltera, arrojó hasta su mismo cuerpo. José, por no cometer adulterio, aceptó de buen grado la cárcel; Juan, por reprender el adulterio, cambió el desierto por la cárcel. José, al revelar sueños, escapó de la muerte; Juan, por revelar al Hijo de Dios, aceptó también la muerte. José, al preparar el pan temporal, mereció un collar de oro, y honra; Juan, por mostrar a los creyentes el pan celestial, mereció por su sangre el collar del martirio.

Con razón este Juan es mayor que todos entre los nacidos de mujer (Mt 11,11), él que no solo reprendió a las adúlteras, sino que también pisoteó, por amor de la virginidad, el consorcio lícito de las mujeres. Y si Juan, tan grande, Juan, tal como era, separado de las mujeres por un desierto tan grande, no escapó de los peligros de las mujeres, ¿quién es el que, viviendo entre mujeres, confía en escapar sin un trabajo grandísimo, sin una cautela grandísima, sino aquel que es alimentado por el Espíritu Santo? El cual, con el Progenitor y el Nacido, dispone a una todos los siglos por todos los espacios del tiempo.

SERMO CLXXV.

De Marcellino episcopo Vicohaventino, et D. Mariae, Virginis partu

Omnium quidem rerum primordia sunt dura, sed duriora sunt omnibus primordia generantis. Sancta Ecclesia Ravennas, ut primum pareret, viam fecit, angores pertulit, sensit dolores. Et hoc egit, fratres, ut ordinem partus divini toto veritatis tramite custodiret: nam posteaquam primogenitum totius creaturae Virgo mater ut pareret, viam totius patriae percucurrit; sic virgineus partus, sic primitivorum est dedicata nativitas. Et necessario, fratres, Via generatur in via. Ego sum, inquit, Via; ut omnis aditus excluderetur erroris, et viator tandem coelum peteret, qui terreni itineris incassum diu sudores pertulerat et labores.

Et factum est in diebus illis, inquit evangelista, exiit edictum a Caesare Augusto, ut scriberetur universus orbis. Ascendit autem et Joseph a Galilaea de civitate Nazareth in Judaeam ad civitatem David, quae vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo et familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore praegnante. Et factum est in diebus illis, impleti sunt dies ut pareret, et peperit filium suum primogenitum.

Libet hic aliquid de dolore dicere. Edicto Caesaris et pagani universorum Dominus obtemperaturus occurrit, et decreto beati Petri, decreto principis Christiani, servus adhuc aliquis irreverenter obsistit? Verum, quia neque prospera adversis, neque gaudiis miscenda sunt tristia, his omissis hodierni germinis laetitiam proloquamur. Habeat modo natus, qui primum natus est, primogeniti reverentiam, teneat et honorem: Marcellinus hodie vernaculi partus totum rapuit et conquisivit affectum. Circumstant filii, adsunt propinqui, cognatio tota concurrit, familia exsultat omnis, et ipsa penetralia domus tripudiant et laetantur: quia videre oculis, suscipere manibus, hodie primum sanctae genitricis partum, sobolemque meruerunt. Ipsa quoque genitrix sponsa mater et virgo, in ipso conjunctionis suae cubiculo, genuisse nova gratulatione miratur.

Sermón CLXXV.

Sobre Marcelino, obispo de Vicohabentia, y sobre el parto de santa María Virgen

Los comienzos de todas las cosas son, ciertamente, duros, pero más duros que todos son los comienzos de quien engendra. La santa iglesia de Rávena, para dar a luz por primera vez, hizo camino, soportó angustias, sintió dolores. Y esto hizo, hermanos, para guardar el orden del parto divino por toda la senda de la verdad: pues la Virgen madre, para dar a luz al primogénito de toda la creación (Col 1,15), recorrió el camino de toda su patria; así fue consagrado el parto virginal, así el nacimiento de los primogénitos. Y necesariamente, hermanos, el Camino es engendrado en el camino. Yo soy, dice, el Camino (Jn 14,6); para que quedase excluido todo acceso del error, y el viajero se dirigiese por fin al cielo, él que largo tiempo había soportado en vano los sudores y los trabajos del camino terreno.

Y sucedió en aquellos días, dice el evangelista, que salió un edicto de César Augusto, para que se empadronara todo el orbe (Lc 2,1). Y subió también José desde Galilea, de la ciudad de Nazaret, a Judea, a la ciudad de David que se llama Belén, por ser de la casa y familia de David, para empadronarse con María, su mujer desposada, que estaba encinta (Lc 2,4-5). Y sucedió en aquellos días que se cumplieron los días del parto, y dio a luz a su hijo primogénito (Lc 2,6-7).

Quisiera decir aquí algo de un dolor. ¿El Señor de todos acude a obedecer el edicto del César, y de un pagano, y algún siervo todavía resiste irreverentemente al decreto del bienaventurado Pedro, al decreto del príncipe cristiano? Pero, como ni lo próspero ha de mezclarse con lo adverso, ni lo triste con las alegrías, dejando esto a un lado, proclamemos la alegría del vástago de hoy. Tenga ahora el nacido, el que nació primero, la reverencia del primogénito, y conserve también su honor: Marcelino se ha llevado y ha conquistado hoy todo el afecto de un parto de la casa. Rodean los hijos, están presentes los allegados, concurre todo el parentesco, exulta toda la familia, y hasta los aposentos interiores de la casa danzan y se alegran: porque han merecido ver con sus ojos, recibir en sus manos, hoy por primera vez, el parto y la prole de su santa progenitora. También la progenitora misma, esposa, madre y virgen, en la misma alcoba de su unión, se maravilla con nueva alegría de haber engendrado.

Sed neminem turbet, nullum moveat, quod in thalamo ipso sponsa ipsa cernitur peperisse: talis non est de crimine, sed de virginitate conceptus, quando in tali germine coelestis partus est, non humanus: nec ullus hic est sinistrae suspicionis locus, ubi ipse sponsus sponsae suae testis habetur et custos. Quicumque sollicitus es de facto, esto de exemplo maximo persecurus, et praecedentis trepidatio ad tuam cautelam proficiat, et munimen. Joseph ille maritus solo nomine, conscientia sponsus, praegnantem sponsam fluctuans et anxius intuetur, quia neque accusare innocentem, neque praegnantem poterat accusare; tacere tutum non erat, erat loqui periculum. Admittit, non prodit crimina accusator insontis. Erat ipse testimonium castitatis, erat custos pudoris: aliud noverat, aliud intuebatur; confundebat visus quem non confundebat Virginis fides: actus et vita in bivio; mens justa et sanctus animus ancipiti cogitatione torquetur; sentit, sed tantum non potest penetrare sacramentum, quia nec accusare poterat, et defensare penes homines non valebat.

Merito mox occurrit angelus, merito responsum subvenit mox divinum, cui humano deficiente consilio justitia non defecit. Et quid dicit? Joseph fili David, noli timere. Qui nihil fecerat, quid timebat? Timebat, quia etsi nullus in facto reatus erat, erat in causa maximus pavor. Sanctus animus quidquid non assequitur, expavescit. Cave ergo, homo, de partu nostrae matris taliter disputare, cum angelum respondisse sufficiat: Noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in illa natum est, de Spiritu sancto est. Feliciter parturit, quae virginitatis coronam magis magisque pariendo conquisivit et gloriam.

Hic vero qui nobis hodie natus est, semper retia tetendit in mare. Nemo ergo miretur, si piscatorem Petrus gestivit habere collegam. Orate ergo, fratres, ut piscari mereatur homines qui hactenus pisces capere hominum laboravit ad vitam.

Pero que a nadie turbe, que a ninguno inquiete, que se vea que la esposa misma ha dado a luz en el mismo tálamo: tal concepción no viene del crimen, sino de la virginidad, ya que en tal vástago el parto es celestial, no humano: ni hay aquí lugar alguno para una sospecha siniestra, donde el esposo mismo es tenido por testigo y custodio de su esposa. Quienquiera que estés inquieto por el hecho, quédate del todo seguro con el ejemplo más grande, y que el temblor del que te precedió te aproveche para tu cautela y defensa. Aquel José, marido solo de nombre, esposo en la conciencia, mira fluctuante y angustiado a su esposa encinta, porque no podía acusar a la inocente, ni acusar a la encinta; callar no era seguro, hablar era peligro. El acusador de la inocente comete crímenes, no los descubre. Él mismo era testigo de su castidad, era custodio de su pudor: una cosa sabía, otra veía; lo confundía la vista a él, a quien no confundía la fe de la Virgen: su conducta y su vida en una encrucijada; su mente justa y su ánimo santo son atormentados por un pensamiento dudoso; percibe, pero no puede penetrar un misterio tan grande, porque ni podía acusar, ni era capaz de defenderla ante los hombres.

Con razón le sale al punto al encuentro un ángel, con razón le llega al punto en socorro una respuesta divina, a él, en quien, al faltar el consejo humano, no faltó la justicia. ¿Y qué dice? José, hijo de David, no temas (Mt 1,20). El que nada había hecho, ¿qué temía? Temía, porque, aunque no había culpabilidad alguna en el hecho, había en la causa grandísimo pavor. El ánimo santo se llena de pavor ante todo lo que no alcanza. Guárdate, pues, hombre, de disputar de tal modo sobre el parto de nuestra madre, puesto que basta con que el ángel haya respondido: No temas recibir a María tu cónyuge; porque lo que en ella ha nacido es del Espíritu Santo. Dichosamente da a luz la que, dando a luz, conquistó más y más la corona y la gloria de la virginidad.

Pero este que hoy nos ha nacido siempre tendió las redes en el mar. Nadie se extrañe, pues, de que Pedro haya deseado tener por colega a un pescador. Orad, pues, hermanos, para que merezca pescar hombres el que hasta ahora se afanó en capturar peces para la vida de los hombres.

Sermo CLXXVI.

De caeco

Deus quoties desperatas humanorum curat corporum passiones, deitatis suae toties potentiam pandit: sed in una eademque infirmitate, quando ordinem suae curationis immutat, causas propter quas hoc faciat, facit nos altius perscrutari. Nam juxta viam sedenti caeco visum sola restituit jussione; alii a nativitate caeco nato, non lumini, sed tenebris, et cui natura visum inviderat, atque ipsa, quae parat et aperit oculos, oculos clauserat et negarat, Christus imponit lutum, et collyrio materiali fingit, facit, procurat oculos, non recurat, ut creante, non medicante manu inde homini suppleret lumina, unde hominem fecerat totum. Iste vero caecus, cujus nobis evangelista Marcus retulit curam, sic novo sanatur modo, ut omnes compellat exquirere cur contumax caecitas moram facere sic praesumit auctori, cujus nutu, visu, jussu infirmitates pereunt, redeunt sanitates, vita oritur, mors finitur, stant omnia, cuncta dilabuntur.

Venit, inquit, Jesus Bethsaida, et adducunt ei caecum, et rogabant eum ut eum tangeret; et apprehensa manu caeci, eduxit eum foras extra vicum. Quasi eum curare non potuerit in loco, aut beneficio loci indiguerit, universis qui contulit visum. Haec est Bethsaida cujus perfidiam Dominus exprobrat, dicens: Vae tibi, Chorozaim, vae tibi, Bethsaida: quia si in Tyro et Sidone virtutes factae fuissent quae in te factae sunt, olim in cilicio et cinere poenitentiam egissent. Ergo apprehensa manu ejus de domo infidelitatis educit, levat eum de perfidiae sessione, ut ante fidem quam oculos daret, ante menti quam corpori redderet sanitatem, ante praeberet humani ducatus obsequium quam divinae virtutis operaretur insigne. Illi rogabant ut vel tangeret eum: sed Christus, qui horrere nescit pauperem, pauperem scit amare, totam dedit pauperi manum, et debilitati Deus publicam praebuit servitutem, ut homo non horreat hominem, et videns non videntem videat, et duce manu caecum lucis faciat nescire orbitatem: ne dicat homo: Non habet manus mea quod det pauperi, det ipsam manum pauperi, et plus erit manum pauperi dedisse quam nummum, iter praebuisse pauperi quam pauperi panis dedisse fragmentum.

Sermón CLXXVI.

Sobre el ciego

Cada vez que Dios cura los padecimientos desesperados de los cuerpos humanos, otras tantas despliega el poderío de su deidad: pero en una y la misma enfermedad, cuando cambia el orden de su curación, nos hace escudriñar más a fondo las causas por las que lo hace. Pues al ciego que estaba sentado junto al camino le devolvió la vista con una sola orden (Mc 10,46-52); al otro, ciego de nacimiento, nacido no para la luz, sino para las tinieblas (Jn 9,1-7), a quien la naturaleza había escatimado la vista, y a quien la misma naturaleza, que prepara y abre los ojos, había cerrado y negado los ojos, Cristo le aplica barro, y con un colirio material modela, hace, procura los ojos, no los restaura, para suplir al hombre, con mano que crea, no que cura, la luz de aquello de que había hecho al hombre entero. Pero este ciego, cuya curación nos refirió el evangelista Marcos, es sanado de un modo tan nuevo que obliga a todos a indagar por qué una ceguera contumaz se atreve así a hacer esperar a su autor, a cuyo asentimiento, mirada y mandato perecen las enfermedades, vuelven las saludes, nace la vida, acaba la muerte, todas las cosas se mantienen, todas se desvanecen.

Llegó, dice, Jesús a Betsaida, y le traen un ciego, y le rogaban que lo tocase; y tomando de la mano al ciego, lo sacó fuera de la aldea (Mc 8,22-23). ¡Como si no hubiera podido curarlo en el lugar, o hubiese necesitado el favor de un lugar, él que dio la vista a todos! Esta es la Betsaida cuya incredulidad reprocha el Señor, diciendo: Ay de ti, Corozaín, ay de ti, Betsaida: porque si en Tiro y en Sidón se hubieran hecho los prodigios que se han hecho en ti, hace tiempo que habrían hecho penitencia en cilicio y ceniza (Mt 11,21). Así pues, tomándolo de la mano, lo saca de la casa de la infidelidad, lo levanta del asiento de la incredulidad, para dar la fe antes que los ojos, para devolver la salud a la mente antes que al cuerpo, para prestar el servicio de una guía humana antes de obrar la insignia del poder divino. Ellos rogaban que al menos lo tocase: pero Cristo, que no sabe sentir horror del pobre, sabe amar al pobre, dio al pobre la mano entera, y Dios prestó a la invalidez un servicio público, para que el hombre no sienta horror del hombre, y el que ve mire al que no ve, y con mano que guía haga que el ciego no conozca la orfandad de la luz: no diga el hombre: «Mi mano no tiene qué dar al pobre»; dé la mano misma al pobre, y será más haber dado al pobre la mano que una moneda, haber ofrecido al pobre el camino que haberle dado al pobre un pedazo de pan.

Et eduxit eum foras extra vicum, et exspuit in oculos ejus. Dominico sputo vacuas oculorum replet lacunas, divino ore luciferam dat salivam, ut sancti roris gutta baptizaret oculos peccatoris, ut aperiret venia, quos clauserat culpa. Nemo ergo dubitet divino imbre tota arefacta mortalia membra posse reviviscere, cum videat parva Dominici sputi gutta arentes caecitate oculos subito sic suscitatos in lucem: Exsurgent, inquit Isaias, mortui, et resurgent qui in monumentis sunt, et laetabuntur qui sunt in terra. Quomodo? Ros enim qui abs te est sanitas est illis; quod est pluvia semini, hoc resurrecturis Dominicus imber.

Et imposuit illi manus. In faciendo, in reparando, in componendo hominem Dominicae manus curatrices hominibus semper adsunt. Manus tuae, inquit, fecerunt me et plasmaverunt me. Et interrogavit eum si aliquid videret. Interrogat ut homo, operatur ut Deus. Qui videt abdita terrarum, qui cordis intuetur occulta, cui omnia sunt nuda quae sunt tecta omnibus, in opere suo, in oculis suis videre quaerit, laborat scire, alio referente cognoscit? Absit. Sed interrogat ut praesentes scirent, futuri cognoscerent, caecitatis hujus non esse simplicem, sed mysticam curam.

Denique non lumen, sed auroram quamdam, lucemque erumpentem datam sibi adhuc qui curabatur, Domino interrogante, respondit: Video, inquit, homines ut arbores ambulantes. Imperfectis oculis grandescunt formae, turbantur species, res falluntur ipsae, quia non jam visionem capiunt, sed adhuc umbram sustinent visionis. Et quare tamen sicut arbores, non ut columnae, aut aliud quid, neque stantes, sed ambulantes? Quia post curam Christi viderat, quod homines velut arbores transirent in hoc saeculo, non manerent; temporalem plantationem germinis humani esse in hac vita mox videt quem curaverit Christus. Iteranda est ergo cura Christi, ut perfecti oculi futura certa, manentia videant et aeterna. Iterum, inquit, posuit manus super oculos ejus, et coepit videre: et restitutus est, ita ut clare videret omnia, et misit illum in domum suam, dicens: Vade in domum tuam, et si in vicum introieris, nemini dixeris.

Aperiatur jam spiritualis intelligentia, ut qui sit iste caecus cognoscamus, et quare non sponte venit, sed ab aliis adducitur, et ducitur manu Christi, et educitur extra vicum, et alibi recipit visum, qui diu apud suos longam sui pertulerat orbitatem: et exspuit in oculos ejus, et iteratur divinae manus impositio, et cui videre extra domum datur, quid viderit, quomodo viderit, per quem viderit, suis dicere non donatur.

Y lo sacó fuera de la aldea, y escupió en sus ojos. Con la saliva del Señor llena las cuencas vacías de los ojos, con boca divina da una saliva portadora de luz, para que una gota de rocío santo bautizase los ojos del pecador, para que el perdón abriese los que había cerrado la culpa. Nadie dude, pues, de que los miembros mortales, del todo secos, pueden revivir con la lluvia divina, cuando ve que unos ojos resecos por la ceguera son así de pronto levantados a la luz por una pequeña gota de la saliva del Señor: Se levantarán, dice Isaías, los muertos, y resucitarán los que están en los monumentos, y se alegrarán los que están en la tierra (Is 26,19). ¿Cómo? Porque el rocío que viene de ti es salud para ellos; lo que la lluvia es para la semilla, eso es la lluvia del Señor para los que han de resucitar.

Y le impuso las manos. Al hacer, al reparar, al componer al hombre, las manos sanadoras del Señor asisten siempre a los hombres. Tus manos, dice, me hicieron y me plasmaron (Sal 119,73). Y le preguntó si veía algo. Pregunta como hombre, obra como Dios. El que ve lo escondido de las tierras, el que contempla lo oculto del corazón, aquel para quien está desnudo todo lo que para todos está cubierto, ¿busca ver en su propia obra, en sus propios ojos, se afana por saber, conoce por el informe de otro? De ningún modo. Sino que pregunta para que los presentes supieran, y los futuros conocieran, que la curación de esta ceguera no era simple, sino mística.

En efecto, el que era curado respondió, al preguntarle el Señor, que se le había dado hasta entonces no la luz, sino una especie de aurora y una luz que despuntaba: Veo, dice, a los hombres como árboles que andan (Mc 8,24). Para unos ojos imperfectos las formas se agrandan, las apariencias se turban, las cosas mismas engañan, porque todavía no captan la visión, sino que soportan aún la sombra de la visión. ¿Y por qué, sin embargo, como árboles, no como columnas, u otra cosa, y no de pie, sino andando? Porque tras la curación de Cristo había visto que los hombres pasan como árboles en este mundo, que no permanecen; el que ha sido curado por Cristo ve en seguida que la plantación del germen humano en esta vida es temporal. Hay que repetir, pues, la curación de Cristo, para que los ojos perfeccionados vean lo futuro, lo cierto, lo permanente y lo eterno. De nuevo, dice, le puso las manos sobre los ojos, y comenzó a ver; y quedó restablecido, de modo que veía claramente todas las cosas, y lo envió a su casa, diciendo: Vete a tu casa, y si entras en la aldea, no se lo digas a nadie (Mc 8,25-26).

Ábrase ya la inteligencia espiritual, para que conozcamos quién es este ciego, y por qué no viene por sí mismo, sino que es traído por otros, y es conducido por la mano de Cristo, y es sacado fuera de la aldea, y recibe la vista en otro lugar, él que largo tiempo había soportado entre los suyos su larga orfandad: y escupió en sus ojos, y se repite la imposición de la mano divina, y a aquel a quien se le da ver fuera de la casa no se le concede decir a los suyos qué vio, cómo vio, por quién vio.

Fratres, caecus iste est Judaeus, qui in Synagoga, hoc est, in perfidiae domo et in vico, hoc est, in conventu malignantium ignorantiae caecitate tenebatur, et sedebat oppressus. Hinc est quod non veniebat ad Christum, sed venit ad eum Christus, et apprehendit manum ejus, ut dono vocantis, non beneficio legis, non proprio curatum se gloriaretur arbitrio. Educit eum foras, ut in Ecclesia lucem fidei videat per libertatem gratiae, qui sub legis velamine nil videbat.

Imponit ei primum manum, ut videat transire umbram legis; ut sacerdotes, scribas, pharisaeos, et figuram totam Judaicae observantiae videat velut arbores praeterire, quae ut in tempore, sic cum tempore senescunt, nascuntur, virescunt, florescunt, fructificant, pereunt, evanescunt. Iterum imponit ei manum, ut resurgens non jam caduca videat, sed aeterna, et videat quidquid est divini luminis, honoris et gloriae: sicut ille magnus ex ipsis Paulus, qui extra vicum et in via Judaeus cecidit, ut resurgeret Christianus; et caecatus est in lege, ut videret in gratia, sicut ab ipso perhibetur: Nunc videmus in speculo et in aenigmate; tunc autem videbimus facie ad faciem. Tunc quando quod sepultum est in morte, surget in vita, et quidquid satum est in contumelia, surget in gloria.

Hermanos, este ciego es el judío, que en la Sinagoga, esto es, en la casa de la incredulidad, y en la aldea, esto es, en la asamblea de los malignos, estaba retenido en la ceguera de la ignorancia, y estaba sentado, oprimido. Por eso no venía él a Cristo, sino que Cristo vino a él, y le tomó la mano, para que se gloriase de haber sido curado por don del que llama, no por beneficio de la Ley, no por su propio albedrío. Lo saca fuera, para que en la Iglesia vea la luz de la fe por la libertad de la gracia, él que bajo el velo de la Ley nada veía.

Le impone primero la mano, para que vea pasar la sombra de la Ley; para que vea pasar como árboles a los sacerdotes, a los escribas, a los fariseos y toda la figura de la observancia judía, que, como están en el tiempo, así con el tiempo envejecen, nacen, verdean, florecen, fructifican, perecen, se desvanecen. De nuevo le impone la mano, para que, levantándose, vea ya no lo caduco, sino lo eterno, y vea cuanto hay de luz, de honor y de gloria divina: como aquel gran Pablo, de entre ellos, que fuera de la aldea y en el camino cayó judío, para levantarse cristiano (Hch 9,4); y fue cegado en la Ley, para ver en la gracia, como él mismo declara: Ahora vemos en un espejo y en enigma; pero entonces veremos cara a cara (1 Cor 13,12). Entonces, cuando lo que ha sido sepultado en la muerte resucite en la vida, y todo lo que ha sido sembrado en la ignominia resucite en la gloria (1 Cor 15,43).

Appendix

Sermo VI. De verbis Evangelii Matth. XVII: Hoc genus in nullo ejicitur, nisi oratione et jejunio

Adversus daemonum nequitiam quae nobis Dominus arma ostendit, debemus utique retinere. Hoc, ait, genus in nullo ejicitur, nisi in oratione et jejunio. Haec cum plena fide exercentur, pietas est. Pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitae praesentis et futurae. Inspiciamus ergo utiliter orationis fructus et jejunii, quia ipsa sunt arma adversus improbas cogitationes. Jejunium purgat mentem, sublevat sensum, carnem spiritui subjicit. Jejunium cor facit contribulatum et humiliatum, quod Deus non spernit. Jejunium concupiscentiae nebulas dispergit, libidinum ardores exstinguit, castitatis verum lumen accendit. Jejunium verbositatem non amat, divitiarum superfluitatem judicat, superbiam spernit, humilitatem commendat, praestat homini seipsum intelligere quod est, infirmum et fragilem, atque dum ita se intelligit imbecillem, aptius virtute Dei adjutorium quaerit et accipit, quaerit autem per frequentes orationes et obsecrationes.

Oratio quidem refectio est jejuniorum, et advocat gratiam Spiritus sancti. Oratio duritiam cordis mollit, austeritatem temperat, jejunium dulcificat. Sicut enim sine potu non est plena refectio, sic et jejunium sine oratione non potest animam perfecte nutrire. Quid est autem oratio nisi ascensio animae de terrestribus ad coelestia, inquisitio supernorum, invisibilium desiderium? Abeat dissensio saecularium morum quibus premitur mens humana quotidie. Oratio conjunctio est Spiritui sancto: si tamen in oratione intentus sit animus, sicut clamat propheta: Sitivit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. Quid autem sitiendum sit, sequitur, ut videat virtutem tuam. Credite mihi: si ad videndam plenam virtutem Dei plene sitiat anima humanae substantiae, nec fastidio victa dissimulet, replebitur adipe et pinguedine spirituali: et sitiens illam Dei visitationem sensu proprio cum fide clamabit: Adhaesit anima mea post te, suscepit me dextera tua.

Apéndice

Apéndice, sermón VI. Sobre las palabras del Evangelio, Mateo 17: «Esta clase no se expulsa con nada, sino con la oración y el ayuno»

Las armas que el Señor nos mostró contra la maldad de los demonios debemos ciertamente conservarlas. Esta clase, dice, no se expulsa con nada, sino con la oración y el ayuno (Mt 17,21). Cuando se practican con fe plena, es piedad. Y la piedad es útil para todo, pues tiene la promesa de la vida presente y de la futura (1 Tim 4,8). Consideremos, pues, con provecho los frutos de la oración y del ayuno, porque ellos mismos son las armas contra los pensamientos perversos. El ayuno purifica la mente, eleva el sentido, somete la carne al espíritu. El ayuno hace el corazón contrito y humillado, que Dios no desprecia (Sal 51,19). El ayuno disipa las nieblas de la concupiscencia, extingue los ardores de las pasiones, enciende la verdadera luz de la castidad. El ayuno no ama la verbosidad, juzga la superfluidad de las riquezas, desprecia la soberbia, recomienda la humildad, concede al hombre entenderse a sí mismo, lo que es, débil y frágil; y al entenderse así flaco, busca y recibe más adecuadamente la ayuda del poder de Dios, y la busca por medio de frecuentes oraciones y súplicas.

La oración, ciertamente, es el refrigerio de los ayunos, y atrae la gracia del Espíritu Santo. La oración ablanda la dureza del corazón, templa la austeridad, endulza el ayuno. Pues así como sin bebida no hay refrigerio completo, así también el ayuno sin la oración no puede alimentar perfectamente el alma. ¿Y qué es la oración sino la ascensión del alma de lo terreno a lo celestial, la búsqueda de lo de arriba, el deseo de lo invisible? Apártese la discordia de las costumbres mundanas, que oprimen cada día la mente humana. La oración es unión con el Espíritu Santo: si es que en la oración está atento el ánimo, como clama el Profeta: Mi alma tuvo sed de ti, de cuántos modos mi carne de ti (Sal 63,2). Y lo que ha de desearse con sed se dice a continuación: para ver tu poder (Sal 63,3). Creedme: si el alma de sustancia humana tiene plenamente sed de ver el pleno poder de Dios, y no disimula vencida por el hastío, será colmada de grasa y de grosura espiritual (Sal 63,6): y, sedienta de aquella visita de Dios, clamará con su propio sentido, con fe: Mi alma se adhirió en pos de ti, tu diestra me sostuvo (Sal 63,9).

Jejunium tollit inertiam, de animo impedimenta carnalia aufert. Oratio vero perseverans jungit Deo, atque ita gaudens assistere se Domino gloriatur. Adhaerens autem anima Domino, incipit securitatem habere, et libertatem; nec pavores sustinet, nec timores. Suscepto autem tanto patrocinio dexterae Dei, quomodo poterit noceri ab aliqua potestate, sicut scriptum est, quod nemo illud rapit de manu Patris? Hoc praestat jejunium, hoc praestat oratio.

El ayuno quita la inercia, aparta del ánimo los estorbos carnales. Pero la oración perseverante une a Dios, y así, gozosa, se gloría de estar en presencia del Señor. Y el alma adherida al Señor comienza a tener seguridad y libertad; no sufre pavores ni temores. Y recibido tan gran patrocinio de la diestra de Dios, ¿cómo podrá ser dañada por potestad alguna, puesto que está escrito que nadie la arrebata de la mano del Padre (Jn 10,29)? Esto otorga el ayuno, esto otorga la oración.

Sermo VII.

De verbis Evangelii Joann. XIV: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis

Domini vox est, fratres charissimi: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. De pace dicturi, prius quae pacis sint commoda videamus. Est pax serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris vinculum, consortium charitatis. Haec est quae simultates tollit, bella compescit, comprimit iras, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placita. Non quaerit alienum, nihil deputat suum; docet amare quae odisse non novit. Nescit extolli, nescit inflari.

Hanc ergo, qui accepit, teneat; qui perdidit, repetat; qui amisit, exquirat: quoniam qui in eadem non fuerit inventus, abdicatur a Patre, exhaeredatur a Filio, nihilominus a Spiritu sancto alienus efficitur. Respuit enim munus oblatum, qui datae legis contempserit bonum; nec poterit ad haereditatem Domini pervenire, qui testamentum noluerit observare. Non potest concordiam habere cum Christo, qui discors voluerit esse cum Christiano. Contumaciae ergo crimen est quod jubetur contemnere, quod praecipitur nolle, quod imperatur declinare.

Quid tibi commune cum discordia, Christiane? quid simultates amas, quod auctori pacis placere non potuit? quid exerces inimicitias, quas evadere non potuit nec ille, qui eas primus invenit? Initio namque inimicitias in protoplastum dum serpens exerit, interficitur; dum homini invidet, ipse prosternitur; dum Adam cupit decipere, ipse primitus jugulatur. Quare aut Christi charitatem amplectere, Christiane, aut discordiae auctori de similitudine operum parem te esse cognosce.

Apéndice, sermón VII. Sobre las palabras del Evangelio, Juan 14: «Mi paz os doy, mi paz os dejo»

Es voz del Señor, hermanos carísimos: Mi paz os doy, la paz os dejo (Jn 14,27). Antes de hablar de la paz, veamos primero cuáles son los bienes de la paz. La paz es serenidad de la mente, tranquilidad del ánimo, sencillez del corazón, vínculo del amor, consorcio de la caridad. Ella es la que quita las rivalidades, reprime las guerras, contiene las iras, pisotea a los soberbios, ama a los humildes, aplaca a los discordes, concilia a los enemigos, es grata a todos. No busca lo ajeno, nada considera suyo; enseña a amar la que no sabe odiar. No sabe ensalzarse, no sabe hincharse.

Así pues, el que la recibió, consérvela; el que la perdió, búsquela de nuevo; el que la dejó escapar, indáguela: porque el que no haya sido hallado en ella es repudiado por el Padre, desheredado por el Hijo, y no menos se hace extraño al Espíritu Santo. Pues rechaza el don ofrecido el que ha despreciado el bien de la ley dada; ni podrá llegar a la herencia del Señor el que no ha querido observar el testamento. No puede tener concordia con Cristo el que quiere estar en discordia con un cristiano. Es, pues, crimen de contumacia despreciar lo que se manda, rehusar lo que se prescribe, apartarse de lo que se ordena.

¿Qué tienes tú en común con la discordia, cristiano? ¿Por qué amas las rivalidades, cosa que no pudo agradar al autor de la paz? ¿Por qué ejercitas enemistades, de las que no pudo escapar ni siquiera el que primero las inventó? Pues al principio, al desplegar enemistades contra el primer hombre plasmado, la serpiente es muerta; al tener envidia del hombre, ella misma es derribada; al desear engañar a Adán, ella misma es la primera degollada. Por tanto, o abraza la caridad de Cristo, cristiano, o reconoce que, por la semejanza de tus obras, eres igual al autor de la discordia.